This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

~~604.7 Janow~~

Harvard Divinity School

ANDOVER-HARVARD THEOLOGICAL LIBRARY

MDCCCCX

CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS

FROM THE BEQUEST OF

MRS. LOUISA J. HALL,

Widow of Edward Brooks Hall, D.D.,
Divinity School, Class of 1824

SPECIMEN SCRIPTURAE REGUL

SUMPTUM E COD. MUSEI REGNI BOHEMIAE, XI
CONTINENS NOTAM MARGINALEM PROBABILITER IPSIUS AUCTOI



RUM M. MATTHIAE DE JANOW

I. 13, FOL. 17a (CF. HUIUS EDITIONIS PAG. 76—77)
MANU SCRIPTAM DE SYNODO PRAGENSI, A. 1388, 19. OCT. HABITA.



MATTHIAE DE JANOV

DICTI

MAGISTER PARISIENSIS

REGULAE
VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

PRIMUM IN LUCEM EDIDIT

VLASTIMIL KYBAL.

VOLUMEN I.

SUBSIDIO ACADEMIAE SCIENTIARUM, ARTIUM ET LITTERARUM BOHEMICAE PRAGENSIS.

OENIPONTE.
SUMPTIBUS LIBRARIAE UNIVERSITATIS WAGNERIANAE.
1908.

ANDOVER HARVARD
THEOLOGICAL LIBRARY
JUN 4 1914
HARVARD
DIVINITY SCHOOL
1142.658

Admonitio librariae atque editoris.

„Regulae Veteris et Novi Testamenti" Mag. Matthiae de Janov prodeunt in duabus editionibus: altera est tota latina, altera titulum atque praefationem in lingua bohemica continet.

Volumen secundum typis excudetur initio a. 1909. Volumina sequentia, scilicet vol. III, IV, V et VI, postea annis continuis, quantum fieri poterit, in lucem prodibunt.

1-2

Praefatio.

Matthias de Janow, dictus Magister Parisiensis (ante a. 1355, † a. 1393)*[1]*, cum scriptis suis tum sententiis in iis expositis inter maxime insignes auctores illorum studiorum et consiliorum est numerandus, quae in Bohemia saeculo XIV. et XV. ad reformandam religionem catholicam pertinebant, quatenus quidem studia haec ex illorum temporum ratione de religione et moribus cogitandi nascebantur. Natura autem ipsa perinde ac voluntate et iudicio ad opus illud Johannis Milicii († 1374) continuandum ductus, ea elementa, ex quibus saeculo XIV. exeunte studia illa bohemica crescebant, scriptis suis comprehendit et ad summum adduxit, ut ea perfecta assectatoribus suis discipulisque porro curanda traderet, imprimis Magistro Jacobello de Misa († 1429), qui post mortem Magistri Johannis Hus clarissimum fuit columen dogmaticae husiticae.*

Scripta Matthiae de Janow, quantum viri docti adhuc pervestigaverunt, haec nostris quoque temporibus exstant: 1) Trac-

[1] *Vide ampliorem librum bohemicum editoris, qui inscribitur: M. Matěj z Janova. Jeho život, spisy a učeni (Ex libris praemio saeculari a Regia Societate Scientiarum Bohemica donatis num. XVII). Pragae, 1905, gr. 8°, pp. XXI † 330. — Nomen „Magister Parisiensis" ortum est ex studiis Matthiae in universitate Parisiensi, in qua tres annos artibus et sex annos theologiae studuit (intra a. 1373—1381).*

tatus „Super passione Christi", quem a. 1378, cum adhuc in universitate Parisiensi studiorum causa versabatur, scripsit. 2) Tractatus „De decem praeceptis", qui post a. 1381 compositus esse videtur. 3) Sermones, quorum tempora non constant (fortasse post a. 1389 sunt scripti), et ex quibus tantum novem fragmenta servata sunt. 4) Opus potissimum atque amplissimum, quod „Regulae Veteris et Novi Testamenti" inscribitur.

„Regulae Veteris et Novi Testamenti" principale opus Magistri Parisiensis iure dici possunt, nam gravissima iudicia eius summasque sententias, quae ad theologiam et doctrinam moralem pertinent, complectuntur. Quas certis de causis et ad certum finem et secundum certas formas vel regulas esse conscriptas iam earum argumentum atque divisio, quae in Prooemio ab auctore intexta sunt, luculenter demonstrant. Constat autem totum hoc Regularum corpus ex quinque libris, quorum quisque aliquot tractatus vel distinctiones continet. Singuli libri secundum tredecim regulas scripturae sacrae dispositi sunt. Primus quattuor praecepta exponit ex Vetere Testamento sumpta et ad „discretionem variorum spirituum in prophetis" (tractatus 1.) atque ad communionem venerabilis sacramenti Eucharistiae pertinentes (tractatus 2.). Alter octo regulas Novi Testamenti complectitur, quarum quattuor falsos christianos, praecipue clericos (tractatus 1.), quattuor veros praedicatores et doctores (tractatus 2., deperditus) iudicare et cognoscere docent. In libro tertio una tantum regula ex vita ac doctrina Jhesu Christi sumpta inest (tractatus 1.), eaque ad testes veritatis (tractatus 2.), ad communionem sacramenti Eucharistiae (tractatus 3.), ad unitatem et communitatem ecclesiae (tractatus 4.), ad Antichristum (tractatus 5.), ad abominationem stantem in loco sancto (tractatus 6.) applicatur. Liber quartus regulam tertiam decimam ad raram et frequentem laicorum communionem sacramenti Eucharistiae re-

vocat, idemque liber quintus facit, quantum ad ministros sacramenti Eucharistiae attinet.

Ex illa summa Regularum hoc primo volumine in lucem editur praefatio vel prooemium, tractatus 1. et 2. libri primi, tractatus 2. libri alteri (tractatus secundus huius libri deperiit). Ut lectores benevoli de his Regularum partibus aliquantum instruantur, accuratae notae bibliographicae, quae sequuntur, additae sunt.

Prooemium.

(Editionis nostrae p. 1—18).

1. Prooemium, cum ad omnes Regularum partes pertineat, in earum initio est collocatum. Ab auctore in eo cum causae et consilia totius operis exponuntur (cuius declarationis fundamentum sunt verba sacrae scripturae I. Thess. II. 4, quae simul tamquam signum Regularum sunt), tum etiam tenor atque distinctio totius operis subicitur. Cum hac prooemii materia etiam divisio eius in duas partes concordat, quarum alteram capitulum primum, alteram capitulum secundum continet, in quo praeterea etiam protestatio auctoris inest.

2. Prooemium et ideo totum quoque opus his verbis incipit: „Ecce ex deo et coram deo loquimur, non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra". I. Thess. 2°. Ista verba erant in illo tempore beati Pauli dicta" &c. Explicit autem prooemium verbis his: „in execucione patebunt perlegenti usque finem."

3. Quo tempore prooemium scriptum sit, neque ex contextu ipso, neque aliunde satis accurate colligi potest. Sed dubium esse nequit, quin ea forma iisque verbis ac litteris, quibus prooemium in codice primario Musei Regni Bohemiae (cod. A) scriptum legimus, ante reliquos Regularum libros sit compositum. Quintum autem librum Regularum a. 1389 scriptum esse con-

stat, quin etiam certissimum est ante 19. Octobrem 1388 id factum esse, cum eo die synodus Pragensis habita esset, cuius decretis auctor propria manu in secundo tractatu libri primi contrariam sententiam suam postmodo opponit. (Cf. infra p. 76—77 et scripturae specimen ad volumen hoc adligatum).

4. Prooemium exstat in his libris manu scriptis:

A) Codex Musei Regni Bohemiae, sign. XIII. E. 13. (antea signatus N. 289 et II, C, 12), f. 1a—6b (secundum ultimam totius codicis paginarum notationem); in hac editione littera A est insignitus (litteris AP intellegendum est apographon, quod dicitur, quattuor foliorum ex codice A evulsorum (f. 1, 2, 5, 6), quae Franciscus Palacký supplendi codicis causa propria manu exscripsit). Codex est chartaceus, simpliciter quidem, sed solide ligatus, tegitur enim tabellis ligneis, quarum pars tertia perinde ac dorsum voluminis obductum est corio coloris fusci, ornamentis impressis. Scriptus autem est saeculo XIV. exeunte, continet 369 folia (secundum recentem computationem), modorum ratio est 20·5 × 14·5 cm. Caracteres scripturae ostendunt tenues ductus gothicarum litterarum cursivarum, quae commoda magnitudine maximam partem accurate, sed nimium conferte et spisse, neque semper aequabiliter pictae sunt. Codex Regulas integras excepto libri secundi tractatu secundo et libro quinto continens, sub oculis auctoris confectus est, qui ipse eum ad finem perductum correxisse ac supplevisse videtur. Cum fundamentum reliquorum codicum sit, editio haec subtiliter eum reddit, ex varietate lectionum reliquorum codicum tantum ea, quae necessario opus sunt, reficiens. Cf. de hoc codice Palacký, Die Vorläufer des Husitenthums in Böhmen, 1846, p. 51—52, et Kybal, M. Matěj z Janova, 1905, p. 49—50.

B) Codex bibliothecae aulicae Vindobonensis N. 4747 (Theol. 563, olim 207), chartaceus, invenusta ligatura lignea tectus; in superiore parte frontis eius titulus est agglutinatus, cuius inscriptio in eodem tempore ponenda est, quo codex ipse exstitit. Verba inscriptionis sunt: „Diversi tractatus

Magistri Mathei (sic) Parisiensis.“ Constat secundum antiquam foliorum computationem ex 221 foliis, quorum magnitudo est 16·5 × 11 cm. Scriptus est saeculo XIV. exeunte vel potius XV. ineunte; ex plurimis exemplis in editione ipsa allatis manifestum est eum ex codice A esse transcriptum, priusquam complures loci in A correcti erant. Continet autem codex hic in foliis 1ª—219ᵇ prooemium, librum primum integrum (ad quem folia 7ª—10ª etiam accuratum indicem praebent a voce „Abstinentes“ usque ad vocem „Xristus“), ex libro altero tractatum 1., ex libro tertio tractatus 1., 2., 3., 4. (sed ex tractatu quarto distinctionis quintae capitula 29—29 [sic] desunt). Cf. de codice hoc Denis, Catal. I. DLII, Tabulae cod., III., p. 373; Palacký, Vorläufer des Husitenthums in Böhmen, p. 52, Kybal, l. c., p. 50. In editione nostra significat eum littera B.

C) Codex Capituli Pragensis, sign. O 11. est chartaceus, magnitudo eius 21·5 × 15·5 cm. facit, scriptus est saeculo XV. Legitur in eo in foliis 1—154 liber I. integer. et tractatus 1., 2., 4. libri tertii, admodum mendose transcripti. Cf. Palacký, l. c., p. 52, Kybal, l. c., p. 51 et Patera-Podlaha, Catal. cod. ms. capituli metropolitani Pragensis, sub sign. O 11. In editione hac designatur littera C.

D 1.) Codex Capituli Pragensis, sign. D 55. continet in foliis 1ª—187ᵇ, quorum magnitudo est 22 × 14·5 cm, tantum excerpta cum prooemii (f. 1ª—1ᵇ) tum reliquarum partium Regularum, quae diligenter ex codice A confecta sunt brevi, postquam A conscriptus est. Cf. Kybal, l. c., p. 52 et Patera-Podlaha, l. c., sub sign. D 55. In editione hac notatur littera D 1.

D 2.) Codex Gersdorfensis (Budissinus), sign. 8°, n. 7 (antiqua sign. OO|36), constans e 362 foliis chartaceis et ex parte membranacaeis, ad cuius ligaturam tabellae ligneae adhibitae sunt, quae integrae corio obductae sunt. Magnitudo eius est 10·5 × 7 cm. Confectus est saeculo XV., sed ex verbis scriptoris minorem partem comprehendit quam codex D 1,

ex quo absque dubio est transcriptus, nam in foliis 246ª—362ᵇ praebet tantum excerpta ex prooemio, ex 2. tractatu libri I., ex 1. tractatu libri III, ex libris III. et IV. Excerpta ad finem non sunt perducta. Cf. Kybal, l. c., p. 52. In editione hac significatur littera D 2.

Quo cognationis vinculo codices commemorati sint coniuncti, sequens tabula indicat, quam haud longe a vero abhorrere variae lectiones in editione adnotatae satis confirmant.



Liber primus.

Tractatus primus.

(Editionis huius p. 19—50).

1. Verba tituli totius libri primi in codicibus A, B, C haec sunt: „Incipit liber primus de discrecione spirituum et prophetarum secundum regulas traditas ad hoc in Veteri Testamento.“ (Cf. infra p. 19). Titulum primi tractatus indicant verba prooemii, quae tractatum hunc „de regulis in se“ (cf. infra p. 17) agere dicunt.

2. Summam libri auctor ipse in prooemio adfert, cum totius operis ratione habita dicit: „Nam in primo (sc. libro) agitur de quatuor regulis sumptis de Veteri Testamento, a domino deo traditis solempniter suo populo pro discrecione spiri-

tuum variorum in prophetis. Et secundum hoc primus liber continet duos tractatus et octo distincciones, scilicet 4or distincciones de regulis in se et 4or de venerabili sacramento.“ (Cf. infra p. 16—17).

3. Divisio huius tractatus talis est, ut, praemissa brevi praefatione de origine atque natura prophetarum verorum et pseudoprophetarum (c. 1.), primum quattuor regulae falsos prophetas concernentes eorumque signa exponantur (c. 2—7), tum deinceps eaedem regulae in „doctores veritatis“ convertantur (I. reg. c. 8, II. reg. c. 9, III. reg. c. 10, IV. reg. c. 11). Cf. etiam conspectum argumenti.

4. Tractatus his verbis incipit: „Karissimi, nolite omni spiritui credere“. Explicit autem ita: „vel a Christi Jhesu servicio tapescere. Hec de regulis antiquorum iurium seu Veteris Testamenti, quantum dominus Jhesus crucifixus concessit, recolegi, humiliter me submittens iudicio et informacioni patrum meorum et doctorum.“ (Cf. infra p. 50).

5. Tempus, quo tractatus hic compositus sit, ex textu qui dicitur, non apparet, sed si rationem, quae inter eum et inter prooemium et sequentem tractatum intercedit, reputamus, ante 19. Octobrem a. 1388 scriptus esse videtur. (Cf. supra p. VI).

6. Codices non sunt alii atque ii, qui prooemium continent (exceptis D 1. 2.) [1]*; quare eos describere et eorum cognationis vincula denuo explicare supersedemus, et satis habemus folia, in quibus tractatus hic legitur, enumerare:*

a) Cod. A, f. 7a—12a.

b) Cod. B, f. 10b—20b.

c) Cod. C, f. 8a—20b.

7. Tractatus hic, quod sciamus, nec adhuc typis expressus nec in aliam linguam translatus est.

8. Scriptum huc pertinens est Kybal, l. c., p. 53—54.

---

[1] *Codices D 1. 2. ex primo tractatu libri primi nihil nisi quattuor enuntiata afferunt, quae excerptis tractatus secundi libri primi inserta sunt. (Cf. Addenda et corrigenda).*

Tractatus secundus.

(Editionis huius p. 51—165).

1. Tituli verba incerta sunt. In prooemio tractatum hunc auctor et breviter tangit verbis: „de venerabili sacramento" (cf. infra p. 17) et fusius de eo dicit: „de communicacione in dei ecclesia corporis et sanguinis domini nostri Jhesu Christi in sacramento" (cf. infra p. 16). Nos in editione hac tractatum „De communione corporis Christi" inscribimus, titulum secuti, qui in codice A saeculo XVI. adscriptus est (cf. infra p. 51 n. b).

2. Causa, quae Matthiam ad componendum hunc primum tractatum de communione sacramenti Eucharistiae impulit, ab auctore ipso non sine vi quadam in „protestatione" eius exponitur. „Protestor vero coram deo et Christo", auctor dicit, „quod hoc opus colligere michi videor solum ex caritate Christi et compassione plebis christiane, que, exsors diucius a manducacione panis celestis, fame in via deficit ac per hoc passim datur in manus inimici funesti..." „Miseratus sum insuper", auctor continuat, „quorumdam, simul et eorum incurie indignatus, qui racione sui officii deberent vocare plebeios et sedule invitare et hortari ad cenam magnam sui domini nec non compellere, si oporteat et expediat, negligentes, ipsi autem sunt primi, qui abstrahunt panem ab ore parvulorum" (p. 52—53).

Tractatus hic, ut argumentum eius adumbremus, quattuor regulas Veteris Testamenti ad quaestionem de frequenti communione sacramenti Eucharistiae per laicos applicat et aperte operam dat, ut argumentis ex Vetere Testamento et ex ratione humana haustis necessitatem et utilitatem frequentis communionis laicorum comprobet et argumenta adversariorum ut vana atque inania refutet.

3. Congruenter argumento divisio tractatus haec est: c. 1—2 causa, quae auctorem ad conscribendum hunc tractatum commovit, et protestatio eius; c. 3—14 argumenta ex Ve-

tere Testamento et ex ratiocinatione petita, quibus necessitas et utilitas frequentis communionis confirmatur. Sequitur refutatio opinionum adversarum, quibus frequens communio impugnatur, ita ut applicentur ad reg. I. (c. 15), II. (c. 1–2), III. (c. 1), IV. (c. 1—18). Cf. etiam argumenti conspectum.

4. Tractatus incipit his verbis: „Nunc igitur ad propositum principale dictas regulas huius tractatus licebit coaptare" (cf. infra p. 51), et explicit his: „quemadmodum supra per plurima est deductum, et Jhesu duce inferius in dicendis deducetur" (cf. infra p. 165).

5. Tempus, quo tractatus hic ita, ut in codice A exstat, litteris mandatus sit, accurate definiri nequit, sed ex „protestatione", quam adversus decreta synodi Pragensis die 19. Octobris 1388 habitae auctor ipse in folio 17ª in margine huius tractatus adscripsit (cf. infra p. 76, n. k et scripturae specimen ad praesens volumen adligatum), eum ante diem 19. Octobris 1388 scriptum esse iudicari potest.

6. Codices, in quibus legitur hic tractatus, sunt:

a) Cod. A, f. 12ª—34ᵇ.

b) Cod. B, f. 20ᵇ—64ª.

c) Cod. C, f. 20ᵇ—63ᵇ.

d) Cod. D 1, f. 1ᵇ—15ᵇ (excerpta).

e) Cod. D 2, f. 246ª—262ᵇ (excerpta).

7. Tractatus necdum typis expressus est neque in alias linguas translatus. Copiosum argumentum eius vide ap. Kybal, l. c., Pars III. B) a) § 1. Cf. ibidem, p. 54—55.

Liber secundus.

Tractatus primus.

(Editionis huius p. 166—311).

1. Titulus totius libri secundi ab auctore in prooemio his verbis indicatur: „De iudicio et noticia falsorum et vero-

rum christianorum, et primum prophetarum et doctorum" (cf. infra p. 16). Titulus tractatus primi ibidem est vel „de hypocrisi" vel „de falsa specie sanctitatis" (p. 17).

2. Causa, quae auctorem ad tractatum de hypocrisi scribendum commovit, fuerunt pericula ecclesiae ab hypocritis et ab hypocrisi minantia, et quod cognovit, quam ecclesia ea non respiceret nec eis satis adversaretur: „Quamvis vero", inquit, „competenter vigilatur contra hereticos et vigilatum est dudum copiose per doctores, tamen contra nocentissimos ypocritas et luciformes non puto esse satis attentos usque modo christos dei „neque satis vigilare" (f. 35b, p. 169). Quamobrem Matthias de Janow, cui Jhesus piissimus per suavem communicationem lucem intellectus infudit, Scripturae eum commendans, et cui in Scripturis oculos aperuit, maxime quoad praesentia saecula et futura (p. 173—4), ex Scriptura aliquas saltem notabiliores regulas in compendiosiorem et clariorem summam collegit ad cognoscendum veritatem christianam et veritatem hypocritarum (p. 168).

His verbis etiam luculenter est expressum, ad quem finem tractatus „de hypocrisi" compositus sit. Auctor hanc rem imprimis hisce verbis designat: „Faciam illud ... ad edificacionem stabilem mei ipsius et aliorum Christi simplicium et humilium, qui cupiunt contra ypocritas vigilare atque sibimet attendere, ne a fermento ypocrisis perniciose corrumpantur. Secundo, ut tempus michi redimerem, quod post studia mea et cottidianos ad vulgus sermones vacans restabat ... Tercio, quatenus illud lumen intellectus, quod piissimus Jhesus michi suaviter communicans, infundebat, scripture commendans, diucius ipso perfruerer et communicarem aliis, si qui forte dignentur se gubernare" (v. infra p. 173).

3. Argumenti descriptionem auctor ipse praebet p. 174. Ac primum vox „hypocrisis" et notio eius definitur (c. 1), deinde quattuor regulae adferuntur, secundum quas, quis hypocrita sit, cognoscitur (c. 2); tum in universum quattuor

regulae prolatae explicantur (c. 2—7), denique una quaeque regula singillatim pertractatur (reg. I. c. 8—15, reg. II. c. 1—4, reg. III. c. 5—6, reg. IV. c. 7—11; cf. Addenda et Indicem rerum sub „Hypocritae"). Cum hac descriptione argumenti etiam divisio capitulorum totius tractatus concordat. — Disputationem ipsam duae praefationes praecedunt, ex quibus altera in c. 1 explicationem quandam ex historia petitam originis regularum adversus hypocritas continet, revocans eas ad perpetuum certamen, quo inter Sathanam et Jhesum dimicatur; insuper praebet iudicium auctoris de tractatu magistrorum Parisiensium contra hypocrisim a. 1255 publicato et per papam Alexandrum IV. a. 1256 condemnato; denique proprium auctoris contra hypocrisim scriptum argumentis confirmat (p. 166—171); in capitulo secundo protestationem Matthiae invenimus (p. 171—173). Praefatione altera finis et argumentum tractatus evolvitur (p. 173—174).

4. Tractatus ita incipit: „Nunc restat inquirendum aliquas regulas de Novo Testamento pro discrecione spirituum in prophetis, et maxime in ypocrisi modernorum christianorum falsorum denudanda et vitanda". Explicit autem verbis his: „Et iterum Gal. VI°: „Michi autem absit gloriari."

5. Tempus, quo tractatus conscriptus est, si fine anni 1389 vel anno 1390 terminaverimus, a vero haud abhorrebimus, nam in prologo c. 2, p. 173 inest declaratio auctoris, qua asseverat devotum animum ecclesiae et papae Bonifacio IX., qui 2. Novembr. 1389 suscepit ecclesiae gubernacula.

6. Tractatus exstat in his libris manu scriptis:

a) Codices, qui totum opus Regularum complectuntur:

1. Cod. A, f. 35ª—66ᵇ (cf. p. 299, n. o).

2. Cod. B, f. 65ª—116ª.

3. Cod. D 1, f. 15ᵇ—21ª (excerpta).

4. Cod. D 2, f. 262ᵇ—268ᵇ (excerpta).

b) Codices, qui singulas tantum partes Regularum habent:

5. *Cod. Univ. Prag. X. D. 1, f. 35ª—68ª. (Cf. Truhlář, Catal. cod. latin. n. 1880; scriptus est a. 1427). In editione nostra littera E insignitur.*
6. *Cod. Univ. Prag. V. F. 7, f. 1ª—62ᵇ. (Cf. Truhlář, n. 929; scriptus est cca. a. 1414). Cod. F.*
7. *Cod. Univ. Prag. V. F. 22, f. 62ª—128ᵇ. (Cf. Truhlář, n. 944). Cod. G.*
8. *Cod. capit. Prag. C 115, f. 11ª—50ª. (Cf. Patera-Podlaha, l. c., sub sign. C 115). Cod. H.*
9. *Cod. capit. Prag. D 50, f. 182ª—229ᵇ. (Cf. Patera-Podlaha, l. c., sub sign. D 50). Cod. I (de a. 1417).*

Si, quemadmodum hi novem codices ex se pendeant et qua cognatione inter se contineantur, respexerimus, in duas classes vel familias eos dividere non cunctabimur, quas litteris a) et b) designare possumus.

Classis a) derivanda est ex codice prototypo A; ad eam numerandi sunt codices A, B, D 1. 2, qui omnes vel saeculo XIV. exeunte (A et D 1) vel utique saeculo XV. ineunte (cod. B et D 2) exstiterunt. Mutuam rationem codicum huius classis a) superius p. VIII assignavimus.

Classis b) reliquos codices complectitur, scilicet cod. E, F, G, H, I, qui omnes ab ignoto codice Bx originem traxerunt. Quem codicem Bx secundum codicem B, qui ex codice A sed ante correcturam eius derivatus est, confectum esse admodum verisimile est. Omnes codices classis b) saeculo XV. orti sunt et quidem illis temporibus saeculi eius, quibus motus Husitici Bohemiam turbabant, quin etiam affirmare possumus scriptores eorum ab Husitarum partibus stetisse; singula quidem exempla aperte opinionem hanc comprobant: p. 210, lin. 30 cod. A et B vocem „turlpinus" ponunt, sed cod. EFGHI „wiclefista" habent; eandem vocem „wiclefistas" pro „turlpinos" cod. E habet p. 199, lin. 25; p. 172, lin. 12 sq. auctor dicit in cod. A et B: „diligo omnem gradum, ordinem, religionem et conventum clericorum, sacerdotum, monachorum et religiosorum sanc-

torum, et quia diligo, teneo et profiteor omnia, que sanctissima mater mea, ecclesia catholica Romana, id est dominus papa cum suis cardinalibus et ceteris coepiscopis et sanctis patribus usque ad papam Bonifacium 9., decrevit, ordinavit et statuit et consecravit", sed cod. EFGHI omiserunt vocem „monachorum"" omiserunt etiam totam phrasim „Romana ~ Bonifacium 9" atque vocem „consecravit"; p. 286, lin. 15 et 16 auctor dicit, quod sanctae scripturae „persuadent populos suis prepositis esse grate obediendum, eciam discolis", sed cod. husitici addunt: „in bono obediendum, sed non in eorum discoliis."

Quod autem mutuam rationem, quae inter codices classis b) intercedit, attinet, codex univ. E minime ex exemplari suo pendere videtur, nam scribae, qui codicem hunc anno 1427 confecit, non deerat animus, quin multis locis exemplar suum mutaret, modo singula verba omittens, modo alia addens ita, ut nonnumquam ab auctoris sententia non quidem longe, sed tamen aliquantulum discederet. Quae cum ita sint, codici huic separatum et proprium in classe b) locum assignemus, necesse est. Ex reliquis codicibus classis b), scilicet ex cod. FGHI, etiam codex capituli H locum separatum tenere videtur ita, ut eum directe ex codice Bx derivare possimus, licet multo antiquior codice E esse videatur et multo artius cum exemplari suo quam codex E cohaereat. Contra codices FGI, qui ex classe b) restant, quam artissime coniuncti sunt et alius ex alio pendent. Quam coniunctionem primum inter codices F et G et iterum inter codices G et I intercedere videmus. Codex univ. F circa a. 1414 scriptus est et verisimile est eum inter codices veteris collegii reginae Hedvicae numerandum esse, quae opinio priore eius signatura D, 19 confirmatur (cf. Truhlář, Catal. n. 929 et Praefat. VII, et eiusdem Dva staré katalogy knih kollejí Pražských, V. Č. Ak. XIII. 98 sq.). Etiam codex univ. G inter veteres codices collegiorum fuisse videtur, ut ex priore eius signatura B, 20 iudicare possumus. Consentaneum est codicem G ex codice F esse descriptum vel potius

utrumque codicem ex communi exemplari y esse descriptum, quod ex codice Bx fluxit. Codices G et I (codex capit. I anno 1417 confectus est) multo etiam artius inter se coniuncti sunt, nam plurimae variae lectiones in editione allatae demonstrant, codicem I directe ex codice G esse descriptum. Nonnulla exempla etiam nexum quendam codicum capit. H et I praebere videntur, sed quomodo alter ex altero pendeat, acccuratius dici nequit.

Mutuam rationem omnium novem codicum, in quibus tractatus „de hypocrisi" Magistri Matthiae exstat, hac explicatione praemissa, hoc schemate scribere possumus:



7. Tractatus „de hypocrisi" adhuc neque typis excusus neque in aliam linguam translatus est. Scriptum huc pertinens est tantum Kybal, l, c., p. 55—57 et passim.

Tractatus secundus

„de distincta veritate" deperiit (cf. Kybal, l. c., p. 57).

Ut lectores benevoli regulas, quas in hac editione comparanda constanter secuti sumus, cognoscant, paucis verbis eas explicare nobis liceat. Prima regula et finis laboris nostri erat, uti verba auctoris ita constituamus, ut ipse ea scripsit vel scribere in animo habuit. Ut supra iam docuimus, M. Matthias ipse codicem A, postquam confectus est, correxit et supplevit (cf. hanc editionem passim compluribus locis, ubi hae correcturae auctoris eiusque supplementa annotata sunt). Licet ergo codex A non sit liber ipsius auctoris manu scriptus, tamen in eo habemus exemplar contemporaneum et sub oculis ipsius auctoris confectum, postquam ille animum induxit, ut totum corpus tractatuum sub communi titulo „De regulis Veteris et Novi Testamenti" componeret (cf. libri nostri de Magistro Matthia p. 41—42 et 50). Itaque operam dabamus, ut hoc exemplar una cum correcturis et supplementis auctoris integrum accurate restitueremus. Cum vero textus, qui dicitur, codicis A ab omnibus vitiis non esset liber, immo interdum manifestos errores vel etiam menda librarii ostenderet, quae auctor, librum recognoscens, corrigere omisit, intente elaboravimus, ut etiam his correcturis ipsi librum manu scriptum emendaremus, partim reliquos codices secuti, partim ad propriam coniecturam confugientes. Sed haec nostra codicis A recensio intra eos fines se continebat, ut tantum errores in factis vel gravissima menda contra grammaticae regulas tolleret, contra numquam eo usque processit, ut scriptoris dicendi rationem limaret vel eum ad grammaticae normas putide conformaret. Quare non solum ipsius auctoris punctualem orthographiam retinuimus, sed nonnumquam etiam varios „lapsus" elocutionis et „peccata" contra grammaticam retinuimus, quae quidem incorrupta latini sermonis integritas perhorrescit, sed quae latinitas medii aevi et imprimis latinitas theologorum et praedicatorum aequo animo patitur. Sic exempli gratia p. 172, lin. 22 „corrumperunt" servavimus pro „corruperunt", vel p. 91, lin. 17 „loculenter" pro „luculenter", p. 52, lin. 30 „negligensque"

pro „negligentesque", p. 298, lin. 17 „homomet", etc.; contra ea correximus ex. g. p. 70, lin. 19 pro falso „actus" rectam vocem „tactus", p. 82, lin. 27 pro „facta": „facte", p. 91, lin. 18 pro „plebis": „plebi", p. 135, lin. 12 pro „fugiendum": „senciendum", p. 164, lin. 9 pro „conversacionem": „conversacionis", etc. Quas omnes correcturas, sive ex aliis codicibus receptae sunt sive ex coniectura nostra fluxerunt, in apparatu critico commemoravimus.

Numeros paginarum tantum secundum primarium codicem A in textum receptarum uncis rectis clausimus.

Varias lectiones ex codicibus collatis adferre operae pretium duximus, si, uti modo diximus, vel alium sensum efficiebant, quam locus in codice primario admittit, vel vocem a codice primario discrepantem, interdum etiam si varia lectione codex primarius corrigebatur et supplebatur. At omnes varias lectiones, quae tantum ad ordinem verborum vel ad orthographiam (admodum paucis locis exceptis) pertinebant, excludendas putavimus, quamquam libenter concedimus plures ex receptis variis lectionibus, quae suo iure superfluae esse videbuntur, excludi potuisse, ut ex. c. lectiones haud dubie pravas, quibus vocabula „false" vel „sic" adiungimus et quibus tantum singulorum codicum fidem dilucide illustrare studuimus.

Postquam, quantum in nobis erat, genuina auctoris verba restituimus, ad textum in aptas partes secundum argumentum dividendum accessimus. Quam quidem divisionem auctor ipse indicavit, cum singulos tractatus vel distinctiones in capitula dispertivit, quorum singula idoneis inscriptionibus instruxit et ornavit. Itaque divisionem hanc accurate secundum libros manu scriptos servavimus, tantum in l. II, tr. I. falsum numerum capituli 2 pro c. 3 (p. 182), c. 4 pro c. 3 (p. 186), c. 5 pro c. 4 (p. 190), c. 4 pro c. 6 (p. 196) et c. 5 pro c. 7 (p. 201) in codice A correximus, et praeterea ipsi capitulum X. libri I., tractatus 2., regulae 1. in duo capitula 10. et 11. (cf. p. 80 n. a) divisimus, quia auctor id omiserat.

Contra divisio textus singulorum capitulorum in minores particulas sententiae aequabilitate circumscriptas fere tota nostra est: in qua re exequenda id potissimum secuti sumus, ut servato sententiarum ordine iungenda ita connecteremus, ut summa disputationis significanter eluceret. Et quo apertius gravissimae sententiae, quae reliquas tamquam ducunt, sub oculos caderent, typis latioribus eas exprimendas curavimus. Etiam personarum nomina eiusmodi typis sunt exscripta.

Argumentum duarum paginarum, si librum aperueris, inscriptione in superiore parte marginis paginae dextrae collocata est designatum, contra in superiore margine paginae sinistrae compendiose capitulum, tractatus et liber totius operis indicatur (ex. gr. Regulae V. et N. T., l. I, tr. II, reg. IV, c. 3. = Regulae Veteris et Novi Testamenti, liber I., tractatus II., regula IV., capitulum 3). Inscriptiones commodum dictae aut ab editore positae sunt aut ex notis margini adscriptis, quae in codicibus reperiuntur, sunt receptae. Quae omnes notae marginales a nobis non in margine paginarum sed infra sub linea collocatae sunt additis numeris indicantibus lineam, ad quam quaeque nota pertinet.

Hae notae marginales (inanes annotatiunculos in cod. A a possessore eius saeculo XVI. factas omisimus) primam seriem commentariorum editionis nostrae efficiunt et numeris arabicis maiusculis insigniuntur. Altera series notarum litteris minusculis abecadarii signata constat ex variis lectionibus, quas supra commemoravimus. Tertia denique series numeris arabicis minusculis denotata vel locos ex scriptura sacra et ex sanctis patribus aliisque scriptoribus adductos indicat, vel varias explicationes ad rem ipsam spectantes continet. Loci ex biblia prolati, quorum numerus est infinitus, hausti sunt ex vulgata editione scripturae sacrae Sixti V., quae Viennae a. 1718 in lucem prodiit; notavimus autem non solum locos, quos auctor ex scriptura sacra aperte laudat, sed etiam eiusmodi locos, ubi ad proprias sententias vel iudicia sua exprimenda persaepe totis

enuntiatis vel etiam singulis vocabulis ex scriptura sacra utitur. Maximus autem eiusmodi locorum numerus clarissime docet, cur in nostro libro de magistro Matthia p. 47 „de elocutione notionibus et imaginibus biblicis saturata" dixerimus. Loci ex sanctis patribus prolati quaerendi sunt maximam partem in vulgo nota editione P. Migne. Loci ex aliis scriptoribus, imprimis latinis et graecis, adducti secundum nostrae aetatis editiones, quae nobis prae manibus erant, designavimus, cum auctor ipse eos plerumque ex summis theologicis medii aevi exscripsisset. Paucae omnino notae, quae ad res ipsas illustrandas pertinent, iis, quae opus sunt, breviter explicatis scripta adferunt, in quibus copiosius de eiusmodi rebus agitur.

Textum praecedit conspectus argumenti secundum singulos libros, tractatus, capitula cum suis inscriptionibus; quoniam nonnulla capitula nullam inscriptionem in textu habent, nos ipsi eam uncis rectis inclusam adiunximus. Summarium hoc sequuntur Addenda et Corrigenda.

Editionem tres indices concludunt: I. index locorum ex scriptura sacra, sanctis patribus aliisque scriptoribus laudatorum, II. index nominum, III. index rerum. Index rerum ita est compositus, ut gravissimis notionibus ordine logico omnes auctoris sententiae subiciantur, ut docti huius rei investigatores hoc indice usi omnem cogitandi rationem et doctrinam Magistri Parisiensis, quantum quidem eas volumen, quod edimus, continet, facile cognoscere possint.

„Regulae Veteris et Novi Testamenti" M. Matthiae de Janow in lucem prodeunt sumptibus librariae universitatis Aenipontensis Wagnerianae subsidio Academiae scientiarum, artium et litterarum Bohemicae Pragensis. Collegium virorum doctorum ab Academia hac proprie ad eum finem electorum, ut monumenta ad historiam reformationis religionis in Bohemia sae-

culo XIV. et XV. spectantia edenda curarent, postquam in sessione d. 11. Decembris a. 1905 habita cognovit relationem editoris, (cui interea a Museo Regni Bohemiae, quod est in possessione pretiosissimi primarii codicis A, d. 14. Octobris 1905 huius codicis edendi potestas est concessa), Regulas Magistri Matthiae de Janow integras cura eiusdem in lucem edere decrevit, et ad hunc finem operam librariae Wagnerianae Aenipontensis sibi postea comparavit. Itaque duplici hoc subsidio Regulae M. Matthiae de Janow in sex voluminibus emittentur, quorum quodque volumen praefatione et indicibus instructum corpus liberum atque solutum erit, sub communi titulo aliquot inter se cohaerentes tractatus totius operis continens eo ordine, quo in libris manuscriptis partes hae sunt servatae. In hunc modum emittentur:

volumine I. praefatio, tractatus 1. et 2. libri I., tractatus 1. libri II.,

volumine II. tractatus 1., 2., 3., 4. libri III.,
„ III. „ 5. libri III.,
„ IV. „ 6. „ III.,
„ V. liber IV.,
„ VI. „ V.

Hoc primum volumen in lucem edentes, imprimis grates debemus dd. praefectis, quibus cura bibliothecarum Musei Regni Bohemiae, Universitatis Pragensis, Capituli Pragensis, bibliothecae Vindobonensis et bibliothecae Budissinensis commissa est et qui nobis libros manuscriptos ad editionem hanc necessarios benigne commodaverunt. Gratias quoque sincerissimas agimus viro doctissimo doctori VENCESLAO NOVOTNÝ, professori historiae Bohemicae in universitate Pragensi, qui consocius illius supradicti collegii Academiae Bohemicae totum manuscriptum nobiscum, antequam typographo est traditus, maxima cum cura recensuit et multis locis correxit. Gratiam praeterea persolvimus domino praestantissimo HENRICO NEUDERT, professori gymnasii realis Smichovensis, qui nos in textu consti-

tuendo et a mendis typographicis corrigendo maximis cum studiis adiuvit. Denique gratias agimus librariae Wagnerianae Aenipontensi, quod hanc editionem summa cura typis describendam et elegenti ornatu typographico instruendam curavit.

Pragae, d. 20. Decembris 1907.

Vlastimil Kybal.

CONSPECTUS ARGUMENTI.

Pagina

PROOEMIUM . . . . . 1—18

Cap. I. [Modus loquendi praedicatorum ex deo et coram deo] 1

Cap. II. [Qui praedicator habeat fidem, spem et caritatem. Auctoris protestatio et retractatio. Tenor, titulus et divisio libri] 9

LIBER PRIMUS

DE DISCRETIONE SPIRITUUM ET PROPHETARUM SECUNDUM REGULAS TRADITAS AD HOC IN VETERI TESTAMENTO . . . . . 19—165

TRACTATUS PRIMUS: [DE REGULIS IN SE] . . . . . 19—50

Cap. I. — Quod ab inicio nunc et semper fuit valde necessarium homini attendere sibi a falsis prophetis et ab operacione spirituum malignorum 19

Cap. II. — Designacio regularum de lege Moysy quatuor pro discrecione spirituum et prophetarum investiganda . 25

Cap. III. — De quatuor documentis tractis ex quatuor prefatis regulis pro discrecione spirituum diversorum . . 29

Cap. IV. — Quod istis regulis quatuor et documentis pro discrecione spirituum prophetarum ad multa utebantur in Veteri Testamento 31

Cap. V. — De sufficiencia et distinccione quatuor predictarum regularum [Regula I. et II.] 32

Cap. VI. — [De sufficientia et distinctione III. et IV. regulae] . 34

Cap. VII. — De quinque signis pseudoprophetarum . . . 37

Cap. VIII. — De prima regula 40

Cap. IX. — De secunda regula 42

Cap. X. — De tercia regula 45

Cap. XI. — De quarta regula 49

Pagina

TRACTATUS SECUNDUS: DE COMMUNIONE CORPORIS CHRISTI . . . . . 51—165

Regula I.

Cap. I. — [Partes altercantes de frequenti communione. Protestatio auctoris] 51
Cap. II. — [Qui abstrahunt plebem a communione] . . . 52
Cap. III. — Cui sese doctor populi debeat conformare . . . 55
Cap. IV. — [Sacrificia Veteris Testamenti et singulariter iuge sacrificium designant frequentem communionem] . . 59
Cap. V. — De sacrificiis Veteris Testamenti, ad quid erant necessaria 60
Cap. VI. — [De delectatione s. spiritus, b. trinitatis, angelorum et hominum in sacramento altaris] 65
Cap. VII. — [De delectatione animarum in celis et in purgatorio] . 67
Cap. VIII. — [Delectatio in sacramento altaris qualis sit] . . . 69
Cap. IX. — [Propositiones de frequenti communione] . . . 73
Cap. X. — [De cessatione iugis sacrificii] 75
Cap. XI. — [Quod communio frequens non poterit impediri] . . 80
Cap. XII. — [Prophetia de abhominatione in desolationem quid significet] 82
Cap. XIII. — [De frequenti communione corporis Christi velut cibi pauperum plebis et ovium Christi] 84
Cap. XIV. — [Auctoritates de frequenti communione. Quid sit nobis deus in eukaristia. Prophetia de prosperatione frequentis communionis] 88
Cap. XV. — Quomodo se possunt tueri adversarii 95

Regula II.

Cap. I. — [Secunda regula ad illos applicatur, qui plebi dei dissuadent sacramentum Christi quotidie aut frequenter manducare] 97
Cap. II. — [Secunda regula ad illos applicatur, qui inducunt populum ad crebram sacramenti sumptionem] . . 99

Regula III.

[Tertia regula ad dissuadentes atque ad inducentes ad frequentem communionem applicatur] . . . 101

Regula IV.

Cap. I. — [Quarta regula ad dissuadentes applicatur. De communione sacramentali et spirituali] 102
Cap. II. — De manducacione solum fide vel participacione . . 106
Cap. III. — [Promotores frequentis communionis ad quartam regulam comportantur] 111
Cap. IV. — [Quod plebei se ingerentes ad communionem excusati esse videntur et quod ministri, qui non gaudent de unione cum Christo populi christiani per crebram communionem, non aguntur dei spiritu] . . 115

Pagina

Cap. V. — [Quinque obiecta contra frequentem communionem et responsio ad 1. et 2. obiectum] 117
Cap. VI. — [Responsio ad 3. obiectum contra frequentem communionem] 123
Cap. VII. — [Responsio ad 5. obiectum contra frequentem communionem] 130
Cap. VIII. — [Responsio ad 4. obiectum contra frequentem communionem] 134
Cap. IX. — [De contemptu sacerdotum a vulgo] 136
Cap. X. — [Quomodo digna communio quotidie et semel in anno fiat] 139
Cap. XI. — [De digna praeparatione ad frequentem communionem] 142
Cap. XII. — [Continuatur de digna praeparatione ad frequentem communionem] 145
Cap. XIII. — [De reverentia ac timore frequenter communicantium] 148
Cap. XIV. — [De frequenti communione mulierum] . . . 151
Cap. XV. — [De frequenti communione mulierum] . . . 155
Cap. XVI. — [De sacerdotum dignitate et abiectione] . . . 159
Cap. XVII. — [De frequenti communione mulierum] . . . 162
Cap. XVIII. — [Conclusiones de frequenti communione] . . . 164

LIBER SECUNDUS

DE DISCRETIONE SPIRITUUM IN PROPHETIS ET EVANGELIO.

TRACTATUS PRIMUS: [DE HYPOCRISI] 166–311

Prologus primus.

Cap. I. — [Regulae Novi Testamenti pro discretione hypocritarum. Tractatus de periculis novissimorum temporum] . 166
Cap. II. — [Protestatio auctoris] 171

Prologus secundus.

[Causa scribendi de hypocrisi et ordo dicendorum . 173

Quattuor regulae pro hypocrisi.

Cap. I. — Quid est ypocrisis et quot sunt species ypocrisis . 175
Cap. II. — Enumerantur regule octo ad ypocrisim vel non ypocrisim iudicandam 180
Cap. III. — De illis, in quibus omnes ypocrite concordant et concurrunt 182
Cap. IV. — Quomodo prefate regule pro ypocrisi dividuntur, et de sufficiencia ipsarum sumpta ex quatuor causis, puta ex bonis naturalibus, bonis fortuitis et bonis religionis et comodo vel pace temporali . . . 186
Cap. V. — De divisione quatuor regularum et sufficiencia ipsarum sumpta ex alio, scilicet ex verbis prophete . . 190

Pagina

Cap. VI. — De sedula et apparente ypocritarum negociacione questuum et amicicie huius mundi 196
Cap. VII. — Recapitulacio predictorum 201

Regula prima.

Cap. VIII. — Declaracio et probacio prime regule ad iudicandum et ostendendum ypocrisym 205
Cap. IX. — Ypocrite, quia amant seipsos, ideo diligunt regnum suum et gloriam magis quam regnum et gloriam Jhesu crucifixi 209
Cap. X. — Quod ypocrite valde non congnoscunt seipsos, quia sunt dupplicibus tenebris intrinsecus excecati . . 213
Cap. XI. — Quod prima et principalis causa cecitatis ypocritarum amor sui est inordinatus et ipse est caracter bestie in fronte 221
Cap. XII. — Quod ypocrisym vel ypocritas demonstrat maxime et probat veritas vite et doctrine Jhesu Christi, et qualiter ypocrite in ecclesia domini sunt fures et latrones 227
Cap. XIII. — De incidentali regula expressa per canticum angelorum 231
Cap. XIV. — Demonstracio ypocrite in conparacione eorum, qui sunt sancti in veritate et gracia Jhesu Christi . 236
Cap. XV. — Quod ista duo eciam sunt ypocritis rigida quasi cornua, puta quod sunt cupidi honoris proprii et liberales ac prodigi attribuere aliis honorem Jhesu Christi 240

Regula secunda.

Prohemium. — Quod quatuor tacta per regulas expungnant quatuor virtutes cardinales 244
Cap. I. — De secunda regula et de avaricia clericorum et religiosorum et signis ypocritarum 245
Cap. II. — Judicium seu discrecio ypocritarum in comparatione ad sanctos dei et electos, et de infructuositate ipsorum 255
Cap. III. — Quod nulli peccatores sunt tam contrarii et graves veritati Christi, sicut sunt ypocrite 258
Cap. IV. — Quod ypocrite clamant oracionibus ad dominum tantum ex usu, sed non ex caritate et gravitate cordis 263

Regula tertia.

Cap. V. — Qui magis proprie possunt dici ypocrite et in summo gradu consistentes 270
Cap. VI. — Quod ypocrite, cum multa et singula pro iustitia propria fecerint, unum tamen obmittunt solum et summe oportunum 272

Pagina

Regula quarta.

Cap. VII. — Incipit regula tercia *(sic)* et ipsius auctoritates et raciones 275
Cap. VIII. — Quod vicia ypocritarum possunt utiliter in publico reprehendi modeste et in communi 281
Cap. IX. — Quod ypocrite non valent in privato redargui vel convinci in singulari neque cognosci, nisi a spiritualibus viris et sanctis, et quod ypocrite seipsos ypocritas esse non congnoscunt 287
Cap. X. — Quod ypocrite sunt, qui faciunt illam tribulacionem periculosissimam et maximam ecclesie sanctorum 292
Cap. XI. — De fermento ypocrisis et distinctione eius ac proprietatibus 296

TRACTATUS SECUNDUS „DE DISTINCTA VERITATE" DEPERIIT
(cf. Praefationis p. XVI et libri „M. Matěj z Janova" p. 57).

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 4, lin. 13 lege utuntur *pro* utantur.
P. 6, lin. 16 lege loquimur, non *pro* loquimur non.
P. 7, lin. 23 lege quod, si quis *pro* quo quisque *[corr. ab ed.]*.
P. 21, lin. 3 lege pater eius *pro* patereius.
P. 36, lin. 33 lege Est ergo *pro* Er t ergo.
P. 43, lin. 26 adde ad verbum omnis *notam, quod hac voce excerpta sua D 1. 2 continuant in* „cap. VI.“
P. 44, lin. 37 lege Habacuc *pro* Abac.
P. 47, lin. 6 adde ad vocabulum voces *notam, quod hac voce D 1. 2. contin. usque ad vocem* murmurante. *Post quam vocem D 1. 2. contin. p. 49, lin. 1:* Ad divinum et tremendum sacramentum — adhiberi. *Post vocem* adhiberi *D 1. 2. contin. p. 101, lin. 18:* Omnis, qui wlt ex deo vivere vel digne ambulare, habet necesse hoc sacramentum manducare. Remocio oc. *usque ad vocem* ministravit *p. 102, lin. 23. Post quam vocem D 1. 2. contin. p. 104 lin. 7:* Unde queso — accipiendo. Ego semper — radicatum in hac vita. Cuilibet etenim profecto oc., *v. p. 129, lin. 1* — suam inde dampnacionem. Nullus status oc., *ibid. lin. 28.*
P. 47, lin. 8 lege dulcorate *(prout etiam in D 1. 2. legitur) pro* dulcorati.
P. 47, lin. 11 adde ad vocem multitudinem *notam, quod D 1. 2. habent* multiplicacionem.
P. 49, lin. 2 pro prius *D 1. 2. rectius habent* primus.
P. 76, lin. 40 lege ceterae *pro* caeterae.
P. 104, lin. 9 pro inhercia *D 1. 2 habent* inercia.
P. 120, lin. 13 pro inparatus“; (1) tum quia *lege* inparatus“: (1) tum quia.
P. 123, lin. 16 lege thezaurizet; non tamen . . .
P. 128, lin. 2 pro resurrectionem *lege* resurreccionem.
P. 134, lin. 14 lege ex officio, et ideo . . .
P. 140, lin. 10 lege ad manducandum, cottidie . . .
P. 141, lin. 3 lege rependamus *pro* repundamus.
P. 144, lin. 26 lege nos ipsos *pro* nosipos.
P. 146, lin. 17 lege hominum: „Num . . . ieiunare?“, M[t].
P. 146, lin. 30 pro assumpserunt dominum Jhesum *D 1. habet* assumpserint dominum Jhesum Christum.

P. 148, lin. 33 lege tractatu ultimo, distinccione . . .
P. 149, lin. 18 lege neque possunt, exsortes . . .
P. 150, lin. 7 lege dignus sit, et . . .
P. 152, lin. 28 pro moribus ecclesia *lege* moribus ecclesie.
P. 152, 30—31 lege manducabant, et . . . modo numquam . . .
P. 154, lin. 13 pro equippar[ar]entur *lege* equipparentur.
P. 155, lin. 26 pro quinymmo *lege* quin ymmo.
P. 159, lin. 4 pro debito et officio *lege* debito ex officio.
P. 160, lin. 14—16 rectius legendum est: vel . . . non venerantur, sed etiam propter *(seu:* ob) quandam displicenciam oc.
P. 165, lin. 37 adde ad v. etiam supra: scilicet p. 150, lin. 40.
P. 166, lin. 19 pro E, H et I rubr. *lege* F, H et I rubr.
P. 172, lin. 12 lege mater mea, ecclesia catholica Romana.
P. 175, lin. 13 lege in apparenti bono in religione.
P. 176, lin. 29 lege recenciaque, magis . . .
P. 179, lin. 24 lege bella . . . paganorum, infinita prelia et exicialia intestina.
P. 181, lin. 4 lege bona huius mundi, eciam per ea . . .
P. 182, lin. 22 et 23 lege istud complexum: „facta christiana professione"; per quod . . .
P. 225, lin. 31 lege EFGHI *pro* FFGHI.
P. 228, lin. 31 lege EGHI *pro* EEGHI.
P. 270, capitulo 5 incipit regula tertia de hypocrisi (reprobitas), quae usque ad c. 7, p. 275 prosequitur. Capitulo 7, p. 275 re vera regula IV. de carnalitate hypocritarum incipit (usque ad finem p. 311), non regula III., prout auctor false indicat; secundum quod etiam inscriptiones in superioribus partibus pag. 275—288 corrigendae sunt. Cf. etiam Conspectum argumenti et Indicem rerum sub „Hypocritae."

PROEMIUM[a]).

Capitulum primum[b]).

[Cod. A fol. 1[a]] „Ecce[c]), ex deo et coram deo loquimur, non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra." I. Thessal. 2[0] [1]).

Ista verba erant in illo tempore beati Pauli dicta, caritate urgente eum domini Jhesu, ex corde puro et consciencia bona ac[d]) fide non ficta[2]), ex qua alias dixit[3]): „An experimentum queritis eius, qui in me loquitur, Christus?" Et quia beatus Paulus non dicit hic „loquor", tantum in persona sua, sed dicit pluraliter „loquimur", in persona multorum, in quo notatur, quod talis causa et modus loquendi et scribendi fuit omnium apostolorum et discipulorum piissimi Jhesu, et eadem causa modus loquendi est et debet esse omnium predicatorum et doctorum missorum a spiritu sancto ad domum et familiam Jhesu Christi, id est quod habeant certum testimonium dei in se, dum docere nituntur, quod possint in veritate, id est ex corde puro et con-

---

[a]) *om. B et C; C hanc inscriptionem habet:* Tractatus Johannis Wikleff heretici. Ideo caute legas, ne incidas in laqueum mortis. *Qua inscriptione deleta alia manu posteriore est addita:* Iste tractatus est Magistri Mathie Parisiensis. Ideo caute legas in eo, ne incidas in errorem. [b]) *add. ab editore.*

[c]) *aliquot foliis codicis A evulsis, prooemium hoc, praeter duo folia inferius indicata, suppletum est in ipso codice A (cuius tantum folia in editione nostra assignantur) manu Fr. Palacký (= AP), qui hic secutus est codicem C.* [d]) et *B.*

[1]) *I. Thessal. II. 4. Locum scripturae auctor non ipsis verbis eius adfert; quae sunt:* „Sed sicut probati sumus a Deo, ut crederetur nobis evangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra."

[2]) *Cf. I. Tim. I. 5.* [3]) *II. Cor. XIII. 3.*

sciencia bona et fide non ficta verba assumpta dicere: „Ecce, coram deo et ex deo loquimur, non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra“ [1]).

Non enim expedit, nec est salubre homini aliquid loqui coram deo vel de deo, aut nuncciare populo dei quasi a deo[a]), nisi sit illud ex deo, vel nisi sit acceptum aliquo modo a deo, cum mandato dei implicito vel expresso loquendi vel scribendi ad plebes Christi.

Et idcirco de sanctis et veris doctoribus dicit scriptura [2]): „Annuncciaverunt opera dei et facta eius intellexerunt.“ Et iterum dicitur [3]): „Ego dabo vobis os et sapienciam.“ Et idcirco addit [4]): „Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.“ Quapropter ait [5]): „Qui vos audit, me audit.“

Ad illos [f. 1b] autem temerarios et audaces, qui presumunt coram deo, id est deo spectante et audiente, loqui ad populos non ea, que sunt ex deo, sed ea, que sunt a se, et opera hominum gloriantur, dicit verbum dei [6]): „Peccatori autem dixit deus: ‚Quare tu enarras iusticias meas et assumis testimonium[b]) per os tuum‘?“ Et in alio propheta dicitur [7]): „Non mittebam prophetas, et ipsi currebant. Non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant. Propterea ecce, ego[c]) ad prophetas, dicit dominus deus, qui furantur verba, unusquisque a proximo suo.“

Et hoc dictum accipe quoad illos, qui nesciunt quidquam de spiritu Jhesu crucifixi: ideo non continent testimonium dei in se, neque in lege domini voluntas eorum, nec[d]) in lege[e]) meditantur die ac nocte[8]), sacerdotes carnales, et qui ascendunt aliunde, ut essent in ecclesia dei, doctores et[f]) amici vite presentis, sed tota die, que sua sunt, querunt, de mundo sunt et de mundo loquuntur, et mundus, id est christiani huius mundi, eos libenter audiunt[9]). Et isti tales, quia nequaquam studiis sacre scripture sunt dediti, neque a iuventute sacras literas scire curaverunt, itaque neque[g]) a spiritu Jhesu Christi, quem non habent, neque a meditacione in lege domini sedula vel studio

---

[a]) *ita B;* deo *AP et C.* [b]) testimonium meum *B et C; recte:* testamentum meum. [c]) *ita B et C;* ego mitto *AP.* [d]) *ita AP et C;* neque *B.* [e]) in lege dei *B.* [f]) *om. B.* [g]) nec *corr.* neque *C.*

[1]) *I. Thessal. II. 4.* [2]) *Psalm. LXIII. 10.* [3]) *Luc. XXI. 15.* [4]) *Matth. X. 20.* [5]) *Luc. X. 16.* [6]) *Psalm. XLIX. 16.* [7]) *Jerem. XXIII. 21 et 30.* [8]) *Cf. Psalm. I. 2.* [9]) *Cf. Philipp. II. 21, et I. Joan. IV. 5.*

scripturarum divinarum habent docendi facultatem. Audacter tamen et hodie communiter ascendunt locum docencium et assumunt supercilium doctorum et sacerdotum, eo quod sunt impudici in loquendo et promptuli forte lingua volubili[a]) et ingenio ipsis suffragante in id ipsum. Et comparant sibi aliquas formulas sermonum, ut wlgo dicitur, postillas evanliorum per circulum anni, et ita sine ampliori studio et inquisicione[b]) sacrorum librorum legis christiane illos sermones usitatos sibi docent et non sine fastu predicant; qui non norunt prorsus, quid est biblia vel textus eius canonici, et, ut dictum est, studium sanctorum doctorum vel sacre scripture eis est omnino alienum et non solum longinquum, sed eciam ipsis contrarium, eo quod existentes alias clerici et sacerdotes curati et prelati in ecclesia, sunt immersi tota die negociis secularibus et[c]), ut habent de more dicere, hospi[f. 2a]talitati et cottidiano convictui hominum et maxime suorum complicium comessacionibus vel diviciis cumulandis. Hii itaque tales sacerdotes vel religiosi, amici sue carnis, non ex devocione quidem, neque ex delectacione et amore verbi dei et celestis sapiencie, neque ex zelo edificandi in virtute et veritate populos, sed quia loqui ipsis ex officio incumbit, vel quia volunt ostendere suam linguam politam et eruditam ad loquendum, vel quia cupiunt per hoc placere populis et in favore et honore delectantur, ideo currunt ad suos libellos usitatos[d]), concedunt se studio pusillum, assumunt pulcra verba et formulas de suis Pipere vel Peregrino[1]) vel similibus collectis per industriam et labores aliorum, exercent loquacitatem suam in illis et adornant ipsa fabulis et magnis indulgenciis et promissis, hoc solum et maxime cogitantes, ut hominibus placeant et laudabiliter suum officium exequantur.

Ad tales ergo sermo dei loquitur allegatus, dicens[2]): „Ecce, ego[e]) ad prophetas, dicit dominus, qui furantur verba mea, unusquisque a proximo suo.“ Omnia siquidem verba sancta et fidelia in se sunt verba dei[f]), quia omne verum, a quocumque dicatur,

---

17) Contra peccatores *C.*

[a]) vocabuli *B.* [b]) *ita B;* inacquisicione *AP et C.* [c]) *om. AP et C.* [d]) usitantes *C.* [e]) *ita recte B;* ego mitto *AP et C.* [f]) verba dei *AP,* vera *B.*

[1]) *Piper vel Peregrinus libros postillarum vulgo usitatos significant.*
[2]) *Jerem. XXIII. 30.*

a spiritu sancto est secundum sanctum Ambrosium[1]). Sed isti predicti amici huius mundi, doctores, non receperunt[a]) ea a deo, quia non ex deo loquuntur neque, ut deo soli placeant, loquuntur, sed ut placeant huic mundo, quem amant, et ut blandiantur sibi ipsis.

„Hii furantur verba dei, unusquisque a proximo suo": primo, quia illa pulcra dei verba non habent ex proprio labore, sed ex labore[b]) aliorum; alii namque laboraverunt, et illi[c]) sine labore accipiunt, existentes alieni et indigni, eo quod facti sunt reprobi circa fidem; quibus nequaquam per sanctos laboratum est vel thezaurizatum, sed tantum electis dei atque dignis, prout dicit apostolus[2]): „Omnia propter electos."

Unde sequitur secundum, quod attrectant vel utantur re aliena, invito eius domino, et illud est furtum a lege diffinitum. Nam si sancti patres vel sancti docto[f. 2b]res venerabiles[d]), quorum verba et formulas sermonum nos moderni, tales carnales et indigni, assumimus et contractamus[e]) solum propterea[f]), ut scioli videamur in populis, et ipsimet ea pedibus nostris, id est carnali et indigna[g]) vita nostra conculcamus et maculamus, si, inquam, viverent in presenti et essent presentes nostris usibus[h]) et sermonibus, factis[i]) ex verbis ipsorum, conscriptis[k]) a nobis[l]), procul dubio ferrent indigne[m]) et extraherent libros suos et formulas de manibus nostris, dicentes idem, quod ait dominus peccatori[3]): „Quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, proiecisti sermones meos retrorsum." Et sequitur[4]): „Existimasti inique, quod ero[n]) tui similis."

Secundo hii tales dicti sunt furari verba dei a proximis, quia utuntur ipsis tamquam propriis, ad suam gloriam et questum ipsa retorquent et non dant gloriam illis, a quibus accipiunt, nec sunt grati pro eo domino deo suo, cum tamen scriptum sit Ecclesiastici[5]): „Danti michi sapienciam dabo gloriam."

---

6) Qui nunc sciolli furantur verba dei, per totum *C.*

14) Quid sit furtum *C.*

[a]) acceperunt *B.* [b]) exalabore *C.* [c]) ipsi *B.* [d]) sancti doctores vel illi patres venerabiles *B.* [e]) contrectamus *B.* [f]) per ea *B.* [g]) indigni *C.* [h]) visibus *B.* [i]) sanctis *false B.* [k]) conscriptas *false B et C.* [l]) *om. B et C.* [m]) indigne a nobis *B et C.* [n]) essem *B.*

[1]) *S. Ambrosii Comm. in ep. ad Cor. I., ap. Migne, PL, t. 17, p. 245.*

[2]) *II. Tim. II. 10.* [3]) *Psalm. XLIX. 16. 17.* [4]) *Psalm. XLIX. 21.*

[5]) *Ecclesiastici LI. 23.*

Sunt tamen alii adhuc magis audaces, qui sensu suo quamvis carnali habundant; hii ex tumore[a]) sui spiritus multa docent et predicant, in kathedra Moysi sedentes atque sacerdocio perfungentes. Ad quos consequenter dominus loquitur in propheta dicens[1]): „Ecce, ego ad prophetas, ait dominus, qui assumunt linguas suas et aiunt: dicit dominus.“ Et paulo ante[2]): „Qui volunt facere, ut obliviscatur populus meus nominis mei propter sompnia eorum, que narrant, unusquisque ad proximum suum, sicut obliti sunt patres eorum nominis mei“, subaudi Jhesu crucifixi, „propter Balim“, id est propter amorem huius seculi, delicias ventris, divicias et gloriam huius mundi. Sequitur in propheta[3]): „Qui habet sompnium, loquatur sompnium. Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere. Quid paleis ad triticum? dicit dominus. Numquid non verba mea sunt quasi ignis ardens? dicit dominus, et quasi malleus conterens petram?“

Sunt quoque tercii, qui studentes ad hoc, ut gloriosi in populo dei appareant, facta insignia et dicta aliorum accomodant sibi, assumunt et multa incerta et fabulosa exportant in populo, que concursum populorum comparant et commovent ad sequendum se et predicandum. De quibus scriptura manifeste dicit [f. 3a][4]): „Novi[b]) recentesque[c]) venerunt, quos non coluerunt patres nostri.“

Verbi gracia huiusmodi impetrant[d]) et extorquent sibi quasdam novas gracias et singulares, et illas usque quaque extollunt et solempnisant. Iterum quedam miracula, etsi non per seipsos, tamen per statuas et ymagines sanctorum aput eos factas aut alia miracula, alias[e]) incerta et non probata per ecclesiam, longe lateque ac celebriter preconisant. Aut multas magnas promissiones salutis animarum simplicibus faciunt, confirmant et divulgant[f]) aput se et fraternitates suas vel[g]) locis sanctis sibi apropriatis posse pro modico haberi et adipisci gra-

---

5) Contra malos sacerdotes *C.*

10) Quod Balim est amor seculi *C.*

[a]) timore *corr.* tumore *B et C.* [b]) *hic incipiunt in codice A prooemii duo folia originalia supradicta (p. 1, n. c).* [c]) qui *corr.* que *A.* [d]) impetrans *corr.* impetretant *C.* [e]) alias *corr.* alia *B.* [f]) faciunt et diwlgant et confirmant *C.* [g]) *om. C.*

[1]) *Jerem. XXIII. 31.* [2]) *Jerem. XXIII. 27.* [3]) *Jerem. XXIII. 28:* „Propheta, qui habet somnium, narret somnium.“ [4]) *Deuteron. XXXII. 17.*

ciam dei et plenam remissionem peccatorum. Ad quos iterum, ubi supra, dicit sermo divinus[1]): „Ecce, ego ad prophetas, dicit dominus, sompniantes mendacium, qui narraverunt ea et seduxerunt populum meum in mendacio suo et in mirabilibus suis, cum ego non misissem eos nec mandassem eis, qui nichil profuerunt populo huic, dicit dominus."

Et est hic advertendum, quod, sicut infra[2]) lacius deducetur, quanto populus christianus magis expertus et exercitatus ascendit in ecclesiam, tanto sathan subtiliores laqueos excogitat, et magis eos abscondit sub speciebus virtutum et similitudine sanctitatis, et subtiliores suos angelos vel pseudulos[a]) multiplicat et producit in medium veste ovili superinducta, quanto potest propinquius veris prophetis et angelis lucis et sanctitati veritatis.

Ad differenciam igitur[b]) illorum talium sathane in posterum assumpsit beatus Paulus illud verbum, quod erat a principio propositum, dicens[3]): „Ecce, ex deo vel coram deo loquimur non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra."

Pro quibus verbis est notandum, quod quidam sunt, qui loquuntur ex deo, id est ea, que sunt ex deo, licet[c]) non coram deo, ut illi, qui loquuntur veritatem in se utilem vel qui loquuntur sacram scripturam, non tamen propter deum, nec ut soli deo placeant, sed propter lucrum temporale et ut hominibus placeant. De quibus Matth. VII°[4]): „Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo virtutes fecimus?" Et sequitur[5]): „Discedite a me, operarii[d]) iniquitatis, non novi vos."

Alii sunt, qui loquuntur neque ex deo neque coram deo. De quibus supra[6]): „Qui loquuntur ex suo[e]) capite fabulas et promittunt populis falsa, ut hominibus placeant."

---

8) De quanto quis plus proficit, de tanto sathan contra eum plus procedit *C.*

18) Quidam loquuntur ex deo, sed non deo *A.*

26) Quidam nec ⟨ ex deo / coram deo ⟩ loquuntur *A.*

[a]) pseudolos *corr.* pseudulos *A*; pseudolos *B*; pseudulos *C.* [b]) enim *B.* [c]) id est — licet *add. C in marg.* [d]) omnes operarii *C.* [e]) suo proprio *C.*

[1]) *Jerem. XXIII. 32.* [2]) *Cf. l. III, tr. 6, c. 35.* [3]) *I. Thessal. II. 4.* [4]) *Matth. VII. 22.* [5]) *Matth. VII. 23, cf. Luc. XIII. 27.* [6]) *v. supra pag. 5, lin. 17 sq.*

Sunt quoque tercii, qui ex deo et coram deo loquuntur, ut illi, qui, a deo inspirati et missi atque a dei ecclesia, docent ex scripturis sacris et ex fide, que per dileccionem operatur, ex puro corde et consciencia non ficta, id est, qui loquuntur ex fide recta, Christi Jhesu spe[a]), caritate, et pro eo, ut fidem et spem atque caritatem edificent in illis, ad quos sermo. Et illi tales, quociens loquuntur et quecumque loquuntur, quia ex habundancia fidei, spei caritatisque in corde locuntur[b]), vel scripturas sanctas loquuntur vel ea, que tota sacra scriptura docere intendit ac comprehendit.

Et ista est sentencia beati Gregorii Super Ezechielem et beati Augustini primo De doctrina christiana in fine. Dicit namque beatus Gregorius super illo verbo[1]): „Filii hominis, vade ad domum Israel et loqueris[c]) ad eos verba mea", omelia Super Ezechielem[2]): „In eo quidem, quod dominus prophete dicit: ‚Loqueris[d]) verba mea ad eos', quid aliud quam frenum moderaminis ori eius inponit, ne, que prius intus non audierit, foris dicere presumat. Nam prophete falsi sua et non domini verba loquebantur. De quibus scriptum est[3]): „Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis et decipiunt vos. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini." Et rursum[4]): „Non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant."

Qua ex re hoc quoque colligendum est, quo[e]) quisque expositor in explanacione sacri elloquii, ut fortasse [f. 3[b]] auditoribus placeat[f]), menciendo aliquid exponit, sua et non domini verba loquitur, si tantum placendi vel seducendi studio menciatur. Nam si[g]) in verbis dominicis virtutes ipse aliter quam is, per quem prolata, senserit[h]), eciam si sub intellectu alio edificacionem caritatis requirat[i]), domini sunt verba, que narrat[k]), quia ad hoc solum nobis deus per totam sacram scripturam loquitur, ut nos ad suum et proximi amorem trahat[l]).

---

1) Quidam loquuntur ex deo / coram deo *A*.

18) Prophete falsi quid loquuntur *A*.

[a]) spe et caritate *B*. [b]) et caritatisque in corde suo loquuntur *C*. [c]) loquere *B*. [d]) loquaris *B et C*. [e]) qua *(sic) A, B et C*. [f]) placeatis *corr.* placeat *A;* placeatis *B et C*. [g]) etsi *C*. [h]) *post corr. A;* senseritis *C*. [i]) requirant *C*. [k]) *post corr. A;* narratis *C*. [l]) *post corr. A*.

[1]) *Ezech. III. 4*. [2]) *S. Gregorii Magni Homil. in Ezech., l. I, hom. X, ap. Migne, PL, t. 76, p. 891*. [3]) *Jerem. XXIII. 16*. [4]) *Jerem. XXIII. 21*.

Item beatus Augustinus, ubi supra, ad idem dicit[1]): „Omnium ergo, que dicta sunt, ex quo de rebus tractavimus, summa est, ut intelligatur legis et omnium divinarum scripturarum plenitudo et finis esse dileccio rei, qua fruendum[a]) est", id est dei et domini Jhesu Christi, est [sic] „et rei, que nobiscum ea re frui potest", id est dileccio nostri proximi, „quia[b]), ut se quisque diligat, precepto non est opus. Hoc ergo, ut nossemus atque possemus, facta est tota pro nostra salute per divinam providenciam[c]) dispensacio temporalis, qua debemus uti, non quasi mansura quadam dileccione et delectacione, sed transitoria pocius tamquam via et tamquam vehiculo vel aliquo quorumlibet instrumentorum, aut, si quid[d]) congruencius dici potest, ut ea, quibus feruntur, propter id, ad quid[e]) feruntur, diligamus." Tunc dicit beatus Augustinus ad propositum[2]): „Quisquis[f]) ergo scripturas divinas vel quarumlibet earum partem intellexisse sibi videtur ita, ut eo intellectu non edificet, istam genuinam caritatem dei et proximi nondum intellexit. Quisquis non talem inde sentenciam duxerit, ut huic edificande caritati sit utilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille, quem legerit, eo loco sensisse probatur, non perniciose fallitur nec omnino[g]) mentitur." Et paulo post[3]): „Sed tamen, ut dicere ceperam, si ea sentencia fallitur, qua edificet caritatem, que finis precepti est, ita fallitur, ac si quisquam, errore deserens viam, eo per agrum pergat, quo eciam via illa perducit." Et infra idem et ad idem[4]): „Itaque tria hec sunt, quibus ut omnis sciencia et prophecia militat, fides, spes et caritas." Et paulo post[5]): „Ideo multi per hec tria et in solitudine sine codicibus vivunt." Et post iterum[6]): „Quapropter cum quisque cognoverit finem precepti esse caritatem „de corde puro et consciencia bona et fide non ficta"[7]), omnem intellectum divinarum scripturarum ad ista tria relaturus,

---

3) Plenitudo legis dileccio *A*.

25) Que et quot sunt, quibus omnis sciencia et prophecia militat *A*.

a) fruendus *B*. b) *om. B*. c) clemenciam *C*. d) quam *corr.* quid *A*; quam *B et C*. e) propter quod *B*; propter illud, ad quod *C*. f) quamvis quis *B*. g) omnis *C*.

1) *Augustinus, de doctrina christiana, l. I, c. XXXV, ap. Migne, PL, t. 34, p. 34.* 2) *Augustinus, l. c., c. XXXVI, apud Migne, PL, t. 34, p. 34.* 3) *Augustinus, l. c., apud Migne, l. c.* 4) *Augustinus, l. c., apud Migne, l. c., c. XXXVII, p. 35.* 5) *Augustinus, l. c., apud Migne, l. c., c. XXXIX, p. 36.* 6) *Augustinus, l. c., apud Migne, l. c., c. XL, p. 36.* 7) *I. Tim. I. 5.*

ad tractacionem divinorum librorum securus accedit. Cum enim diceret apostolus „caritas", addit „de corde puro", ut nichil aliud quam id, quid diligendum[a]) est, diligatur. „Conscienciam" vero „bonam" subiunxit propter spem. Ille enim se ad id, quid[b]) credit et diligit, perventurum esse desperat, cui mali consciencie scrupulus[c]) inest. Tercio „et fide"[d]) inquit[e]) „non ficta". Si enim fides nostra mendacio caruerit, tunc et non diligimus[f]), quid[g]) non est diligendum, et recte vivendo id speramus, quod nullo modo spes nostra fallitur."

Capitulum secundum[h]).

Ex istis igitur manifeste sequi videtur, quod omnis, qui est sibi conscius, quod habet fidem, spem et caritatem in Christum Jhesum et ad suos proximos in Christo dileccionem, potest et ipse cum beato Paulo dicere[1]): „Ecce, ex deo et coram deo loquimur", etc., quoniam omnia, que loquitur[i]), sunt sacra scriptura vel idem, quod notat tota sacra scriptura.

Potest autem quilibet talis esse conscius sancte fidei, qui conscius est sibi ipsi, quod credit in filium dei, Jhesum crucifixum, et exhibet se fidelem in domo eius, in ecclesia sancta, et pro eo libenter abnegat semet ipsum, id est omnem voluntatem propriam [f. 4a], et eligit piissimum Jhesum pro unico bono summo et necessario, eligit quoque vitam eius in hoc mundo, id est advenam esse in presenti vita et peregrinum et expositum tribulacionibus et persecucionibus universis.

Spem vero beatam in deum potest confiteri se habere tunc, cum in omnibus[k]) hiis non querit aliud adipisci preterquam dominum Jhesum Christum, graciam ipsius[l]) in presenti et societatem in eternum, ita ut possit ex consciencia dicere illud

---

17) Fides *A*. Conscius de fide *C*.

25) Spes *A, C*.

a) diligendus *false C*. b) quod *C*. c) scrupula *C*. d) in fide *add. B*. e) Tercio inquit *C*. f) diligamus *B*. g) quod *C*. h) *ita A colore rubro; om. B et C, qui tantum habent:* Sequitur: Ex istis, *etc.* i) loquimur *B et C*. k) hominibus *false C*. l) eius *B et C*.

1) *I. Thess. II. 4.*

psalmiste[1]): „Quid enim michi est in celo et a te, quid volui super terram?“ „Tibi dixit cor meum: Exquisivi te“, etc.

Caritatem autem tunc potest arbitrari se habere, dum homo afficitur amore ad Christum Jhesum[a]), et omnia, que Christi Jhesu vel de Christo Jhesu, specialiter illa sunt ei amabilia et accepta, utpote verba dei et precepta; et dum omnia, que facit, principaliter propter amorem domini Jhesu operatur; et si[b]) propter Christum Jhesum diligit suos proximos cum effectu[c]), eciam suos adversarios vel inimicos, aut compatitur eisdem et supportat. Et pro istis scriptum est[2]): „Si quis diligit me, sermones meos servabit“, etc.

Ego ergo coram Christo piissimo crucifixo, quia ista utcumque imitor et ea in me transformavi secundum mensuram, qua mensus est michi deus, ut aliquo modo possim assequi cum omnibus sanctis graciam et veritatem in Christo Jhesu, et in veritate dicere in unitate sante ecclesie verba premissa apostoli, que iam, in domino confortatus et fiduciam habens in caritate eius, assumpsi in principio pro omnibus per me[d]) in futurum scribendis et dicendis, dicens[3]): „Ecce, ex deo et coram deo loquimur, non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra“: propter quod hunc librum de regulis Veteris et Novi Testamenti, quem, ut pie credo, ex deo et coram deo, non ut hominibus placeam, ut patebit facile in processu ipsius, sed[e]) Christo Jhesu, deo meo crucifixo, collegi et ordinavi pro discrecione sanctitatis in veritate, de qua dulcis Jhesus Jo. XVII[4]): „Pater, sanctifica eos in veritate“, a speciebus[f]) simulate sanctitatis ypocritarum et primum clericorum pseudolorum[g]) et sacerdotum carnalium ac doctorum modernorum, de quibus dominus in Mt. XXIIII[5]): „Videte, ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum Christus, et multos seducent“, subaudi a caritate ad amorem huius mundi

---

3) Karitas *A, C.* Quis habet caritatem *B.*

22) Titulus libri *A.*

a) amore ad ipsum Jhesum *B;* amore ad Jhesum Christum *C.* b) se *false C.* c) affectu *B.* d) per que *false B.* e) sed in *C.* f) *om. false B.* g) pseudulorum *B et C.*

1) *Psalm. LXXII. 25 et XXVI. 8; recte, ut in codice C legitur:* exquisivit te, *sc.* facies mea. 2) *Joann. XIV. 23.* 3) *I. Thessal. II. 4.* 4) *Joann. XVII. 17.* 5) *Matth. XXIV. 4. 5.*

seu ab imitacione Christi Jhesu in paupertate et passionibus ad sequelam huius seculi in molliciis, diviciis et honoribus et pace carnis in hac vita. Unde ad idem apostolus[1]): „Erunt homines seipsos amantes, elati, cupidi, inflati", etc.

Rogo ergo et hortor in Christo piissimo, Jhesu crucifixo, quemlibet pium lectorem, ut in fide, spe et caritate domini nostri Jhesu Christi suscipiat omnia, que in eo legerit, in tantum et pro eo ipsa recipiat, pro quo et in quantum edificant communem fidem et spem Christi Jhesu ecclesie, que fides omnia per dileccionem et ad dileccionem operatur.

Nam protestor iterum et coram deo[a]) atque ex deo elloquor, quod[b]) solum pro eo et ad id in hoc libro laboravi[c]), ut saltem in modico habundanciam iniquitatis morderem[d]) et, refrigerium caritatis multorum in aliquo per verba legis Christi et apostolorum refricando, excitarem forte quosdam viros ad sanctum zelum pro domo dei.

Conscripsi vero eciam hos libros ex amore et devocione ad beatificum et superceleste sacramentum corporis et sanguinis Christi[e]), si forte possem in aliquo promovere honorem eius et gloriam atque amorem modernorum [f. 4b] et desiderium fidele ad ipsum venerandum amplius et ipso digne perfruendum tali modo et ad illum finem, quali et ad quem[f]) est ipsum preparatum a Christo Jhesu et ecclesie dilecte sanctorum dei distributum et donatum. Nolui eciam sub modio segniciei et incurie mee abscondere, que, a iuventute divinarum scripturarum sedulus perscrutator, ex Christo Jhesu et cum Christo Jhesu collegi ex libris et accepi ex[g]) illuminacione eiusdem fidelissimi

---

11) Protestacio (laboris in hoc opere) *A.* Protestacio *C.*

a) *ita A. B. C; cod. D 1. et D 2., qui hic incipiunt, habent:* Ego coram Christo piissimo crucifixo protestor. *Cod. D 1. hanc notam ad auctorem spectantem in marg. inferiore continet:* „Anno domini M°CCCXCIIII *(sic)* in die sancti Andree obiit venerabilis vir Magister Mathias Parisiensis de Janow, verbi domini Jhesu crucifixi sollicitus predicator, et est in ecclesia Pragensi sepultus. De cuius tractatibus sunt hec excerpta et quedam de dictis propria manu scriptis" *(rubr.). Cf. V. Kybal, M. Matěj z Janova, p. 21 (ubi legendum est 1393 pro 1394, ut false nota commodum citata mortem M. Matthiae indicat) et p. 39 n. 6). Cod. D 2. hinc inscr. rubr. habet:* Excerpta de tractatibus Magistri Mathie Parisiensis. b) quem *false B.* c) elaboravi *D 1. 2.* d) *ita A. C. D 1. 2;* moderem *B.* e) Jhesu Christi *C et D 1. 2.* f) ad quid *B.* g) et ex *B.*

1) *II. Tim. III. 2.*

Jhesu crucifixi, qui[a]) suaviter illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Quapropter in hiis scriptis meis per totum usus sum maxime byblia et ipsis cyrographis et modicum de dictis doctorum[b]), tum quia biblia semper ad omnem consideracionem et materiam scribendam semper michi prompte et copiose occurrit, tum quia ex ipsa et per eius divinissimas veritates[c]), que sunt lucide et per se manifeste, solidius omnes sentencie confirmantur, fundantur stabilius[d]) et utilius ruminantur, tum quia ipsa est, quam a iuventute mea adamavi, et vocavi ipsam amicam et sponsam meam, ymmo matrem pulchre dileccionis et agnicionis et timoris et sancte spei[e]). Et quam cito legi beatum Augustinum in libro De doctrina christiana[1]) et Jeronimum[2]) dicentes, quod studium textuum sacratissime biblie est in principio et in fine super omnia necessarium et utile cuilibet pertingere[f]) cupienti ad agnicionem theoloyce veritatis, et ipsa est primum et fundamentale et debet esse cuilibet literato christiano, mox aglutinata anima mea biblie in amore perpetuo; ubi fateor, quod a iuventute mea non recessit a me usque ad senectam et senium neque in via neque in domo, neque dum occupabar, nec cum[g]) ociabar. Et in omni mea ambiguitate, in[h]) omni questione semper in byblya et per eam sufficientem et lucidam expedicionem reperi et consolacionem anime mee et in omni turbacione mea, persecucione et tristicia[i]) ubique confugi ad bybliam, que, ut dixi, semper mecum ambulat, mea karissima: et ipsa semper obviavit michi, quasi mater honorificata, et [quasi] mulier a virginitate suscepit me[3]), et secundum multitudinem dolorum in corde meo consolaciones sue letificaverunt animam meam[4]). O, quam tunc dulciter pro modulo meo et mensura cibavit me[k]) ubique pane vite et intellectus[l]), et discussis tenebris, in quibus fluctuabam, quam utiliter potavit[m]) aqua sapiencie salutaris[5])!

3) Biblia (commendatur) *A.* Nota de biblia *C.*

a) Jhesu Christi crucifixi, qui *D 2;* quia *false B.* b) sanctorum *D 1. 2.* c) *om. D 1. 2.* d) *om. D 1;* et stabilius *D 2.* e) *hac voce desinunt codicum D 1. 2. excerpta, continuantia vocibus* tum quia verba et doctrine doctorum, *cf. infra p.* 13 *lin. 32.* f) *om. B. et C; B pro* cupienti *ponit false* cupientes. g) dum *C.* h) et in *C.* i) et iusticia *false B.* k) mee *false C.* l) intellectu *false C.* m) potabat *C.*

1) *Cf. locos superius citatos.* 2) *Cf. S. Hieronymi Epistola CVIII. 26, ap. Migne, PL, t. 22, p. 902.* 3) *Cf. Eccli. XV. 2.* 4) *Cf. Psalm. XCIII. 19.* 5) *Cf. Eccli. XV. 3.*

Unde, cum vidi quam plurimos portare semper[a]) et ubique secum reliquias et ossa diversorum sanctorum pro defensione sua quilibet et sua singulari devocione, ego elegi michi bibliam, meam electam, sociam mee[b]) peregrinacioni, gestare[c]) semper mecum et ubique ad latus meum in promptu pro mea defensione et consolacione continuata[d]), eciam in adversis. Utilius etenim ratus sum habere mecum semper verba et doctrinas sanctorum prophetarum[e]) et Christi atque apostolorum et evangelistarum, saluberrime ad omnia commonentes et mecum suavissime[f]) colloquentes, quam ossa eorundem vel cetera huiusmodi sine vita, promotus ad hoc a beatissimis nostris patribus, qui in priscis temporibus similiter faciebant, ut patet in hystoriis sanctorum valde de multis, nec finis esset ipsorum multitudinem numerare[g]), qui[h]) ewangelia Christi et textus sacre biblie ubique secum baiulabant. Quod quidem et biblie multe valde per ecclesiam, parvule et compendiose[i]) nimis atque cum maximo studio comparate[k]), attestantur manifeste, hoc puta, quod viri devotissimi, quocumque pergebant, ubique volebant in habundancia verbi divini habitare, ubique secum bibliam compendiosam et delectabilem baiulantes, quatenus sic intus in[l]) [f. 5a] pectore et foris in libro ubique gladio spiritus, quod est verbum dei, essent[m]) ita communiti, ut ingressi cor et memoriam et egressi ad librum et ad bibliam, ubique pascua Christi Jhesu invenirent semper, ipsorum promtuariis[n]) felicibus eructuantibus ex hoc in illud[l]), thesauros novos, qui in corde manant fontaliter, et veteres, qui in libris conditi sunt salubriter, sapiencie et sciencie dei, ubique ad ipsorum consolacionem, pacienciam et doctrinam.

In istis ergo scriptis[o]) meis non sum usus propriis verbis doctorum, sed tantum verbis sacratissime biblie. Et licet sentencias et veritates doctorum plurimum[p]) interposuerim, tamen non institi eorum allegacioni expresse in hoc libro, tum[q]) quia

---

2) Hic loquitur ypocritice *C manu posteriore.*

a) *om. B et ponit minus apte:* secum et ubique. b) me *false B.* c) gestari (?) *B.* d) continua *C.* e) sanctorum et prophetarum *C.* f) sanissime *B.* g) enumerare *B et C.* h) que *false B et C.* i) compendioso *false B.* k) conparare *false B.* l) *om. B. Hic quoque desinunt duo folia originalia cod. A. et incipiunt duo folia scripta manu Fr. Palacký (= AP).* m) erant *B.* n) protutuariis *false C.* o) *ita B et C;* scripturis *AP.* p) *ita B et C;* plurimorum *AP.* q) *hic inc. codicum D 1. 2. excerpta; cf. supra pag. 12, not. e.* l) *Cf. Psalm. CXLIII. 13.*

verba et doctrine doctorum habent loca sua, id est libros plurimos, et qui[a]) wlt ipsos legere, per se potest invenire, tum quia iam[b]) tanta est multitudo doctorum et presertim librorum ipsorum in dei ecclesia, ut facile a quolibet possit videri, totum mundum non posse comprehendere eos, qui conscripti sunt, libros. Brevis vero vita seculi nostri presentis et plena miseris[c]) occupacionibus et penitencia vix pauca admittit lectitare, et specialiter pauperes philosophantes, quibus nec mora nec facultas neque libri sunt ad legendum, de quibus me unum esse pauperem confiteor et in laboribus a iuventute mea. Ea vero, que hic conscribam vel conscripsi[d]), maxime in oracione et per oracionem accepi et intellexi ex leccione biblie atque didici ex consideracione vigili et sedula eorum, que in seculo moderno geruntur, et ex comparacione temporum antiquorum[e]).

Rogo autem instanter et coram Christo Jhesu, qui est heri et hodie idem ipse et in secula, quemlibet lectorem huius voluminis, ut non credat me omnia, que hic scribo, temere[f]) pertinaciterque, quod sint a spiritu sancto, affirmare. Verum pocius sciat quilibet huiusmodi, quod ista scripta et omnia mea propono et expono correccioni pie cuiuslibet viri catholici, qui fide vivit filii dei, speque viva et caritate domini Jhesu gubernatur; et singulariter ac notabiliter[g]) me et ista scripta et omnia mea humiliter et devote subicio matri mee piissime, Romane ecclesie et ipsius doctoribus venerabilibus atque sanctis, obsecrans coram pio Jhesu, ut probent me, et dicta factaque mea omnia et singula temptent usque finem.

Et ego paratum me exhibeo sequi et obedire, quoniam scio, quod illa via est regia, certissima et secura, qua ambulans, non confundar in eternum, id est humilem et subiectum Christo [f. 5[b]] Jhesu in communi fide, spe et caritate sancte catholice ecclesie. Et scio eciam, quod prophete et viri sancti et approbati, qui in dictis suis[h]) et factis secuii et[i]) certi non fuerunt,

---

11) O, vide *(cetera erasa sunt)* C.

23) Hic attende *(rasura)* C.

31) Quod viri sancti approbati non fuerunt certi de suis dictis et factis C.

a) *que (q̄) B et* et *om.;* qui *solum B et D 1. 2.* b) vel *false C.* c) miseriis *D 1. 2.* d) conscribam *D 1.* e) *post has voces codicum D 1. 2. excerpta continuant pag. 16, lin. 12:* Tenor autem, *etc.* f) tenere pertinaciter *B et C.* g) notaliter *C.* h) *ita AP. et B;* sunt *C.* i) *om. C.*

et ea, que ex animo affirmaverant[a]) uno tempore, alio tempore, melius persuasi, retractarunt[b]), ut patet de propheta Nathan super David et edificacione templum domini, et de Ysaia[c]) super morte regis Ezechie, de beato Petro in correpcione a Paulo super communicacione cum conversis ex gentibus, et de beato Paulo in pluribus, et de beatissimo Augustino in multis, qui dicta sua plurima retractavit et exposuit aliter et melius declaravit.[1]

Et beatus est, qui spiritu pauper cum Christo Jhesu in corde miti et humili querit sibi requiem, in omnibus dictis et factis suis recogitans, quod nichil omnino potest facere nec eciam cogitare sine domino Jhesu Christo, memor semper et in omnibus proprie infirmitatis, creberrimos suos casus et multiplices recensendo, secundum quod scriptum est in prophetis[1]): „Scito Israel, quia ex te est ruina tua et tantum ex me salus tua, dicit dominus."

Et idcirco rogo obnixe universos fratres meos et patres, ad quos opus presens pervenerit, quatenus omnes defectus meos, qui in hoc opere relucent, pie et misericorditer interpretentur et supportent propter amorem domini nostri Jhesu Christi, attendentes illud, quod confessus sum superius, quod in veritate et coram Jhesu nostro crucifixo dulcissimo non intendo per ista, nisi communem fidem, spem et caritatem edificare in aliquo ecclesie sacrosancte. Sive ergo lapsus sum vel fuerim in verbo et in glossa[d]) forsitan, sive in allegacionibus scripturarum, sive in sentenciis verborum et superfluitate, sive in audacia loquendi de diversis facultatibus[e]), sive quod in aliquibus materiis descendendo forte nimis reprehensive ad speciem statuum quorumdam hominum et condiciones, non tamen[f]) personarum, sive de aliquibus verbis satyricis et ad increpandum compositis usque ad commocionem vel offensam forte piarum aurium, sive de[g]) zelo meo, qui est in aliquibus et forsitan in pluribus locis non secundum scienciam, sive de inepta et incompleta locucione[h]) aliquarum veritatum: de omnibus inquam talibus peto iterum atque [f. 6a] iterum et semper[i]) veniam et

[a]) affirmaverunt *AP et C.* [b]) retractaverunt *AP et C.* [c]) Isaie *solum AP et C.* [d]) ita *AP;* grammatica *B et C* (gca). [e]) *ita AP et C;* difficultatibus *B.* [f]) *ita AP;* tantum *C et C.* [g]) *om. B.* [h]) expressione *B.* [i]) semper peto veniam *B.*

[1]) *Cf. Isaiae XLV. 17 (locus discrepans).*

compassionem et, si necesse est in aliquibus, piam correccionem, modo et forma in dei ecclesia hactenus observata, universam fraternitatem clericorum, sacerdotum, magistrorum et doctorum, monachorum et religiosorum, ad quos scribitur principaliter et primum atque mittitur hoc volumen. Si quid autem in hiis sentenciis fuerit conveniens et utile, sit in eo laus et gloria deo patri et filio eius piissimo et gratissimo, domino crucifixo, et spiritui sancto, ex quo omnia, in quo omnia et[a]) per quem et propter quem omnia, qui vivit et regnat deus in secula seculorum.

Tenor[b]) autem et distinccio huius libri erit talis. Nam continet quinque libros parciales, quorum primus principaliter est de communicacione in dei ecclesia corporis et sangwinis domini nostri Jhesu Christi in sacramento, simul et de[c]) distinccione[d]) spirituum, principaliter in doctoribus et[e]) prophetis[f]). Illum[g]) enim principaliter, id est[h]) solum illum primum intendebam sub brevitate scripsisse. Dehinc pius Jhesus michi dilatavit et, aperiens ostium[i]), me implevit[k]) suis copiis, ut duos libros post, puta secundum et tercium, scripserim, de iudicio et discrecione verorum et falsorum christianorum, et primum pseudoprophetarum et doctorum[l]). Dehinc[m]) alios duos libros, scilicet quartum et quintum, solum et simpliciter de communicacione in Christi[n]) Jhesu ecclesia deifici et supertremendi veri corporis et sanguinis Jhesu Christi.

Et intitulavi istum librum REGULAS aut DE REGULIS VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, quoniam per eas et pro eis est ordinatus[o]). Nam in primo agitur de quatuor re-

---

12) Tenor libri *C.* Divisio libri in partes *D 1. 2. rubr.*

26) Titulus primi (?) libri *C.* Titulus *D 1. 2. rubr.*

[a]) *om. B.* [b]) *his vocibus D 1. 2. excerpta sua continuant.* [c]) *om. C.* [d]) discrecione *D 1. 2.* [e]) et in *B et C.* [f]) *D 1. 2. continuant:* 2us et 3us de iudicio et discrecione *etc., cf. infra lin. 20.* [g]) illic *false B.* [h]) et *B.* [i]) hostium *B et C.* [k]) replevit *B.* [l]) *D 1. 2 continuant post hanc vocem:* 4^tus^ et 5^tus^ solum et simpliciter, *etc.* [m]) et dehinc *B.* [n]) Christo *false B.* [o]) *D 1. 2. expl.:* Hec Magister Mathias Parisiensis in prohemio predictorum librorum. *Et sequitur ibidem:* Causa scribendi hunc librum *(rubr.).* Protestor coram deo, *etc., cf. inferius l. I, tr. 2, c. 2. D 2. hanc notam marg. manu recentiore scriptam continet:* Post 4 regulas et ad eas responsiones ponit hoc principale propositum de frequenti communione libri primi tractatus 2^i^, quod inde est excerptum.

gulis sumptis de Veteri Testamento, a domino deo traditis solempniter suo populo pro discrecione spirituum variorum in prophetis. Et secundum hoc primus liber continet duos tractatus et octo distincciones, scilicet 4^{or} distincciones de regulis in se et 4^{or} de venerabili sacramento.

Secundus liber continet octo regulas collectas de canone Novi Testamenti, 4^{or} pro iudicio et noticia [f. 6^{b}] falsorum christianorum et maxime[a]) falsorum prophetarum, et 4^{or} alias pro iudicio et noticia sanctorum in veritate et singulariter verorum predicatorum et doctorum. Et secundum hoc liber continet duos tractatus et octo distincciones, 4^{or} de falsa specie sanctitatis et 4^{or} sequentes distincte veritatis[b]).

Tercius liber includit unicam celeberrimam regulam, que omnium aliarum mater est, et omnibus aliis precedentibus duodecim, scilicet 4^{or} ex libro primo et 8° ex libro secundo, communis est et perfectissima, que habet se conformiter ad alias XII velud lex ad XII tribus Ysrael in Veteri Testamento et sicut piissimus Jhesus, dominus deus spirituum universe carnis, ad XII apostolos in Novo Testamento. Et continet iste liber tercius sex tractatus, et quilibet tractatus continet plures distincciones. Nam in primo tractatu disputatur de regula in se, in secundo applicatur ad apostolos et prophetas, in tercio applicatur eadem ad communicacionem in ecclesia sanctorum divini sacramenti corporis Christi[c]); in quarto tractatu adequatur ad universitatem pulcerrimam et distinccionem catholice ecclesie; in quinto tractatu venatur seu scrutatur per sepe dictam regulam Antichristus, et revelatur corpus eius et tempus; in sexto tractatu per eandem regulam publicam et communem ostenditur abhominacio desolacionis stare, ubi non debet, et denudantur fornicaciones et pudenda meretricis[d]) magne, que sedet super aquas multas. Et hec omnia in libro tercio, et ibidem applicacio[e]) modernorum ecclesie ad ecclesiam sanctorum primitivam[f]).

In quarto libro ista predicta regula tredecima et generalis applicatur singulariter ad communicacionem raram et crebram in plebe christiana altaris sacramenti. Et quia ille liber est factus

---

[a]) precipue *B et C.* [b]) *ita AP et C;* de sanctitate veritatis *B.*
[c]) Jhesu Christi *B et C.* [d]) meretrices *false B.* [e]) applicacionem *false B.*
[f]) primitivorum *C.*

ad[a]) modum questionis, ideo continet octo articulos, qui in processu patere poterint perlegenti.

In quinto libro applicatur eadem sepe dicta magna regula principaliter ad dispensatores et ministros in ecclesia corporis et sangwinis Christi. Et dividitur iste liber quintus in XII distincciones, que eciam in registro libri in principio cum suis materiis numerantur et in execucione patebunt perlegenti usque finem[b]).

Sequitur tractatus previus[c]).

---

[a]) per *B.* [b]) etc. *B. Ibidem f.* 7[a]—10[a] *sequitur index rerum, qui ad omne argumentum huius codicis spectat.* [c]) *ita AP et C.*

[f. 7a] INCIPIT LIBER PRIMUS DE DISCRECIONE SPIRITUUM ET PROPHETARUM SECUNDUM REGULAS TRADITAS AD HOC IN VETERI TESTAMENTO[a]).

Capitulum primum[b]).

Quod ab inicio nunc et semper fuit valde necessarium homini attendere sibi a falsis prophetis et ab operacione spirituum malignorum.

„Karissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, an ex deo sint, quoniam multi pseudoprophete exierunt in mundum." Ia Joh. IIII.[1])

Ab exordio creature erant in genere humano[c]), qui filii dei dicerentur, et alii filii hominum, sicut scriptum est Genes. VI.o[2]): „Cumque cepissent homines multiplicari super terram et filios procreassent, videntes filii dei filias hominum, quod essent pulcre, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant." Sed cum hii et illi unius Adam sint filii[d]), unde, rogo[e]), hii filii dei et illi[f]) filii hominum dividantur? Et[g]) licet filii dei

6) Rubrica *A*.

13) De differencia filiorum dei et filiorum hominum *B et C*.

[a]) *ita A B C.* [b]) *ita A et C; om. B, qui sequentem titutum capituli primi confundit cum inscriptione totius libri.* [c]) *add. A in marg.* [d]) filii dei *C.* [e]) *add. A in marg.* [f]) hii *B.* [g]) Et — discernantur *add. A in mar-*

[1]) *I. Joann. IV. 1.* [2]) *Genes VI. 1. 2, ubi rectius legitur:* Cumque ... filias procreassent...

filii Seth et filii Cayn filii hominum per quosdam discernantur, puto tamen, quod istius[a]) non invenies racionem pociorem[b]), nisi quod aliquos spiritus dei et[c]) veritatis inspirabat, et hii filii dei dicebantur. In argumentum huius est apostolus inquiens[1]): „Qui spiritu dei aguntur, hii filii dei sunt." Alios quoque spiritus carnis et mendacii[d]) occupabat, et illi filii hominum merito iam tunc sunt nunccupati, quia spiritus mendax, ab inicio occupans hominem, honorem suum fecit ipsum non intelligere, puta quod erat unigenito dei filio similis et ad ymaginem eius creatus, et per hoc filii[e]) dei per ymaginis participium, utpote angeli dei, dicebantur, quia ob id vocati sunt angeli dei filii[f]), prout scriptura innuit, que dicit Job XXXVIII[o 2]): „Ubi eras, quando ponebam fundamenta terre?" Et paulo post[3]): „Cum me laudarent simul astra matutina et iubilarent omnes filii dei?"

Spiritus ergo mendax inde hominem deiectum in similitudinem iumentorum, que sunt sine intellectu, et filios humi constituit. Juxta quod dictum est homini[4]): „Terra est et in terram ibis." Sed quia dicit veritas serpenti[5]): „Terram comedes", homo autem est terra, sequitur evidenter filios hominum, equidem[g]) illos, qui degeneri[h]) sunt in similitudinem iumentorum humi, id est terreni homines[i]), cibum esse serpentum antiquorum, id est spirituum[k]) mendacii. Et[l]) ista eciam est sentencia manifeste beati Augustini super illum locum psalterii: „Dante te illis colligent[6])."

Sicque consequens erit, quod spiritus mendacii, filios hominum devorans, in filios mendacii eos commutabit. Et inde est illud[7]): „Omnis homo mendax", et alibi[8]): „Mendaces filii

---

7) De spiritu mendacii *C.*

15) De spiritu mendaci *B.* A spiritu mendacii dicti sunt homines filii humi et hominum, ideo omnis homo mendax *C.*

19) A spiritu mendaci dicti sunt filii hominum *B.*

gine, sed, prout omnes fere notae marginales codicis huius, ligatoris incuria valde mutilatum est. a) *A sup. lin. add.* b) *A in marg.* c) *A sup. lin. add.* d) spiritus mendacii *C*; carnis et *A sup. lin. add.* e) filius *B et C*; filius *corr.* filii *A in marg.* f) ob id — filii *add. A in marg.* g) esse equidem *C.* h) de genere *C.* i) equidem - homines *A in marg.*; sunt et *B et C.* k) spiritum *C.* l) Et ista — colligent *A in marg.*

1) *Rom. VIII. 14.* 2) *Job XXXVIII. 4.* 3) *Job XXXVIII. 7.* 4) *Cf. Genes. III. 19.* „Pulvis es et in pulverem reverteris." 5) *Genes. III. 14.* 6) *Cf. S. Augustini Enarr. in ps. CIII. 28, ap. Migne, PL, t. 37, p. 1386.* 7) *Psalm. CXV. 11.* 8) *Psalm. LXI. 10.*

hominum." Et iterum[1]): „Vos ex patre dyabolo estis et desideria patris vestri wltis facere." Et infra[2]): „Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est et patereius."

Et ex hiis manifeste sequitur, quod spiritus Jhesu et spiritus Belial, spiritus veritatis et spiritus mendacii ab inicio creature mox inceperunt operari, et quilibet iuxta sibi propria circa genus humanum negociari, et filios sue proprie nature, nisi sunt ex hominibus sibi consanguineis, procreare, et [sic] transformans unus filios dei, filios veritatis, alius filios hominum, filios[a]) mendacii et universe vanitatis vivos[b]), sagaciter, continue et potenter operando in hominibus[c]), unus salutem, alter perdicionem[d]) animarum, unus conversionem ad deum per penitenciam, alter aversionem a deo per peccatum.

Et[e]) ex hoc contigit, quod multi pseudoprophete exierunt in mundum[f]), similiter et prophete veraces, licet pauciores, quia[g]) spiritus mendacii magis apertam[h]) habuit materiam ad suum opus et sue impressioni magis inclinatam in genere humano iam corrupto in sua origine et radice per[i]) iniquitatem et mendacium, — ex quo dictum est[3]): „Prona est omnis etas in malum ab adolescencia sua" —, quam spiritus veritatis, qui de celo prospiciens super filios hominum, ut videret[k]), si est homo quisquam intelligens aut requirens deum, et ecce, omnes declinaverunt, simul[l]) inutiles sibi facti sunt[4]). Quapropter spiritus domini admodum columbe ipsius Noe tempore diluvii fertur et ferebatur super aquas multas, id est populos, querens pedem suum ponere et requiescere ac manere alicubi in hominum natura; sed heu, minime invenit vel vix raro, quia diluvium peccatorum et habundancia iniquitatis nimis inundaverunt

---

4) De duobus spiritibus contrariis, qui ab inicio inceperunt *B et C.*

14) Quod a spiritu mendacii exierunt spiritus mendaces *B et C.*

25) Aqua est populus *B et C.*

28) Quod diluvium peccatorum et habundancia iniquitatis nimis inundaverunt *C.*

[a]) et filios *C.* [b]) in *(sic) C.* [c]) et filios — in hominibus *A in marg.* [d]) predacionem *B;* unus ad salutem, alter ad perdicionem *C.* [e]) Et ex hoc — vigilareque in omnibus super seipsum *add. A in marg.* [f]) in mundum mendaces *C.* [g]) quam *C.* [h]) aptum *C.* [i]) ex *corr.* per *A.* [k]) videat *corr.* videret *A.* [l]) simul et *C.*

[1]) *Joann. VIII. 44.* [2]) *Joann. VIII. 44.* [3]) *Genes. VIII. 21:* „... sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua." [4]) *Cf. Psalm. XIII. 2. 3.*

et sanguis sangwinem tetigit, sicud scriptum est[1]): „Omnis quidem caro corruperat viam suam.“

Ideoque, prochdolor, latissimam viam habet in genere humano spiritus mendacii et nimis facilem et expeditam ad introducendum suum opus et ad suam suorumque perdicionem operandum[a]). Propter quod multum profecit et proficit, et saturatus est filiis, et multiplicati sunt sibi super numerum. Spiritui autem dei bono, spiritui veritatis, vix arta via relinquitur et cum maxima et continua pungna et indomabili adversitate. Nam domestici cuiuslibet hominis sunt inimici eius; unde facilius totum mundum moveret spiritus dei et ad viam sue veritatis perduceret, quam unicum hominem, cuius est voluntas libera et de natura vult esse semper[b]) libera, et cuius caro corrupta semper est contraria[c]) et semper adversum[d]) spiritum concupiscit. Et ideo semper ab inicio pauci fuerunt, quos spiritus veritatis inspirabat in hac vita, et per consequens pauci inventi sunt prophete veritatis et predicatores fideles, et usque hodie semper multi pseudoprophete exierunt in hunc mundum. Propter hoc semper[e]) ab inicio mundi, nunc et semper necessaria fuit valde electis dei discrecio spirituum et maxime attendere sibi ipsis a falsis prophetis vigilareque in omnibus super seipsum[f]).

Verum quia veritati semper est cognata simplicitas, et qui amat veritatem, venit ad lucem, ideoque spiritus veritatis una via et simplici et manifesta salutem[g]) in medio terre, non in angulis, non in occulto semper[h]) est operatus. Sed spiritus mendacii duplici via semper[i]) maliciam perficit, scilicet nude[k]), puta in manifesta mala hominem precipitando, et hoc quoad filios

---

3) Quod mendaci spiritui longa via et lata, sed spiritui veritatis vix arta relinquitur *C.*

23) De centrarietate spirituum continua in homine *C.*

26) Quod spiritus mendacii duplici via procedit: manifesta, sicut in publicanis, et occulta, sicut in yppocritis, sub specie boni malum inducendo *C.*

[a]) operandam *C.* [b]) *om. C.* [c]) semper spiritui est contraria *C.* [d]) adversus *C.* [e]) *om. B et C.* [f]) Et ex hoc contigit — super seipsum *A in marg. In codice C post* seipsum *haec sequuntur:* cum tam affirmate inimicicie atque contrarie inpressiones spirituum semper in homine agitantur. Et ex hoc contingit, quod multi pseudoprophete *(sic).* Verum quia, *etc.* [g]) ad salutem *add. B.* [h]) *add. A in marg., om. B et C.* [i]) *add. A super lineam.* [k]) nuda *B.*

[1]) *Gen. VI. 12.*

hominum, qui dilexerunt tenebras plus quam lucem; et via alia[a]) oculta sub specie boni in malum inducendo, et hoc quoad filios dei, qui satagunt venire ad lucem. Et ad ista habet mille artes et circuit cum modis infinitis.

Et hinc evidens argumentum elicitur aput vigilantem super se hominem[b]) pro discrecione spiritus veritatis, quoniam prophete[c]) hii, qui spiritu[d]) dei aguntur, via plana et simplici gradiuntur, et ita docent veritatem simplicem et testantur[e]). Unde proverbium est[1]): „Qui simpliciter ambulat, bene ambulat." Et iterum[2]): „In simplicitate cordis querite illum." Et ewangelium[3]): „Estote ut columbe simplices." Via, inquam, regia et publica[f]), non singulari et occulta, veri predicatores ambulantes, docent libere veritatem et sine hesitacione constanter confirmant verba, que locuntur, ut magis apparet inferius[g]). Unde psalmus[h])[4]): „Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum[i]), et non confundebar." Quia „sapiencia foris predicat, in plateis dat vocem suam[k])[5])", etc. Juxta quod veritas divina est protestata, dicens[6]): „Ego palam locutus sum mundo et in oculto locutus sum nichil"; ad suos ait discipulos[7]): „Quod[l]) in tenebris vidistis, in lumine dicite, et quod in aure audistis, predicate super tecta[m])."

Similiter spiritus mendax ex suis propriis congnosci poterit[n]) ab homine vigilante. Nam filii hominum, quorum intellectum malicia inmutavit[o]) et ficcio decepit, in simulacione ambulant et duplicitatem non horrescunt, pietatem verbo promittentes, virtutem autem eius abnegantes. Et ob id dictum est[8]): „Sic enim peccator in duplici[p]) via dinoscitur[q])." Nec in suis verbis sunt libere professionis, sed „sermo talium

---

7) Quod signum spiritus veritatis est via simplex et plana *C.*

12) Quod predicatores libere predicant veritatem urgente spiritu dei *C.*

22) Spiritus mendax quomodo congnoscitur *A.*

[a]) *add. A in marg.* [b]) aput — hominem *A add. in marg.* [c]) *add. A in marg.* [d]) a spiritu *C.* [e]) et ita — testantur *add. A in marg.* [f]) strata *corr.* publica *A.* [g]) veri predicatores — inferius *add. A in marg.* [h]) psalmista *C.* [i]) regum, etc. Quia . . . *C.* [k]) *om. B et C.* [l]) Quid *C.* [m]) ad suos — tecta *add. A in marg.* [n]) poterat *B.* [o]) mutavit *corr.* inmutavit *A.* [p]) duplicita *(sic) C.* [q]) cognoscitur *B et C.*

[1]) *Proverb. X. 9.* [2]) *Sapient. I. 1.* [3]) *Matth. X. 16.* [4]) *Psalm. CXVIII. 46.* [5]) *Prov. I. 20.* [6]) *Joann. XVIII. 20.* [7]) *Matth. X. 27.* [8]) *Cf. Eccli. V. 11.*

ut cancer serpit[1])." Neque sunt stabiles, quia est sermo eorum: ‚Est et non', et non continuatur aput eos ‚Est, est' vel ‚Non, non', neque eciam in factis bonis sunt constantes, quia oportet tales semper ad utramque partem claudicare. Propter quod dicit Jacobus[2]): „Vir duplex animo[a]), inconstans est in omnibus viis suis."

Et inde est, quod ab inicio huiusmodi[b]) fuerunt rebelles lumini veritatis et contrarii simplicitati virtutum, rectoribus harum tenebrarum eorum consentaneos perurgentibus[c]) in id ipsum. Et ob hanc causam simplicitas a duplicibus, veritas a mendacibus, virtus ab iniustis semper a principio sunt[d]) calumpniam perpessa[e]). Et huius gracia scriptum est Apok.[3]): „Agnus, qui occisus est ab origine mundi." Huic autem doctrine et[f]) veritati multum profecto conformiter Salomon in suis proverbiis loquitur[4]), quoniam, dum, sapienciam sibi domum [f. 7[b]] edificasse, ibidem describens, columpnas in domo excidisse, victimas ymmolasse, vinum, panes et mensam adaptasse, ancillas quoque [ad] vocandum parvulos ad arcem misisse est exorsus. Illico dehinc[g]) de muliere stulta et clamosa prosequitur[5]): „Que inquit: Ad instar sapiencie sedet in foribus domus sue super sellam in excelso urbis loco, ut eciam ipsa[h]) vocaret transeuntes per viam et pergentes in itinere suo."

Ita igitur a principio, quemadmodum spiritus domini bonus sanctos dei homines inspirabat, quatenus forent precones virtutum ac utilis veritatis[i]), similiter eciam spiritus decepcionis[k]) a facie divine iusticie egressus est, ut spiritus mendax fieret in ore multorum prophetarum, ut preconibus veritatis adversentur. Qua de re[l]) ab inicio semper et ubique necessaria electis dei extitit discrecio spirituum diversorum, ne spiritum erroris pro spiritu sancto discipline acceptarent. Propter quod facta est fitque continue ad electos dei in hac vita monicio .

---

23) Sicut spiritus bonus — sic spiritus mendax *C.*

[a]) *ita B et C;* animi *A.* [b]) huius mundi *B et C.* [c]) perurgentes *C.* [d]) *ita A;* fuit *C.* [e]) perpessa est *C.* [f]) doctrine et *add. A in marg.* [g]) debuit *false B.* [h]) *om. C.* [i]) *in codice C post vocem* veritatis *textus statim verbis:* adversentur. Qua de re *prosequitur; cetera in marg. infer. addita sunt.* [k]) decepcionibus *C.* [l]) quare de re *B.*

[1]) *II. Tim. II. 17.* [2]) *Jac. I. 8.* [3]) *Apoc. XIII. 8.* [4]) *Prov. IX. 1—4.* [5]) *Prov. IX. 13—15.*

utilis et necessaria, dicens verbum assumptum in principio[1]): „Fratres, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, an ex deo sint", etc.[a]).

Capitulum secundum.

Designacio regularum de lege Moysy quatuor[b]) *pro discrecione spirituum et prophetarum investiganda*[c]).

Et licet discrecio spirituum secundum carnem iudicio non subiaceat, quoniam animalis homo non percipit ea, que sunt spiritus dei, sed datur solum a dei spiritu quibusdam, — sicud etenim nemo novit, quid est in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, sic nemo novit, que sunt dei, nisi spiritus dei, qui in ipso est, secundum apostolum I[a] ad Cor. II.[o] capitulo[2]); et modo eodem et de aliis spiritibus est censendum, — et idcirco apostolus I[a] ad Cor. XII. c. discrecionem spirituum inter dona dei specialia enumerat, ita dicens[3]): „Alii datur discrecio spirituum", quod videlicet quilibet homo debeat eciam[d]) seipsum sollicite et animam suam a spiritibus pessimis custodire, et non ignorare cogitaciones sathane et ipsius nequissima contra se studia: Et ideo solum spiritualis homo seu qui habundat spiritu Jhesu, potest diiudicare omnia secundum mensuram sibi concessam, prout dicit apostolus I[a] Cor. II[o] [4]); et solum is, qui singulariter habet discrecionem spirituum, potest spiritus diiudicare et probare, alius vero nullus. Nam homo neque cor suum, quod pravum est et inscrutabile, potest congnoscere usque finem, sed solus dominus, qui est spirituum ponderator[5]).

Quam ob rem homo non potest seipsum custodire sine spiritu Jhesu a spiritibus mendacibus et malignis: nimis etenim vigent omni astucia et subtilitate super omnem facultatem ho-

---

5) Liber primus. De quatuor regulis famosioribus ex lege veteri sumptis, datis hominibus a deo pro discrecione spirituum et ad regulandos omnes actus humanos debite secundum deum et ad evitandas omnes machinaciones spirituum mendacii *A in marg. sup.*

[a]) Propter quod — ex deo sint, etc. *add. A in marg.* [b]) Designacio de lege Moysy regularum quatuor *B.* [c]) *ita add. A, B et C.* [d]) *om. C.*

[1]) *I. Joann. IV. 1.* [2]) *I. Cor. II. 11. 14.* [3]) *I. Cor. XII. 10.* [4]) *Cf. I. Cor. II. 11 sq.* [5]) *Cf. Jerem. XVII. 9 et Prov. XVI. 2.*

minum et supramodum sunt potentes ad inmutandum carnem et[a]) animam mille modis secundum se et sua propria ad[b]) decipiendum. Unde dictum est[1]): „Non est potestas super terram, que comparetur ei."

Unde christiano communiter[c]) volenti vigilare contra insultus et temptamenta demonum communiter nichil magis expedit, quam gerere se in omnibus valde humilem et subiectum divine ordinacioni et voluntati atque incessanter habere desiderium actuale et erectum in oracione ad dominum deum suum, continue obsecrando, ut ipse solus custodiat et protegat a spiritibus vehementer nimis instantibus ad decipiendum continue[d]) et perdendum, et maxime sanctos et electos dei. Contra tales nempe nimium fervet demonum strenuitas[e]) et malicia, et illi sunt sibi cibus electus. Et inde scriptum est[2]): „Nisi tu, domine, servabis nos, in vanum[f]) vig[ilamus] o[mnes] n[os]. Et nisi dominus custodierit civitatem, frustra[g]) vigilat, qui custodit eam."

Et quamvis solius dei est bellum[h]) contra Amalechitas, id est contra spiritus malos lambentes sanguinem hominum, id est peccata, et quamvis solum[i]) deus habet moderare demonum potestatem, temperat suis, eciam[k]) electis, ipsorum temptamenta[l]), secundum quod dicit beatus Gregorius, tamen vult hoc[m]) nichilominus et ordinavit, ut sui dilecti[n]) non sengnes omnem vigilanciam omnemque suiipsius custodiam contra nequam et deceptorios[o]) spiritus haberent et tenerent, et quantum in eis est, instanter et strennue in seipsis[p]) et in aliis demonia debellarent; et hoc fieri mandavit, ut patet ex scripturis dei valde multis. Et pro eo munivit deus hominem sua plurima et sufficienti armatura in omnibus sibi asistendo[q]).

Et propterea cum hiis bene[r]) stat, quod dominus spiri-

---

5) Regula hic datur christiano (?) contra insultus demonum *C.*

[a]) in *corr.* et *B;* in *C.* [b]) et *false C.* [c]) *om. C.* [d]) cottidie *corr.* continue *B.* [e]) strenuat *false B.* [f]) in vanum, etc. *C; cetera om.* [g]) frustra, etc. *C; cetera om.* [h]) bellare *C.* [i]) solus *C.* [k]) eciam suis *C.* [l]) testamenta *false B.* [m]) hodie (hoe) *B et C.* [n]) electi *B et C.* [o]) deceptores *B et C.* [p]) in se seipsis *B.* [q]) quod videlicet quilibet homo — assistendo *add. A in marg.* [r]) unde *false C.*

[1]) *Job. XLI. 24.* [2]) *Psalm. CXXVI. 1—2, ubi versus primus sic legitur:* „Nisi dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui aedificant eam."

tuum omnis carnis, qui[a]) non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel[1]), id est suos electos, et presertim communitatem fidelium, quam supreme diligit, juxta illud Sapiencie[2]): „Diligis enim omnia, que sunt, et nichil horum odisti, que fecisti", mox a principio non neglexit, quin precaveat[b]) filiis suis in futurum, ne[c]) iterum temptet et vincat[d]) eos dyabolus, sicut Ewam, et seducat[e]).

Fidelis enim est deus et fuit semper ab inicio[f]), qui non permittit suos temptari ultra id, quod possunt, sed cum temptacione secundum apostolum[3]) et proventum solet dare. Et ita, ne nesciant[g]) sui, quid sint[h]) facturi, et ne in temptacionem ita facile inducantur[i]) ac ne occasionem ulle[k]) querele contra deum habeant, iuste et misericorditer providit deus a principio[l]) suo populo suisque electis de aliquibus gubernaculis et directivis, per que seipsos gubernando possent omnium mendaciorum evitare; et aliqua eorum indidit a natura, ut legem racionis naturalem, aliquibus instillavit[m]) ex speciali gracia, quemadmodum[n]) factum est patribus sanctis ante legem scriptam; dehinc secundum dispensacionem temporum, multiplicato dei populo et facto sibi magis peculiari et annexo, postquam divisit eundem in filiis hominum et generacione maledicta, providit sibi[o]) de una regula solempni et famosa, remota ab omni mendacio et obliquitate iniquitatis, quam voluit[p]) esse wlgarem ac manifestam omni homini intelligenti et deum suum requirenti, legem scriptam videlicet eis constituens, quam publice et[q]) in magna claritate in monte Synai Judeis tradidit, eis loquendo de celo, non sine magnis prodigiis et portentis, clarissimaque precepta et famosa filiis suis per manum Moysi, testis fidelis, promulgando, quatenus sic domini populus communitus, in scriptis legis dei sui ambulans scutoque veritatis

---

22) Prima regula lex dei *A*. De regula solempni *B*. Quod regula Mosaica est sine obliquitate *C*.

[a]) oris carnis. Ecce *false B*. [b]) predicaverat *false C*. [c]) ut *B*. [d]) et vincat *add. A in marg*. [e]) *A post corr.*; seducat *B et C*. [f]) ab inicio mundi *C*. [g]) ne sciant *false B*. [h]) sunt *C*. [i]) iudicantur *corr.* inducantur *A*. [k]) ullam *C*. [l]) deus a principio *add. A in marg*. [m]) instillabit *B*. [n]) *ita C; haec vox abscisa est in cod. A; (lacuna)* iudicium *habet B*. [o]) suisque electis — providit sibi *add. A in marg., sed valde mutilatum*. [p]) volunt *false B*. [q]) publice et *om. B*.

[1]) *Cf. Psalm. CXX. 4*. [2]) *Sapientiae XI. 25*. [3]) *I. Cor. X. 13*.

eius circumdatus, non timeret a timore nocturno, a sagitta[a]) volante in die, a negocio perambulante in tenebris, ab[b]) incursu et demonio meridiano[1]), ut per hoc intelligeret vias suas tamquam populus sapiens, sicut scriptum est Deuteron. IIII°[2]): „Scitis, quod docuerim vos precepta atque iusticias, sicud mandavit michi dominus deus meus; sic facietis in terra ea, quam possessuri estis. Et observabitis et implebitis opere. Hec est enim vestra sapiencia et intellectus coram populis, ut audientes universi precepta hec dicant: ‚En, populus sapiens et intelligens'". Et infra[3]): „Que est alia gens sic inclita, ut habeat cerimonias iustaque iudicia et universam legem, quam ego proponam ante oculos vestros. Custodi igitur temetipsum sollicite et ne obliviscaris verborum, que viderunt oculi tui et ne excidant de[c]) corde tuo cunctis diebus vite tue. Docebis ea filios ac nepotes tuos."

Hec itaque verba legis amator animarum, deus, suo populo prebuit tam palam, tam solempniter, cum tam probatis testibus, magnis signis, ut dictum est, prodigiis et portentis, quatenus per ea et in eis custodientes sollicite semetipsos, filii sui machinaciones spirituum mendacii evitarent.

Addidit insuper quasdam regulas speciales, per quas pseudoprophete a prophetis veritatis discernantur.

Quarum una est[d]) Deuteronomii XIII° c.[4]), ubi dicitur: „Si surrexerint in medio tui prophetantes, aut quis sompnium vidisse se dicat, et predixerit signum atque[e]) portentum, et evenerit, quod locutus est, et dixerit tibi: ‚Eamus et sequamur deos alienos, quos ignoras, et serviamus eis', non audies verba prophete illius aut sompniatoris, quia temptat vos dominus deus vester, ut palam sciat, [f. 8a] utrum diligitis eum, an non, in toto corde et in tota anima vestra. Dominum deum vestrum sequi-

---

7) Quod seniores scientes legem debent docere minores *C.*

16) Contra spiritus mendacii *C.*

21) Regule speciales 3[s] *A.*

23) De sompnio regule *A.*

23) Prima regula *A.* Regula pro discrecione spirituum de Veteri Testamento *C.*

[a]) *ita B et C;* sigitta *A.* [b]) et ab *C.* [c]) a *C.* [d]) *om. C.* [e]) ac *C.*

[1]) *Cf. Psalm. XC. 6.* [2]) *Deuter. IV. 5—6.* [3]) *Deuter. IV. 8—9.* [4]) *Deuter. XIII. 1—5.*

mini et ipsum timete, mandata illius custodite et audite vocem eius. Ipsi soli servietis et ipsi adherebitis, propheta autem ille aut fictor[a]) sompniorum interficietur, quia locutus est, ut vos averteret a domino deo vestro."

Et post pauca sequitur alia regula ibidem, que est talis[1]): „Si tibi voluerit perswadere frater tuus, filius matris tue, aut filius tuus vel filia tua sive uxor, que est in synu tuo, aut amicus, quem diligis, ut animam tuam, clam dicens: ‚Eamus et serviamus diis alienis, quos ignoras tu et patres tui cunctarum in circuitu gencium, que iuxta vel procul sunt ab inicio usque ad finem terre', non acquiescas ei nec audias, neque parcat ei oculus tuus, ut miserearis et ocultes eum, sed statim interficies eum."

Enimvero apposuit et aliam regulam pro spiritu[s] mendacii prophetarum cognicione Deutero. XVIII. d.[2]): „Quod si tacita cogitacione responderis, quomodo possum intelligere verbum, quod non est locutus dominus? Hoc habebis signum, quod in nomine domini propheta ille predixerit, et non evenerit[b]). Hec dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confixit, et idcirco non timebis[c]) eum."

Capitulum tercium.

De quatuor documentis tractis ex quatuor prefatis regulis pro discrecione spirituum diversorum[d]).

Ex istis quadruplex doctrina regulativa sive regula evidens potest colligi et approbata in stilo planiori et magis accomodo huic inquisicioni, quam tractandam domino Jhesu crucifixo propicio inchoavi. Per quam regulam possunt spiritus mendacii ac veritatis in prophetis aliquo modo[e]) discerni, ymmo eciam per eam poterit homo quilibet cum adiutorio[f])

---

5) 2ª regula specialis *A*.

13) 3ª regula specialis *A*.

14) De discrecione spiritus Deuter. XVIII. *C*.

21) De quatuor regulis congnoscendi spiritus ad examinandum vitam suam *C*.

26) Nota pro te congnoscendo (?) *A*.

[a]) factor *C*. [b]) invenerit *B*. [c]) amabis *corr. A in marg.* [d]) *ita A, B et C add.* [e]) *add. A in marg.* [f]) per adiutorium *C*.

[1]) *Deuter. XIII. 6—9.* [2]) *Deuter. XVIII. 21—22.*

Jhesu Christi[a]) spiritum proprium, unde veniat aut quo vadat, scire et dimetiri, aut quali spiritu, utrum bono malove, homo sit visitatus[b]), et hoc quoad sompnia sua[c]), verba, consilia, cogitatus et universas acciones, quantum admittit possibilitas status huius vite, si non negligat sagaciter perscrutari ea, que aput se seu intus vel extra peraguntur.

Prima regula est tracta a solempni et wlgari regula prelibata, videlicet ut vigilanter et assidue videatur, utrum dei legi et eius preceptis sunt actus hominis aut cogitatus aut consilia conformia et ad ea directivi [sic].

Secundum documentum est ex secunda regula, ut sagaciter videatur, si actus, cogitatus, consilia et alia hominis sunt[d]) a deo et ab eius sacramentis abductiva.

Tercium documentum est ex tercia prefata regula, ut diligenter videatur, si actus, cogitatus et consilia non inducant ad amorem carnalem et dilectionem huius mundi.

Quartum est ex quarta, ut examinetur, si illa, que bene sunt et ex fide inchoata, ad bonum finem dirigant et salutarem et in eo terminentur.

Similiter potest dici de discrecione spirituum aliorum, puta consiliariorum suorum[e]), doctorum et prophetarum:

primo, ut mente vigili discuciatur, si conformiter locuntur legi divine communi[f]) et wlgate solempniter in dei ecclesia, et ea, que sunt expresse dei precepta et sacramenta, constanter et manifeste[g]) et non in ocultis mandant, docent, prophetant, et in nullo scripture sancte adversando, quin ymmo contradicentibus viriliter resistendo, proinde eciam mortis periculis obicientes semetipsos;

secundo, ut spiritu intellectus iudicetur, si ea, que docent, prophetant et mandant, ad fidem, spem et caritatem Christi Jhesu conducant et dirigant atque edificent ad eius sacramenta et precepta;

---

7) Prima regula *A*. 1ª regula de discrecione spirituum *C*.
11) 2ª regula *C*.
14) 3ª regula *C*.
22) 1ª regula de discrecione spirituum aliorum *C*.

a) cum adiutorio Jhesu Christi *add. A in marg.* b) fit visitatus *A*; usitatus *B*. c) *A lineae superpos.* d) non sunt *corr.* sunt *A*; non sunt *B et C*. e) suorum prelatorum, doctorum *C*. f) et communi *C*. g) manifesta *C*.

tercio, si ea, que docent, prophetant et mandant, non declinant ad blandimenta carnis et pompam et avariciam huius vite secularis;

quarto, si ea, que docent, prophetant et mandant, ad finem sedule verbis confirment et facto prosequantur. Verumptamen ista regula ultima superius ex Deuteronomio assignata[a]) valet pocius[b]) ad visiones et sompnia prophetarum coaptari, puta si ea, que viderunt huiusmodi aut se asserant vidisse, per veritatem compleantur et ad laudem dei et profectum misericordie eius et iusticie terminentur[c]).

Capitulum quartum.

Quod istis regulis 4or et documentis pro discrecione spirituum[d]) prophetarum ad multa utebantur in Veteri Testamento[e]).

Per has namque predictas regulas omnia facta, revelaciones[f]) et doctrine prophetarum, an ex deo fuerint[g]) vel non, in Veteri Testamento probabantur[h]), veluti[i]) patet Jeremie XXVIIIo. c.[1]), ubi Jeremias, propheta domini, contendens cum Anania pseudopropheta, ad prefatas regulas se referebat[k]), dicens: „Verumptamen audi [f. 8a] verbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis et in auribus universi populi, prophete, qui fuerunt ante te et ante me ab inicio, prophetaverunt super terras multas et super regna multa de prelio et de[l]) afflicione et fame. Propheta, qui vaticinatus est pacem, cum venerit verbum eius, scietur propheta, quem miserit dominus in veritate." Unde ibidem consequenter habetur, quod Ananias, propheta falsigrafus, licet Jeremie, prophete domini, animose dicto factoque obstitisset, tamen suas asserciones, quas ex deo fore menciebatur, non usque ad finem confirmavit et perduxit, sed captus suo mendacio, evanuit, iustam in eodem anno perferens

---

17) Quod Jeremias contendit cum Anania *A.*

[a]) superius — assignata *add. A in marg.* [b]) apcius *B et C.* [c]) et ad laudem — terminentur *add. A.* [d]) spirituum et *B.* [e]) *ita A, B et C add.* [f]) et revelaciones *C.* [g]) fuerunt *C.* [h]) *in cod. A sequebatur:* Ponebantque discrecionem istam spirituum prophetarum, *sed deletum est.* [i]) velut *C.* [k]) preferrebat *C.* [l]) *om. C.*

[1]) *Jerem. XXVIII. 7—9.*

mortis sue ulcionem; Jeremias autem, propheta domini, usque ad finem perstitit, viarum domini fidelis assertor, maxime per multam pacienciam suam veritatem comprobando, juxta illud proverbium: „Doctrina viri per pacienciam congnoscitur." Proverb. 19[1]).

Sed et Gamaliel, tamquam doctus scriba in lege Moysy, transmisit[a]) consilium Judeorum esitancium[b]), quid sint facturi de apostolis domini, ad predictas regulas, ut probarent apostolos Jhesu, quo spiritu agerentur, prout narrat Actuum apostolorum hystoria, ubi dixit[2]): „Viri Israelite, attendite vobis super hominibus istis, quid acturi sitis." Et paulo post[3]): „Et nunc itaque dico vobis: Discedite ab hominibus istis et sinite illos, quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissolvetur. Si vero ex deo est, non poteritis illud dissolvere, ne forte et deo videamini repugnare."

Et ita secundum hec pauca diligens indagator scripturarum multa alia inveniet in lege veteri et prophetis, que fuerunt ad istas predictas regulas adducta et secundum eas probata, an ex deo sint vel non[c]).

Capitulum quintum.

De sufficiencia et distinccione quatuor predictarum regularum[d]).

Hec sunt quatuor regule et saltem famosiores et magis ad propositum, quas ego colligere potui ad discrecionem spirituum de[e]) Veteri Testamento, date hominibus per deum solempniter in exordio[f]) legis et prophetarum.

Quarum 4^or^[g]) regularum sufficiencia sic potest congrue assignari: Quoniam omnis docens, mandans et prophetans ex[h]) sui cordis habundancia loquitur, prout Veritas dicit[4]): „Ex habundancia cordis os loquitur"[i]): vel igitur loquitur a dei spiritu repletus vel a spiritu mendacii occupatus. Si loquitur a spiritu dei, hoc dupliciter: vel loquitur tantum legem dei,

---

[a]) transivit *B et C.* [b]) hesitancium *C.* [c]) *om. B et C;* non probata *(sic) A.* Et ita — probata *add. A.* [d]) *ita A B C add.* [e]) ex *C.* [f]) exhordio *B.* [g]) *add. A super lineam.* [h]) non ex *C.* [i]) prout — loquitur *add. A in marg.*

[1]) *Prov. XIX. 11.* [2]) *Act. V. 35.* [3]) *Act. V. 38—39.* [4]) *Matth. XII. 34.*

vel ex lege dei, manifeste, ex scripturis, quidquid loquitur, confirmans[a]) se statutis ecclesie publicis, et zelat pro dei lege et preceptis eius adimplendis: et tunc[b]) sequitur regulam primam iam superius assignatam[c]).

Et istius habet homo signum evidens, cum „in lege domini est voluntas eius et in lege domini meditabitur[d]) die ac nocte“ [1]), et tota die colloquitur et illa solum precipit et consulit, que conferunt ad dei precepta adimplenda. Et illud signum manifeste in capite libri scriptum est, ubi dicitur[2]): „Beatus vir, qui non abiit in consilio inpiorum, sed in lege domini fuit voluntas eius“, etc. Sequitur[3]): „Non sic inpii, non sic[e])“ Ecce, propheta David per hanc regulam ponit et docet piorum et inpiorum discrecionem.

Vel loquitur huiusmodi propheta aut doctor a spiritu sancto inmediate visitatus[f]), de quo scriptum est[4]): „Non enim estis vos[g]), qui loquimini, sed spiritus patris vestri[h]), qui loquitur in vobis.“ Et Petrus in canonica secunda primo ca° [5]): „Non enim voluntate humana allata est aliquando prophecia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines.“

Et ita sequitur secundam regulam prenotatam, et signum illius erit evidens, si ea, que loquitur, manifeste edificent in populo fidem, spem et caritatem, et si talia, que loquitur, magis ac magis invalescunt et precipue a resistencia eis occurrente, utpote evidenter relucet in Moyse et Aron prophetis cum magis Pharaonis, et in Jeremia propheta, qui dixit de se ipso: „Non recordabor domini neque loquar ultra in nomine eius, et factus est[i]) sermo domini in corde meo quasi ignis estuans, claususque in ossibus meis, et defeci, ferre non sustinens.“ Jerem. XX. d.[6]) Similiter patet hoc idem[k]) de Jona, eiusdem IIII° a.[7]), in Tharsum fugiente, et de apostolis Jhesu Christi Act. V° e.[8]), ubi apostoli ad concilium Judeorum dixerunt: „Obedire oportet deo magis, quam hominibus.“ Sed et omnibus veracibus confessoribus catholice veritatis, qui omnes testimonio fidei in hoc

---

25) Quo modo Jeremias probat spiritum, si ex deo est *C.*

[a]) *ita A et B;* conformans *C.* [b]) *add. A in marg.* [c]) signatam *corr.* assignatam *A;* sequitur regula prima . . assignata *C.* [d]) meditatur *C.* [e]) sic, etc. *C.* [f]) usitatus *B.* [g]) vos estis magis *C.* [h]) vestris *false B.* [i]) *A sup. lin. add.* [k]) *om. B.*

[1]) *Psalm. I. 2.* [2]) *Psalm I. 1. 2.* [3]) *Psalm. I. 4.* [4]) *Matth. X. 20.* [5]) *II. Petri I. 21.* [6]) *Jerem. XX. 9.* [7]) *Jonae IV. 2.* [8]) *Act. V. 29.*

sunt probati, quod quanto magis eos reges et presides[a]) et falsi prophete propter verbum, quod locuti sunt, terrebant minis et tormentis, volentes ab eo, quod affirmabant, impedire, ipsi tanto magis ea, que affirmabant, expediebant et ad suum complementum irrefragabiliter procedebant.

Harum regularum duarum differenciam apostolus innuit I[a] Cor. VII.[o 1]), dicens: „Hiis, qui iuncti sunt matrimonio, precipio non ego, sed dominus.“ Et hoc dicit quoad primam regulam. Et paulo post[2]): „Ceteris autem dico, ego, non dominus.“ Et infra ad propositum[3]): „Puto autem, quod et ego spiritum dei habeam.“ Et hoc dicit quoad secundam regulam.

Ad has eciam regulas dominus Jhesus Pylatum de se testantem remisit, dicens[4]): „A te ipso hoc dicis, an alius dixit tibi?“

Et sic habetur sufficiencia duarum primarum regularum.

Capitulum sextum.[b])

Vel loquitur propheta et quicumque doctor spiritu mendacii occupatus, et hoc similiter[c]) dupliciter: vel a spiritu maligno vel a spiritu suo proprio.

Si a spiritu Sathane, et tunc tercia regula ex predictis notat et demonstrat eos et omnes[d]) similes[e]). Cuius signum est, si cum amaro zelo et crudeli animo loquatur, quod maxime per sui ipsius elacionem et superbiam congnoscetur, tunc, dum talem contigerit corripi vel pati iniuriam aut doceri. Pro eo scriptum est[5]): „Quod si zelum amarum habetis et contenciones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Non est enim ista sapiencia desursum descendens, sed terrena, animalis, dyabolica[f]). Ubi enim zelus et contencio, ibi[g]) inconstancia et omne opus prawm.“ Et proverbium Salomonis superius allegatum[6]), videlicet: „Doctrina viri per pacienciam cognoscitur“, utpote apparuit lucide in Pha-

---

21) 1[m] signum *A et C.*

a) quod — presides *add. A in marg.* b) *inscriptio deest et in cod. A et in cod. B et C.* c) *add. A super lineam.* d) omnino *B et C.* e) notat — similes *add. A in marg.* f) et dyabolica *C.* g) *om. C.*

1) *I. Corinth. VII. 10.* 2) *I. Corinth. VII. 12.* 3) *I. Corinth. VII. 30.* 4) *Joan. XVIII. 34.* 5) *Jac. III. 14—17.* 6) *Prov. XIX. 11.*

riseis et Judeis et in Jhesu eos docente et corrigente et ceco nato cum Phariseis de Jhesu[a]) colloquente.

Infallibilis namque semper fuit et est illa regula, quod viri ortodoxi et cordati pro veritate et sapientes semper corripientes[b]) se diligunt et iniuriantes[c]) sibi sine zelo amaro equanimiter sufferunt et dantibus eis scienciam gloriam retribuunt, sicut scriptum est Ecclesiastici LI° f. [1]): „Danti michi scienciam dabo gloriam", manifeste autem adulantibus sibi indignantur sancti, prout dicit psalmus[2]): „Corripiet me iustus in misericordia et increpabit[d]) me, oleum autem peccatoris non inpiguet caput meum"; solummodo vero contra dei disciplinam resistentes et eius veritatem obpugnantes ex animo irascuntur et eos persecuntur, quia dicit Jeronymus: „Non irasci, in quibus oportet, insipientis est[e]). Item Crisostomus: „Itaque qui cum causa irascitur, non peccat. Paciencia enim irracionabilis et vicia seminat et virtutes exstirpat." Homines autem simulati correptores suos ex animo odiunt, blanditores suos et adulatores diligunt, iniuriantes sue proprie persone crudeliter persecuntur, obsistentes veritati et discipline dei contemptores dissimulant, equo animo perferentes.

Secundum signum est ad hanc terciam regulam[f]), si ea, que locuntur huiusmodi prophete pseudoli[g]), perypatice[h]) loquantur, subtiles et quasi super commune ingenium hominum persuasiones apparentes et placentes mundi huius amatoribus et sermones illos, qui potenter[i]) relaxant auditorum custodiam et remittunt conversacionis secundum legem ewangelii disciplinam, et precipue, cum per sermones suos armatos sic et fortes et per eorum promissiones confirmatas varie ponunt homines in quadam securitate salutis, alias viventes carnaliter in hac vita[k]), prout illi prophete, de quibus Ezech. XIII.[3]) dicitur: „Propterea hec dicit dominus deus: quia locuti fuistis vana et

---

3) gratus est *(sic) A.*

13) Ira *A et C.*

21) 2^{m} signum *C.*

[a]) de Jhesu *om. B.* [b]) corrigentes *C.* [c]) iniurantes *A.* [d]) *post ras. A.* [e]) esse *C.* [f]) *omnia, quae post hanc vocem sequuntur in cod. A usque ad voces:* eos, qui dissensiones (*v. inferius p. 38 l. 13), desunt in cod. B, toto uno folio evulso.* [g]) pseuduoli *C.* [h]) peryppalagice *C.* [i]) huiusmodi — potenter *add. A in marg.* [k]) et precipue — in hac vita *add. A in marg.*

[1]) *Ecclesiastici LI. 23.* [2]) *Psalm. CXL. 5.* [3]) *Ezech. XIII. 8—10.*

dicitis mendacium, et erit manus mea super prophetas eo, quod deceperunt populum meum, dicentes: Pax, pax, et non est pax. Et ipsi edificabant parietem, illi autem liniebant eum luto absque palleis."

Tercium signum est, si huiusmodi alleviant in animis auditorum precepta divina horrendaque dei iudicia, sicut illi, de quibus Ezechiel, ubi supra[1]): „Ve, qui consuunt pulvinos sub omni cubito[a]) manus et faciunt cervicalia sub capite[b]) universe etatis ad capiendas animas; ut caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum, et violabant me ad populum meum propter pugillum ordei et fragmen panis, ut interficerent animas, que non moriuntur, et vivific[ar]ent animas, que non vivunt, mencientes populo meo credenti mendaciis." Sic enim et serpens Ewam seduxit, deducens in dubium preceptum divinum seu allevians et dicens[2]): „Nequaquam moriemini."

Quartum signum est huius regule, si verba eorum abducant homines a divinis sive ecclesie dei sacramentis per suam negligenciam aut forte ignoranciam vel alios swasus quoslibet sive eciam per insectacionem avaricie, sicuti filii Hely sacerdotis, de quibus dicitur 1° Reg. II. c.[3]): „Porro filii Hely, filii Belial, nescientes dominum neque officium sacerdotum ad populum, sed quicumque ymmolasset victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, et [habebat] fuscinulam tridentem in manu sua et mittebat eam in lebetem vel in caldariam aut in ollam sive in cacabum; et omne, quod levabat [fuscinula], tollebat sacerdos sibi. Sic faciebant universo Israeli veniencium in Silo. Eciam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis et dicebat ymmolanti: ‚Da michi carnem, ut coquam sacerdoti. Non enim accipiam a te carnem coctam, sed crudam.' Dicebatque illis ymmolans: ‚Incendatur primum iuxta morem hodie adeps et tolle tibi ‚quantumcumque[c]) desiderat anima tua.' Qui respondens aiebat ei: ‚Nequaquam. Nunc enim dabis, alioquin tollam vi.' Er t ergo peccatum puerorum grande nimis coram domino."

---

5) 3^{m} nota de deceptoribus *A*; 3^{m} signum de deceptoribus populi *C*.
16) 4^{m} signum falsorum predicatorum *C*.
20) nota, sacerdos *A*.

[a]) *post corr. A.* [b]) sub capitate *C.* [c]) quantumcumque *C post corr. in marg.*

[1]) *Ezech. XIII. 18—19, ubi legitur:* Ve, quae consuunt pulvillos . . .; et cum caperent, *etc.* [2]) *Gen. III. 4.* [3]) *I. Reg. II. 12—17.*

Et sequitur ad propositum: „quia [f. 9[b]] detrahebant homines a servicio dei."

Que omnia et singula ad ungwem usque faciunt et adinplent, proch dolor, moderni infausti seculi quam plurimi clerici et sacerdotes, signum hoc in frontibus suis perferentes, cum nichil velint dei populo ministrare, nisi intuitu mercedis temporalis, sed et palam et per violenciam exigunt questum de sacramentis[a]). De quibus lucide Apok. XIII° scriptum est[1]): „Et faciet[b]) omnes pusillos et magnos et divites et pauperes, liberos et servos habere caracterem in manu sua dextra aut in frontibus suis. Et ne quis posset emere et vendere, nisi qui habeat caracterem bestie aut numerum nominis eius." Per istos etenim tales manifeste sacramenta dei ecclesie tamquam venalia[c]) ducuntur contemptui et homines publice a sacramentis ecclesie trahuntur.

Capitulum septimum.

De 5 signis pseudoprophetarum[d]).

Vel propheta et doctor inflatus sensu carnis sue, qui sensus carnis eciam[e]) spiritus mendacii congrue penes dicta in principio poterit in presenti[f]) appellare, tum quia vanus est et vanitatem insequitur, quoniam vanus est omnis homo, in quo non est spiritus dei[g]), tum quia filius mendacis est, scilicet primi hominis vel dyaboli, qui mendax est et pater eius; ex quo scriptura continet, dicens[2]): „Omnis homo mendax."

Et sic erit regula quarta prenotata. Cuius signum est, si predicator insudet illi precipue, ut delectet auditores et presertim per fabulas ineptas, de quibus 1[a] Thimo. IIII° [3]): „Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus quidam discedent a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum, in yppocrisi loquencium mendacium, et cauteriatam habencium[h]) conscienciam, prohibencium nubere, abstinere a cibis, quos deus creavit ad percipiendum[i]) cum graciarum ac-

---

25) 1[m] signum *A et C.*

[a]) sacramento *C.* [b]) facies *corr.* faciet *A.* [c]) venialia *A.* [d]) *ita C; om. A.* [e]) et *C.* [f]) in principio *(sic) C.* [g]) domini dei *C.* [h]) habentes *false A et C.* [i]) recipiendum *C.*

[1]) *Apoc. XIII. 16—17.* [2]) *Psalm. CXV. 11.* [3]) *I. Tim. IV. 1—7.*

cione fidelibus et hiis, qui congnoverunt veritatem, quia omnis creatura dei bona, et nichil reiciendum, quod cum[a]) graciarum accione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei et oracionem. Hec proponens fratribus, bonus eris minister Jhesu, enutritus verbis fidei et bone doctrine, quam assecutus es; ineptas autem et aniles[b]) fabulas devita[c]).“ Et ad idem Ad Tytum primo[1]): „Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui et seductores, maxime, qui de circumcisione sunt; quos oportet redargui, qui universas domos subvertunt, docentes, que non oportet, turpis lucri gracia.“

Secundum signum est sermones dulces et compositi, ut hominibus placeatur[d]). De quinto Rom. XVI°. e.[2]): „Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos[e]), qui dissensiones et offendicula preter[f]) doctrinam, quam vos didicistis, faciunt. Et declinate ab hiis[g]); huiusmodi enim Christo non serviunt, sed ventri suo, et per dulces sermones et benedicciones seducunt[h]) corda innocencium.“

Tercium signum est promissiones blande et faciles assecucionis vite eterne et pollicitaciones magnarum ac multarum indulgenciarum non existencium[i]) et excellencia seu magnificacio quarumdam adinvencionum hominum, mandatorum ac[k]) doctrinarum, ut est quarundam litterarum et participium fraternitatum. quarumcunque, presertim peccatoribus, qui in illis talibus[l]) spem salutis sibimet ponunt sine emendacione sue vite. Et de istis talibus habetur supra Ezechielis XIII° ca°.[3]) et Ecclesiastici XXIX°[4]): „Bona verba repromissionis sibi ascribit peccator et ingratus sensu derelinquit liberantem se. Vir[m]) repromittit de proximo suo, et cum perdiderit reverenciam, derelinquetur ab eo. Repromissio nequissima multos perdidit diligentes et commovet illos quasi fluctus maris; viros potentes girans migrare fecit[n]), et vagati sunt in gentibus alienis. Pecca-

---

11) 2[m] signum *C.*

18) 3[m] signum *C.*

19) Pollicitacio facilis vite eterne *A.*

[a]) tamen *false C.* [b]) inanes *C.* [c]) evita *C.* [d]) placeat *C.* [e]) *hic incipit post unum folium evulsum textus cod. B.* [f]) propter *corr.* preter *A*; propter *B*; preter *C.* [g]) *om. B.* [h]) seducent *C.* [i]) *add. A in marg.* [k]) atque *C.* [l]) *om. C.* [m]) *post ras. A.* [n]) fecerit *C.*

[1]) *Tit. I. 10—11.* [2]) *Rom. XVI. 17—18.* [3]) *Ezech. XIII. 18.* [4]) *Eccles. XXIX. 20—24.*

tor, transgrediens mandatum domini, incidet in promissionem nequam, et qui conatur mala[a]) agere, incidet in iudicium."

Quartum signum ex hac regula est, si omnes peccatores et precipue muliercule onerate peccatis predicatores tales diligant et commendent ac sequantur, sed sine emendacione sue vite, alios autem fideles doctores contempnant et infament, qui eorum vicia districcius reprehendunt; veluti visum est de pseudoapostolis, qui beatum apostolum sequentes, eundem ad suos auditores deturpabant, inquientes II[a] Cor. X. e.[1]): „Quoniam[b]) quidem epistole, inquiunt, graves sunt et fortes: presencia autem corporis infirma et sermo contemptibilis"; de quibus II[a] Thymo. III°. a.[2]): „Hoc autem scito, quia in novissimis diebus instabunt tempora periculosa, et erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affeccione, sine pace, criminatores, incontinentes, inmites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi[c]), ceci, [f. 10[a]] voluptatum amatores magis quam dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos devita." Sequitur ad propositum[3]): „Ex hiis enim sunt, qui penetrant domos[d]) et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, que ducuntur variis desideriis, semper discentes, et numquam ad scienciam[e]) veritatis pervenientes."

Quintum signum ex ista regula est, si huiusmodi doctores huic mundo placeant et ipsi mundum diligant; quod in eo apparebit, si pacem huius mundi queritent et habeant, curias magnatum frequentent, splendidas vestes, fastuosos libros et omnem superbam suppellectilem suam magis pro ostentacione pulchrasque curtosias diligant, apprecient et sequantur. „Hec enim omnia gentes inquirunt", Math. VI°. f.[4]), non spiritus[f]) Jhesu, qui non sine gemitibus inenarrabilibus[g]) exulat in hoc mundo, qui festinat cottidie extra castra et tabernacula peccatorum, abieccionem et obprobrium crucis Jhesu amplectendo. De talibus doctoribus dicitur Phylipp. III. f.[5]): „Imitatores mei

---

3) 4[m] signum de non reformantibus vitam *A*; 4[m] signum *C*.

23) 5[m] signum *C*.

[a]) malum *corr.* mala *C*. [b]) quomodo *vel* quando (qño) *C*. [c]) timidi *corr.* tumidi *A*. [d]) domos viduarum *B et C*. [e]) viam *B*. [f]) spiritu *B et C*. [g]) enarrabilibus *corr.* inenarrabilibus *A in m.*; illud enarrabilius *B*.

[1]) *II. Cor. X. 10.* [2]) *II. Tim. III. 1—5.* [3]) *II. Tim. III. 6. 7.* [4]) *Matth. VI. 32.* [5]) *Philipp. III. 17—20.*

estote, fratres, et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.“ Et tunc ad propositum: „Multi enim ambulant, quos sepe dixi vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.“ Sequitur argumentum pro participibus[a]) spiritus sancti: „nostra autem conversacio in celis est.“ Et Ad Galath. V°. f.[1]): „Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscenciis.“

Capitulum octavum.

De prima regula[b]).

Ad primam regulam predictarum secuntur hec indicia doctoris veritatis.

Primum est, quod, quamvis a caritate ad predicandum urgeatur, tamen non nisi missus predicat, ordinem katholice ecclesie humiliter venerando, attendens illud Rom. X. e.[2]): „Quomodo predicabunt, nisi mittantur?“, sicut scriptum est Hebr. V. b.[3]): „Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a deo, tamquam[c]) Aaron. Sic et Christus non semet ipsum clarificavit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: ‚Filius meus es tu, ego hodie genui te.‘ Quemadmodum et in alio loco dicit: ‚Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech.‘“

Secundum, scilicet indicium[d]) est: quamvis semper et ubique paratus sit docere et reddere racionem de ea, que in eo est, fide, tamen precipue[e]) palam et solempniter suam doctrinam omnibus sine invidia communicat et sine timore, minime erubescendo, sicut scriptum est Jo. III°. e.[4]): „Qui autem facit veritatem, veniet ad lucem, ut manifestentur eius opera, quia in deo sunt facta.“ Et psalmus[5]): „Loquebar[f]) de testimoniis

---

10) De prima regula *C.*

23) Secundum signum boni predicatoris *B.* Secundum indicium *C.*

26) Quod sine timore est predicandum *C.*

[a]) pro particibus B. [b]) *ita A (colore rubro); B et C habent:* De audaci libertate predicandi Christi Jhesu zelatorum. [c]) quasi *B et C.* [d]) *add. A in marg.* [e]) *add. A in marg.* [f]) Et loquebar *C.*

[1]) *Galath. V. 24.* [2]) *Rom. X. 15.* [3]) *Hebr. V. 4—6.* [4]) *Joan. III. 21.* [5]) *Psalm. CXVIII. 46.*

tuis in conspectu regum, et non confundebar." Et dominus Jhesus Jo. XVIII. d.[1]): „Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga et in templo[a]), quo omnes Judei convenerunt, et in oculto sum locutus nichil." Et similiter suos discipulos docuit publice predicandum Math. X. e.[2]), dicens: „Ne timueritis eos; nichil enim opertum, quod non reveletur, et ocultum[b]), quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, et quod in aure auditis, predicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed pocius timete eum, qui potest corpus et animam perdere in gehennam." Ideo apostolus dicit I[a] Thesal. II[o][3]): „Scitis in Philippis, quia fiduciam habuimus in domino nostro loqui ad vos ewangelium dei in multa sollicitudine. Exortacio enim nostra[c]) non de errore neque de inmundicia neque in dolo, sed sicut probati sumus a deo, ut crederetur nobis ewangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulacionis, sicut scitis, neque in occasione avaricie: deus testis est, nec querentes ab hominibus gloriam."

Tercium indicium[d]) est: quamvis pudice[e]) et pacifice ac modeste predicator veritatis loquitur et doceat secundum naturam sapiencie superne, de qua Jacobi III[o]. g.[4]): „Que autem desursum est sapiencia, primum quidem pudica est, deinde[f]) pacifica, modesta, swadibilis, bonis consenciens, plena misericordia et fructibus bonis, [non] iudicans[g]), sine simulacione. Fructus autem iusticie in pace seminatur facientibus pacem"; tamen idem predicator zelanter, cordate ac cum certitudine affirmat veritatem et defendit suis eam operibus comprobando. Quam ob rem apostolus de se ipso loquitur II[a] Cor. X. a.[5]), dicens: „Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem [f. 10[b]] et modestiam Christi, qui in facie Christi humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. Rogo autem

---

21) 3[m] indicium hominis predicatoris *C.*

[a]) templis *B.* [b]) opertum *(sic) B.* [c]) vestra *om. C.* [d]) *add. A in marg.* [e]) publice *B.* [f]) et deinde *B.* [g]) iudicans *A, B et C; recte biblia habet:* non iudicans.

[1]) *Joan. XVIII. 20.* [2]) *Matth. X. 26—28.* [3]) *I. Thess. II. 2—6.* [4]) *Jac. III. 17—18.* [5]) *II. Cor. X. 1—11.*

vos, ne presens audeam, per eam confidenciam, in qua existimor audere, in quosdam, qui arbitrantur nos, tamquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma milicie nostre non sunt carnalia, sed potencia deo ad destruccionem municionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scienciam dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, in promptu habentes ulcisci omnem inobedienciam, cum impleta fuerit nostra obediencia. Que secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hec[a]) cogitet iterum aput se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos. Nam, etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam nobis dedit dominus in edificacionem et non in[b]) destruccionem vestram, non erubescam, quia, quales fuimus[c]) verbo per epistolas[d]), tales presentes et in facto."

De quibus habes, quod predicator verax Christi[e]), [quamvis] in sua persona sit pacificus et pudicus, tamen audacter loquitur et cordate veritatem, et quamvis[f]) in facie sit humilis et paciens, tamen magnum virum et zelantem se exhibet pro defensione veritatis, et quamvis cum timore aliis consulat et ducat in vitam eorum, tamen, que sua sunt[g]), facit stabiliter, et in certo edificat suam vitam. Et illud est tercium indicium ex regula supra dictum[h]). In isto autem tercio signo ex regula sequente pseudoapostoli prorsus deficiunt, utpote magi Pharaonis in sua simulacione defecerunt, cum sancto Moyse altricantes.

Capitulum nonum.

De secunda regula[i]).

Ad regulam secundam hec secuntur.

Primo, quod doctor katholicus, quidquid[k]) oculte in aure sibi instinctum revelatumque accepit[l]), mox illud cum lege di-

29) 1[m], quod quidquid oculte in mente hominum revelatum fuerit, cum lege dei et preceptis est comportandum *C.*

[a]) hoc *C et biblia.* [b]) *om. A et B.* [c]) *ita A B C*; sumus *biblia.* [d]) *ita A B et C*; epistolas absentes *biblia recte habet.* [e]) ita *A C*; scilicet *false B.* [f]) quam *false B.* [g]) *om. C.* [h]) De quibus — supradictum *add. A in marg.* [i]) *ita A (colore rubro) et C in marg.; om. B, qui capitulum subsequens intitulat:* De condicionibus veri predicatoris; *ita et C.* [k]) quid *B.* [l]) acceperit *C.*

vina et dei preceptis comportat, quia illa est regula infallibilis et prima secundum dicta superius solempniter, patenter[a]) ac publice per deum et eius probatissimos nunccios tradita et wlgata. Et ideo apostoli et ewangeliste dicta sua et[b]) facta ex scripturis Veteris Testamenti comprobabant, prout dicitur II[a] Petri 2°[1]): „Non enim indoctas fabulas secuti, notam facimus vobis domini nostri Jhesu Christi virtutem et presenciam, sed speculatores facti illius magnitudinis.“ Et paulo post[2]): „Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucerne lucenti in caliginoso loco, donec dies[c]) illucescat et lucifer oriatur in cordibus vestris. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophecia scripture propria interpretacione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophecia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines.“

Et secundum hanc regulam Jhesus mittebat Judeos ad legem et prophetas, dicens Jo. V. e.[3]): „Scrutamini scripturas, in quibus putatis vitam eternam habere, et ille sunt, que testimonium perhibent de me.“ Et infra[4]): „Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et michi: de me enim ille scripsit.“ Et per idem Paulus, quamvis ewangelium non ab homine neque per hominem didicerit, sed a deo, raptus in tercium celum, tamen verba sua et predicacionem suam comportavit[d]) cum lege et prophetis, et post quatuordecim annos ascendit in Jerusalem ad Petrum, Jacobum et alios apostolos, conferens suum ewangelium cum ipsis, ne forte in vacuum laborasset, ut dicitur Gall. II°[5]). Et ita omnis doctor veritatis, cum revelatum sibi quippiam divinitus accipit, quia remotus est a verbis precipitacionis, ideo non statim profert illud in publicum, sed per matura consilia prius probat spiritum, si ex deo est, an non.

Secundum est, quod sequitur ex regula prima, quod idem doctor veritatis, quidquid revelatum sibi accipit, et donatum ad loquendum, cum timore et tremore suscipit[e]), sicut scriptum est Ysa. LXVI° b.[6]): „Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum et[f]) contritum spiritu[g]) et trementem sermones meos?“

---

30) 2[a] condicio veri predicatoris *C.*

[a]) potenter *A.* [b]) *om. C.* [c]) eis *B.* [d]) coaptavit *B.* [e]) suscepit *C.* [f]) *om. B.* [g]) spiritum *C.*

[1]) *II. Petri I. 16, ubi* doctas fabulas *legitur.* [2]) *II. Petri I. 19—21.* [3]) *Joan. V. 39.* [4]) *Joan. V. 46.* [5]) *Cf. Galat. I. 1. sq. et II. 1. sq.* [6]) *Isaiae LXVI. 2.*

Et Abacuk III° [1]): „Domine, audivi auditum tuum et timui." Et istud visum est in Ysaia, Jeremia et precipue Ezechiele et aliis prophetis singulis, qui omnes cum timore et tremore verbum dei susceperunt.

Item loquitur verbum sine esitacione[a]), auctoritative et cum certitudine, sicut scriptum est de Jhesu [2]): „Et erat sermo eius potestatem habens, non sicut Phariseorum et scribarum." Et psalmus [3]): „Audient verba mea, quoniam potuerunt." Loquitur inquam cum certitudine, quia loquitur, habens intime et inmediate sapienciam, in qua est spiritus[b]) „certus, suavis, amans bonum actum, qui nichil vetat bene facere, humanus, benignus, stabilis, securus", Sapiencie VII° f. [4]), et quia scit talis doctor, Christum Jhesum indutus, unde veniat aut quo vadat, sicut scriptum est Joh. VIII° c. [5]): „Respondit et dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum, quia scio, unde venio aut quo vado"; quapropter de se dicit apostolus: „Scio, cui credidi et certus sum", II[a] Thimo. 1. [6]); et iterum II[a] Cor. 1° [7]): „Fidelis autem deus[c]), quia sermo noster, qui fuit aput vos, non est in illo Est et Non. Sed Est in illo [fuit]. Est est. Dei enim filius Jhesus Christus, qui in vobis per nos predicatus est, per me et Silvanum et Timoteum, non fuit in illo Est et Non. Sed Est in illo fuit."

Et idcirco omne, quod loquitur predicator spiritu dei afflatus, stabiliter et cum magna [f. 11[a]] auctoritate loquitur sine esitacione[d]). Unde apostolus Gall. 1° [8]): „Sunt aliqui, qui vos conturbant et volunt convertere ewangelium Christi. Sed licet nos aut angelus dei ewangelizaret vobis, preterquam ewangelisavimus vobis, anathema sit." Et paulo post [9]): „Notum enim vobis facio ewangelium, quod ewangelisatum est a me, quia non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud neque didici, sed per revelacionem Jhesu Christi."

Tercium est, quod doctor deo[e]) inspiratus, quanto magis graciarum et revelacionis a deo et familiaritatis cum deo per

---

32) 3[m] signum predicatoris *C.*

a) *ita A;* hesitacione *B et C.* b) spiritus sanctus *C.* c) dominus *C.* d) *ita A;* hesitacione *B et C.* e) *om. C.*

1) *Abac. III. 1.* 2) *Cf. Marc. I. 22.* 3) *Psalm. CXL. 6.* 4) *Sap. VII. 22—23.* 5) *Joan. VIII. 14.* 6) *II. Tim. I. 12.* 7) *II. Cor. I. 18—19.* 8) *Galat. I. 7—8.* 9) *Galat. I. 11—12.*

spiritum sanctum accepit pre aliis hominibus, tanto magis ac magis exinde humiliatur quam alii homines, semper et ubique se verbo et facto minimum exhibendo, ut relucet in illo verbo Pauli, ubi dicit[1]): „Ego sum minimus apostolorum, et non sum dignus vocari apostolus."

Capitulum decimum.

De tercia regula[a])

Ad terciam regulam hec secuntur.

Primum est, quod excessiva multitudo tradicionum et doctrinarum atque mandatorum hominum carnalium non expediant[b]), ymmo quandoque officit[c]), tum quia nimia pluralitas eorum occupat animos humanos in tantum, quod minus sint[d]) solliciti ad precepta divina et sacramenta; inde illud, quod sequitur:

„Pluribus intentus minor est ad singula sensus",

tum quia quanto plures adinvenciones tales in populo cumulantur, tanto plures occasiones transgressionis adaugentur, — tum quia maior occasio datur dyabolo et via ad temptandum homines simplices et infirmos[e]). Et pro eo dicit apostolus II[a] Cor. II[o][2]): „Ideo scripsi vobis, ut congnoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. Cui autem donastis, et ego. Nam et ego quidem donavi, sed quid donavi, propter vos in persona Christi." Sequitur illud valde ad propositum notabile: „ut non circumveniamur a Satana. Non enim ignoramus cogitaciones eius"; subaudis, qui diligit et nititur multiplicare offendicula in Israel, iuxta illud ad Rom. V. g.[3]): „Lex subintravit, ut habundaret delictum." Et ideo Actuum XV. c.[4]): „Nunc igitur quid temptatis deum[f]) inponere iugum super cervices disci-

---

9) Multitudo humanarum tradicionum quam sit nociva in ecclesia dei *A in marg. sup.* De nimia occupacione tradicionum humanarum *C.*

[a]) *ita A (colore rubro) et C; B om. et hanc incriptionem add., que a cod. A in marg. assumpta est:* Nota de multitudine tradicionum, que utilitas inde venerit. [b]) expediunt *corr.* expediant *A;* expediunt *B et C.* [c]) officiebat populo Judeorum *corr.* officit *A;* officit *B;* officiunt *C.* [d]) sunt *C.* [e]) *add. A in marg.* [f]) dominum *A et* C.

[1]) *I. Cor. XV. 9.* [2]) *II. Cor. II. 9—11.* [3]) *II. Cor. II. 11.* [4]) *Rom. V. 20.* [5]) *Act. XV. 10.*

pulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus", — tum quia novis doctrinis venientibus ac[a]) recentibus huiusmodi tradicionibus in populo forcius ac notabilius commovent talia et inmutant animos plebeiorum in tantum, ut graviora precepta legis divine, scilicet misericordia et iudicium, tamquam antiquata et nimis communia plurimum obmittantur et negligantur, sicut scriptum est Deutero. XXXII° c.[1]): „Novi recentesque venerunt, quos non coluerunt patres[b]) eorum. Deum, qui te genuit, dereliquisti, et oblitus es domini creatoris tui." Et ad idem Matth. XXIII. d.[2]): „Ve, vobis, scribe et Pharisei yppocrite: qui decimatis mentam et anetum et ciminum, et reliquistis, que graviora sunt legis, iudicium et misericordiam et fidem. Hec oportuit facere et illa non obmittere. Duces ceci, excolantes culicem, camelum vero glucientes[c])" — tum quia in exerciciis talium adinvencionum, quamvis corporalium, peccatores iustificaciones suas constituerunt et ad dei iusticiam et misericordiam, videlicet ad crucem domini nostri Jhesu Christi minime festinare satagunt vel in sola crucis ignominia gloriari, et sic suam volentes iusticiam constituere, iusticie dei non sunt subiecti, Rom. X.[3]), quia sunt exortes[d]) a Christi Jhesu caritate, sine qua tales huiusmodi iusticiam quandam sibi promittunt et gloriantur, obstructi oculos per talem exercitacionem corporalem, que sola[e]) secundum apostolum[4]) utilis est ad modicum. Et propter[f]) quod dicit apostolus I. Cor. XIII. a.[5]): „Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velud es sonans et cymbalum tiniens. Et si habuero propheciam", etc. per totum consequenter. Et de unica gloria in cruce[g]) dicit iterum idem apostolus[6]): „Michi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Jhesu Christi."

Item exquisita verba et composita ad laudandum et delectandum audientes in sermone, que abducunt a delectacione in[h]) salubri, divina et simplici veritate.

---

2) (Nota bene). Contra tradiciones hominum et superfluas oraciones sacerdotum infinitas *B (C)*. 4[a] racio *C*.

[a]) atque *B*. [b]) om. *A et B*. [c]) deglucientes *B et C*. [d]) exsortes *B*; consortes *C*. [e]) se sola *corr.* se *A*; se sola *B et C*. [f]) *om. C*. [g]) *ita A et B*; in cruce domini nostri Jhesu Christi *C*. [h]) *om. C*.

[1]) *Deuter. XXXII. 17—18*. [2]) *Matth. XXIII. 23—24*. [3]) *Rom. X. 3*. [4]) *I. Tim. IV. 8*. [5]) *I. Cor. XIII. 1. 2. sq*. [6]) *Galat. VI. 14*.

Item multa et continuata sapiencia philosophorum huius mundi, que abducit simplicitatem crucis domini nostri Jhesu Christi, maxime tunc, cum fit in predicacione ad ostentacionem vel ad aures pruriendum. Propter quod dicit apostolus[1]): „Non in sapiencia verbi, ut non evacuetur crux Christi[a])."

Item voces lascive carnalium in dei ecclesia, per studium[b]) hominum et per virtutem musice artis propter questum vel laudem humanam dulcorati, que valde rapiunt vi sua corda simplicium ad extra et abducunt a delectacione in domino ab intra, et spiritualium hominum extingwunt spiritum devocionis.

Item occupacio fastidiosa circa nimiam multitudinem psalmorum omni die explendam et multiloquium in orando, ex propria voluntate veniens, dum hec fiunt sine attencione et cum pena superbiente vel murmurante, quia per talia huiusmodi nec satisfaccio potest digna esse pro peccatis, sed labor eorum et explecio exterior corporalis in tantum hominem prepedit, quandoque et abducit, et conatus eius terminat, quod hiis occupatus, deo suo vacare in intimis in [f. 11[b]] peditur et negligit; sed neque discit neque curat amplius, ut sciat umquam in spiritu et veritate deum[c]) patrem adorare. Quod tamen deus requirit in oracione principaliter et demandat. Propter quod[d]) dicitur Matt. XV.[2]): „Irritum fecistis mandatum dei propter tradiciones vestras", etc, et infra[3]): „Yppocrite, bene prophetavit de vobis Ysaias propheta, dicens: ‚Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.' Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas et mandata hominum." „Omnis plantacio, quam non plantavit pater meus[e]), eradicabitur[4])." Propter quod scriptum est[5]): „Cum oraveritis[f]), nolite multum loqui."

Item occupacio circa servicia corporalia propter deum et non utilia neque racionabilia, que tantum ex corde hominum inperitorum prodeunt, aut ab astucia[g]) sathane per suos yppocritas in angelos lucis transformatos, ad negligendum et ad impediendum utiliora exercicia salutis, que sunt plantata per Chri-

---

6) Cantus fracti *A*.

11) Hore canonice *A*. Contra longas horas canonicas *C*.

a) crux Christi *ad l. A in marg.* b) studia *C post corr.* c) deum *etiam C post corr.* d) *om. A et C.* e) pater meus celestis *C.* f) oratis *C.* g) ab abstinencia *corr. in marg.* ab astucia *A.*

1) *I. Cor. I. 17.* 2) *Matth. XV. 6—9. 13.* 3) *Marci VII. 6—7.* 4) *Matth. XV. 13.* 5) *Matth. VI. 7.*

stum Jhesum et roborata per scripturas; et circa stultas victimas, vel circa quedam ieiunia supersticiose adinventa et circa observaciones kalendarum et dierum ac horarum preter statuta a sancta ecclesia catholica, sed erroribus admixta et perversa credulitate[a]), que sunt valde multa in medio christiani populi per quosdam supersticiosos homines introducta; de quibus apostolus[b])[1]): „Nemo vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum, que non vidit, ambulans, frustra inflatus sensu carnis sue, et non tenens caput, ex quo totum corpus, per nexus et coniuncciones subministratum et constructum, crescit in augmentum dei. Si autem mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc tamquam viventes mundo decernitis? Ne tetigeritis neque gustaveritis neque contractaveritis, que sunt omnia in interitum[c]) ipso usu secundum precepta et doctrinas hominum; que sunt quidem racionem habencia sapiencie et [sic] in supersticione et humilitate et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis."

Hec igitur talia sunt, que suo[d]) dispendio, et quia sunt multa, et quia blandiuntur sibi peccatores, per talia distrahunt et abducunt Christi Jhesu animas a sacramentorum frequentacione, que principaliter dei populo ad exercicium saluberrimum sunt donata, veluti est sepe confiteri et sepe corpus domini manducare.

Item predicacio recencium reliquiarum sanctorum incerta et conficta vel solempnitas earundem in dei populo supra modum et plus, quam oportet, celebrata et racione vane glorie vel avaricie diffamata, quia subtiliter alliciunt carnalem populum, qui[e]) leviter ponit in talibus suam gloriam et iustificacionem, neglecta vita sancta et sacramentis Jhesu Christi et preceptis, in quibus solum vita eorum consistit; sicque eciam occupantur et dividuntur per multa et non digne respiciunt ad Christum Jhesum crucifixum, unicam salutem populi christiani, totaliter et omnino, neque reverentur in tantum corpus et sanguinem ipsius ibidem presens, habentes multa talia pre oculis in templo dei, que propter celebritatem et famam ipsorum equiparant in honoracione et adoracione divino et tremendo sacra-

---

[a]) crudelitate *C.* [b]) apostolus Collo. II° *C.* [c]) interiori *C.* [d]) sua *C.* [e]) que *C.*

[1]) *Coloss. II. 18—23.*

mento, in quo tamen est omnis plenitudo divinitatis corporaliter et[a]) ad quod prius et precipuus respectus cultus christianorum debet adhiberi, sicut scriptum est[1]): „Gloriam meam alteri non dabo." Et de hoc multa in quinto tractatu et ultimo huius libri[2]).

Item statue seu ymagines in templis, quibus per errorem seu per incertam conficcionem vel forte delusionem aliquam maior reverencia vel honor a wlgaribus exhibetur, quam ceteris, vel que ymagines aut alia huiusmodi signa et prodigia facere fabulantur aut racione eorum fieri predicantur nulla prehabita, si verum est, quod dicitur, probacione; quia proni sunt populi rudes ad talia sequenda corporalia et recencia, que multum magnificant et mirantur, per que subtiliter subtrahuntur[b]) a veritate, minusque per hoc sunt grati Jhesu Christo, unico et fideli suo salvatori, sicud scriptum est II[a] Thymo. IIII.[3]): „Ad sua desideria sibi coacervabunt magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur[c])". Et de hiis amplius[d]) in V° tractatu videbis[4]).

Capitulum undecimum.

De quarta regula[e]).

Ad quartam regulam hec comitantur.

Primum est christianum multitudini carnali se conformare sequivé multitudinem ad peccandum, et inde peccatum non esse credere aut pro minori peccato ducere, quia eo [f. 12[a]] communitas est occupata, ut sunt fornicari, inebriari vel ociose tabernas circuire.

Secundum est ob carnis et sanguinis, id est cognacionis et amicicie affeccionem, vel ob vituperium ab eisdem bona domini Jhesu obmittere vel ea minus facere aut mala aliqua perpetrare et se subicere ad peccandum, ut est nolle cottidie vel

---

6) Contra ymagines *A*.

22) 1[m] signum *C*.

27) 2[m] *C*.

[a]) *om. C.* [b]) subtrahuntur *B et C*; subtrahimur *A*. [c]) *ita B et C*; convertunt *A post ras.* [d]) omnibus *C*. [e]) *ita colore rubro A*; *om. B*.

[1]) *Isaiae XLII. 8.* [2]) *v. V. librum Regularum.* [3]) *II. Tim. IV. 3—4.*
[4]) *v. libri V. dist. VI.*

frequenter sacramentum dominicum sumere ob ruborem wlgi, ac vestes lascivas aut superbas nolle mutare vel deponere, ne homo a suis sodalibus contempnatur.

Tercium est[a]) in[b]) supersticionibus et doctrinis et inadvencionibus vanis in religione christiana[c]) et in diversis studiis et exerciciis propriarum suarum iustificacionum sequi opinionem carnalium hominum, quorum conversacio videtur manifeste diligere ea, que sunt in mundo, puta delectacionem corporis, avariciam mundi et gloriam huius vite, et dimittere consilium domini Jhesu fidelium sacerdotum aut aliorum, qui videntur ex animo mundi vanitatem spernere et in crucis Jhesu ignominia gloriari; sicuti[d]) visum est exemplum huius in Roboam, filio[e]) Salomonis, qui relicto consilio senum consilium iuvenum est secutus[1]).

Quartum est, quod sequitur, appreciari congnacionem carnis et sanguinis et in ea gloriari et mirari personas causa questus, timentes autem dominum Jhesum nichili[f]) ducere, pauperes in salute negligere et divitum amicicias comparare, in patribus suis et in suis religionibus et in fraternitatibus suis superbe gloriari et in religione, vel meritis sue fraternitatis hominibus inpiis promittere consistere salutem certam et remissionem peccatorum.

Quintum est, desinente gloria huius mundi et questu aut adversitate et infortuino insurgente, in verbo Jhesu relaxari et a predicando obliquari vel a Christi Jhesu servicio tepescere.

Hec de regulis antiquorum iurium[g]) seu Veteris Testamenti, quantum dominus Jhesus cruxifixus concessit, recolegi, humiliter me submittens iudicio et informacioni patrum meorum et doctorum.

---

4) 3m C.
15) 4m C.
23) 5m C.

a) *lineae superpos. A.* b) *om. B;* et *C.* c) et inadvencionibus — christiana *add. A in marg.* d) Sicut *C.* e) filium *(sic) B;* exemplum huius *A post ras.* f) *post ras. A.* g) in tantum *(sic) B;* virorum *C.*

1) *Cf. II. Par. X. 8.*

SECUNDUS TRACTATUS[a]).
DE COMMUNIONE CORPORIS CHRISTI[b]).

Capitulum primum[c]).

[fol. 12a]. Nunc igitur ad propositum prin·ipale dictas regulas huius tractatus licebit coaptare. Sunt enim quidam in hiis diebus de frequenti communione[d]) corporis et sanguinis Christi Jhesu a populo plebeio christiano altercantes[e]), quibus se et predicatores seu doctores altrinsecus coniunxerunt, suas secum swasiones racionibus et scripturis suffultas pro et contra afferentes, quas omnes infra in processu huius tractatus spiritu Jhesu duce curavi pertractare. Dicunt namque quidam, quod nequaquam expediat dei populo hoc tantum et tremendum sacramentum, et quod est summum bonum christianorum in hac vita, cottidie aut alias frequenter iterare, sed vix sanctis perfectis hoc liceat semel in mense vel in anno accipere. Et hoc variis suis dictis nituntur defensare. Alii vero sunt, qui consulunt plebi Christi et ortantur[f]) sepe sumere hoc dulcissimum et plenum miseracionum. domini sacramentum; et quod[g]) precipue est salus in hac frequentacione cuilibet christiano. Quod et ipsi in promptu habent astruere multis racionibus et scripturis. Et non tantum istorum hinc

1) Incipit de corpore Christi *A*.

a) *ita A rubr.* b) *in cod. A titulus hic manu posteriore additus est; B habet:* Secundus tractatus de corpore Christi. Capitulum primum. c) *ita A rubr.* d) communicacione *B*. e) *ita B;* altricantes *A*. f) *ita A;* hortantur *B*. g) hoc *B*.

inde vacilancium opiniones se collidunt, sed et homo eciam quilibet, plerumque in se ipso, patitur huius ambiguitatis distraccionem, puta si sepe aut raro se debeat vel sibi expediat corpori et sanguini Jhesu crucifixi in hoc sacramento adunare[a]).

Rogo autem et humiliter et pie quemlibet legentem, ut non festinet hec collecta cito[b]) condempnare. Sed quecumque sibi displicencia hic invenerit, inutilia, dispendiosa vel inepta, instanter obsecro, ut in hoc mee fragilitati, infirmitati et aliis defectibus condescendat et compaciatur insuper mee inbecillitati et ignorancie, que in me magna sunt, quatenus dominus Jhesus crucifixus peccata sua [*sic*] supportet et condonet, qui legem nobis talem dedit, ut nostra onera invicem supportemus, docens nos et dicens Luce VI. e.[1]): „Estote misericordes, sicut pater vester celestis misericors est. Nolite iudicare, ut non iudicemini[c]). Nolite condempnare et non condempnabimini. Dimittite et dimittetur vobis."

Precor insuper quemlibet legentem, ut omne, quod sonare hic contra communem cursum viderit vel sapere falsum aut errorem esse crediderit, non statim dure aut ad partem sinistram moveatur. Sed antequam interpretetur hos sermones, [f. 12[b]] prius causas dicendi fideliter videat, reminiscens doctrine beati Hylarii in quarto libro de trinitate inquientis[2]): „Intelligencia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus."

Capitulum secundum[d]).

Protestor[e]) vero[f]) coram deo et Christo eius, quod hoc opus colligere michi videor solum ex caritate Christi et[g]) compassione plebis christiane, que, exsors diucius a manducacione panis celestis, fame in via deficit[h]) ac per hoc passim datur in manus inimici funesti, negligensque[i]) panem suum subcinericium manducare, qui castra Madian visus est potenter conteruisse. Pro quo psallit ecclesia domino dicens[3]): „Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me."

---

[a]) copulari *corr.* adunare *A.* [b]) *lin. superpos. A.* [c]) iudicabimini *corr.* iudicemini *A.* [d]) *ita A;* 2[m] *B.* [e]) *hac voce cod. D 1. 2. excerpta continuant, v. supra pag. 16 l. 38.* [f]) *om. D 1. 2.* [g]) caritate Christi et *add. A in marg.* [h]) deficiat *D 2.* [i]) *ita omnes cod.*

[1]) *Lucae VI. 36—37.* [2]) *S. Hilarii Pictav. De trinitate liber IV, p. 14, ap. Migne, PL, t. 10, p. 107.* [3]) *Psalm. XXII. 5.*

Miseratus sum insuper quorumdam, simul et eorum incurie indignatus, qui racione sui officii deberent vocare plebeios et sedule invitare et hortari ad cenam magnam[a]) sui domini nec non conpellere, si opporteat et expediat[b]), negligentes: ipsi autem sunt primi, qui abstrahunt panem ab ore parvulorum, non intelligentes hoc, quod proinde quam plurimos recidivare contingit in pristina peccata, deficere continue in penitencia et in virtutibus et subcumbere dyabolice potestati[c]). Ipsi tamen non bene ad singula prospicientes[d]), ex racione quadam, sed egra et non ex divina scriptura fundata, bene sibi facere videntur, dum prohibent, retrahunt et dissuadent plebeios venire ad eorum panem cottidianum et[e]) celestem, nimis male in hoc consulti, cum plurimum[f]) eis contingat, quod per hoc forte[g]) rei constituentur occisionis parvulorum Christi Jhesu sanguine redemptorum, iudicium quoque gravius portabunt, utpote servi nequam et pigri et qui misericordiam sui domini in sudario abscondentes, nolunt ponere supra mensam domini preparatam supradictam, nescio quid durum et crudele de domino Jhesu piissimo et dulcissimo sompniantes, dum ac si quadam morte et dampnacione hominum in Christi Jhesu sacramento reposita deterrent sanctos fideles a participio et communione crebra vite, veritatis et gracie Jhesu Christi, tamquam dispensatores sui domini[h]) inprudentes et negligentes[i]). De quibus psalmista [1]): „Ipsi vero non congnoverunt vias meas, quibus iuravi in ira mea", etc.[k]) Item alter propheta [2]): „Quia[l]) tu scienciam repulisti, et ego te repellam, ne sacerdocio fungaris michi." Et iterum[m]) [3]): „Populus meus captivus ductus est, quia non habuit scienciam." Et ad propositum: „Nobiles eius interierunt fame et multitudo eius exaruit siti."

Tales[n]) enim servi Christi predicti minus bene advertunt

---

5) Qui abstrahunt plebem a communione *A*.

[a]) *ita A et B;* magni *D 1.;* magnifici *D 2.* [b]) si opporteat et expediat *add. A in m.* [c]) *D 1. 2. contin.:* Tales minus bene advertunt, *v. inferius l. 30.* [d]) *post corr. A.* [e]) *add. A super lineam.* [f]) prelium *(sic) B.* [g]) *add. A sup. lin.* [h]) *post corr. A.* [i]) inprudentes, ignorantes et negligentes ac infideles sui domini *corr.* prudentes *(sic)* et negligentes *A.* [k]) *in codice A sequitur haec phrasis deleta:* Item noluit intelligere, ut bene ageret, comparatus est iumento, etc. [l]) *A lineae superpositum.* [m]) *add. A in marg.* [n]) Tales minus bene *contin. D 1. 2.*

[1]) *Psalm. XCIV. 11.* [2]) *Oseae IV. 6.* [3]) *Isaiae V. 13.*

dicta et decreta[a]) sanctorum patrum, que per multa et late inferius colligentur. De quibus hic unum placuit ponere, videlicet dictum[b]) Innocencii pape tercii sic inquientis[c]) in sermone de nativitate Christi „Verbum caro factum est, etc.“ Ubi sic misticat circa finem[1]): „Carnem autem[d]) assumptam non solum dedit pro nobis in precium, ut redimeret nos a morte, verum eciam dedit nobis in cibum, ut aleret nos ad vitam, secundum quod ipsemet[e]) pollicetur[2]): ‚Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita‘, ut sicut per cibum mors intravit in orbem, ita per cibum vita rediret ad orbem. Sicut enim corporalis vita sine corporali cibo non potest subsistere, ita spiritualis vita sine spirituali cibo non potest nutriri. ‚Nisi manducaveritis, inquid[3]), carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.‘ Verbum itaque caro factum est, ut, qui est cibus angelorum secundum divinitatem, fieret cibus hominum secundum humanitatem, ut panem angelorum manducaret homo, omne delectamentum in se habentem et omnem saporis suavitatem.“ Hec ille[f]).

Enimvero[g]) isti, qui nituntur [prohibere] communioni crebre

---

4) Verbum caro factum est. Innocencius 3us *A*.

[a]) et decreta *om. D 1. 2.* [b]) patrum — dictum *add. A in marg. et om. D 1; A habuit originaliter:* decreta sanctorum, veluti est illud Innocencii oc. *D 1. 2. ponunt:* Nam Innocencius [3us] sic inquit de navitate Christi oc. [c]) solempniter dicentis *corr.* sic inquientis *A*. [d]) *om. D 1. 2.* [e]) ipse *D 1. 2.* [f]) *D 1. 2. contin.:* Potest vero patere oc., *cf. inferius pag. 56 lin. 5.* [g]) *hic locus, voce* Enimvero *incipiens et usque ad vocem* suffragatur *prosecutus, add. A in marg. textus loco, qui ante deletionem haec verba praebebat:* Unde tales negligentes dispensatores ex predicta auctoritate deberent elicere et notare, quomodo primum preceptum dei de ciborum fuit abstinencia, et hoc in paradyso, sic ultimum de istius cibi sacratissimi [sumpcione] fuit Christi preceptum, et hoc in mundo. Ibi deus inobedienti homini in unico ligno perniciem apposuit, si de ipso homo contra preceptum gustaret, prout dicitur *[Genes. II. 16—17]:* „De omni ligno, quod est in paradiso, comedas. De ligno autem sciencie boni et mali ne comedas. Quandocumque, homo, comederis, morte morieris.“ Hic Christus in unico cibo suo, quod est lignum vite, salutem expressit, dicens *[Joann. VI. 54:]:* „Nisi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis.“ Ibi, proch dolor, homo plus imitatus est consilium dyaboli quam dei altissimi, hic secundum et nunccii Christi, qui ad hunc cibum fideles *[f. 13a]* in veritate deberent [invitare] et eundem ipsis ministrare, proch pudor, solliciti sunt ab eodem retrahere et denegare. Unde timendum, ne forte sic aditum ipsius para-

[1]) *Innocentii III. pape Sermones de sanctis, ap. Migne, PL, t. 217, p. 456.*
[2]) *Joann. VI. 52.* [3]) *Joann. VI. 54.*

sanctorum plebeiorum, non videntur habere [aliud] propositum ex canonicis scripturis, quam illud dictum apostoli Ia Cor. XIo [1]), per quod idem apostolus voluit innuere sumpcionem divini sacramenti omni christiano promoveri, prout manifeste ex textu apparet intuenti. Et idcirco istis in[modice] suffragatur, ut luculenter in infra dicendis apparebit, eo quod ipsi[a]) contempnunt dare Christi familie tritici mensuram in tempore suo, quoniam in apostolo notanter dicitur [2]): „Probet autem seipsum homo", qui secundum Senecam [3]), que sua sunt, optime novit, et non aliquis alius, puta ita proprie et adequate[b]). Prout dicit apostolus Ia Cor. IIo [4]): „Quis enim scit hominum, que sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?" Homini igitur cuilibet seipsum probare precipitur et seipsum iudicare, maxime in hiis, que solius hominis et spiritus sancti in ipso operacioni subsistunt et nocioni, ex quibus unum est appetere sacramenta et profectus ex sacramentis.

Hiis igitur talibus prefatis deo propicio[c]) succurendum et consulendum per hec scripta existimavi, si tantum se dociles dignentur exhibere et non abicere frustra labores gratis impensos[d]), sed neque iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicare.

Capitulum tertium[e]).

Cui sese doctor populi debet conformare[f]).

Si igitur sollicite hee partes alterutrum adverse ad annotatas regulas fideliter adequentur, puto, quod satis luculenter patebit, que magis earum contineat veritatem. Prima etenim erat regula, doctorem se conformare in dictis et factis legi dei et prophetis et pro eo zelari et non in occulto, sed solempniter et publice predicare. Liquet autem, quod illi, qui suadent populo cottidie aut sepe sacramentum[g]) corporis et sanguinis Jhesu Christi communicandum, conformant se dictis et

disi precludere videantur, se preceptis ipsius Christi salutaribus eatenus opponendo, quibus nullo dictum beati apostoli Ia Cor. XIo suffragatur oc., *vide superius in textu.*

22) Cui se doctor debet conformare *A.*

a) *lin. superpos. A.* b) puta — adequate *A in m.* c) prefatis deo propicio *A in m.* d) impensos et graciam Jhesu Christi *corr.* impensos *A.* e) *ita A colore rubro; om. B.* f) *ita A colore rubro; om. B.* g) sacramento (*sic*) *A.*

1) *I. Corinth. XI. 24 sq.* 2) *I. Corinth. XI. 28.* 3) *Cf. L. Annaei Senecae Ep. 20 et 41, ap. Haase, III (1853), p. 44 et 86.* 4) *I. Corinth II. 11.*

factis legi et prophetis Veteris et Novi Testamenti, prout paulo inferius apparebit. Et nunc est dicendum de Veteri Testamento, et postea de Novo dicetur, quando infra agetur[a]) de regulis ex nova lege conquisitis.

Potest[b]) vero patere per multa, quod videlicet lex vetus et prophete innuunt et swadent — quamvis in figura — sacramentum hoc a populo christiano cottidie vel sepe frequentandum, et hoc per sacrificia, per prophecias et[c]) per documenta[d]). Ordo tamen[e]) scripture sacre postulat primo de Melchisedech precurrendum, de quo Gen. XIIII. f. [1]) dicitur, quod „Melchisedech, rex Salem, protulit panem et vinum ipsi Abrahe (erat enim sacerdos dei altissimi) et benedixit ei, dicens: Benedictus Abraham deo excelso, qui creavit celum et terram. Et dedit ei Abraham decimas de omnibus." Quod quidem sine contradiccione figura est et documentum illius, quod nunc sacerdotes dei populo hoc sacramentum conferunt et ei benedicunt post victoriam quinque sensuum cum eorum viciis et concupiscenciis, sicut scriptum est[2]): „Vincenti dabo manna absconditum et nomen novum", et populus dei sacerdotibus dat decimas. Quid autem misterii aliud in hoc potuit presignatum attendi, quod panem et vinum obtulit Melchisedech Abrahe, nisi frequens vel cottidiana frequentacio huius divini[f]) sacramenti a populo christiano, quoniam non est[g]) communior cibus nisi panis, nec tam frequenter aliud in potibus sumitur sicut vinum, que cottidie a wlgo usitantur.

Probavit similiter hoc rei veritas, cum dominus Jhesus, sacerdos secundum ordinem Melchisedech, in speciebus panis et vini prebuit suum deificum corpus et sanguinem omnibus et singulis manducandum et bibendum, dicens[3]): „Sumite ex hoc omnes", et adiecit: „Quocienscumque feceritis, in meam commemoracionem facietis", frequentacionem huius sacramenti persuadendo. Nec hoc dixit Jhesus solis apostolis et per conse-

5) Continue communicandum aliter (?) oc. probat *D 1.* Cottidie communicandum vel sepe *D 2. rubr.* 10) Melchisedech *A.*

32) Corpus et sanguis omnibus communicantur, non tantum sacerdotibus *A rubr.*

[a]) agitur *B.* [b]) *contin. D 1. 2.* [c]) *om. B.* [d]) *post hanc vocem D 1. 2. continuant:* Plebs namque Judeorum oc., *v. infra pag. 57 lin. 26.* [e]) enim *B.* [f]) dominici *B.* [g]) *om. B.*

[1]) *Genes. XIV. 18—20.* [2]) *Apoc. II. 7.* [3]) *Cf. I. Cor. XI. 24—25; textus Vulgatae discrepat.*

quens solis eorum sequacibus, id est presbiteris, ut quidam aiunt, sed omni plebi christiane, subaudis[a]) quoad manducacionem, non quoad officium. Nam quoad sacrificium, hoc offerendum solis presbiteris congruit, ut conficiant, sumant et dent ceteris. Sed dico quoad manducacionem frequenter, hoc passim omnibus intimavit secundum illud[1]): „Quod uni dico, omnibus dico."

Prout[b]) iterum[c]) rei veritas et execucio eiusdem postea conprobavit in ecclesia sanctorum primitiva[d]), quoniam erant omnes cottidie[e]) in fraccione panis perdurantes unanimiter in templo. Actuum 1°. g.[2]) Et idem in oracione dominus expressit, dicens[3]): „Panem nostrum cottidianum da nobis hodie[f])", etc. Ecce, ad intelligendum cottidianam sacramentalem aut spiritualem huius panis divini sumpcionem a plebe christiana non solum dixit „cottidianum", sed addidit [f. 13b]: „da nobis hodie."

Quod evidenter per figuram manne in deserto Judeorum est roboratum. Quod in tantum districte dominus precepit a plebe cottidie colligi et manducari, quod non licebat, nisi cum transgressione precepti, in crastinum reservari[g]). Et si a quoquam est servatum in crastinum, mox in vermes est conversum, ut habetur Exo. XVI°.[4]): „Ecce, ego pluam vobis panem de celo: egrediatur populus et colligat, que sufficiunt per singulos dies." Sed notanter dominus addidit, dicens[5]): „Nullus relinquat ex eo usque mane", ut evidenter significaret, quoniam cottidie oportet populum suum panem celestem colligere et manducare, manifeste insuper per hoc demonstrans cottidianam nostri panis veraciter celestis manducacionem a sua plebe christiana. Plebs[h]) namque colligebat manna cottidie et manducabat, et non solum sacerdotes: Ita in Jhesu veritate non solum licet sacerdotes manducare cottidie corpus Christi in sacramento, sed eciam plebem omnem Jhesu Christi saltem sepe vel frequenter[i]).

Et quemadmodum de manna Judeis est preceptum dili-

---

14) Panis cottidianus. Error *A manu poster.*

15) Manna *A.*

[a]) subaudi *B.* [b]) Quod *B.* [c]) *lin. superpos. A.* [d]) in e. s. pr. *A in m.; om. B.* [e]) *om. B.* [f]) da nobis hodie *A in m.* [g]) *A in m.*

[h]) Plebs namque Judeorum *D 1. 2. contin., cf. superius p. 56 lin. 9.*

[i]) *post hanc vocem D 1. 2. contin. sic:* Quis enim animadvertens &c., *cf. infra p. 59 lin. 27.*

[1]) *Cf. Marci XIII. 37.* [2]) *recte Act. II. 46.* [3]) *Lucae XI. 3.*

[4]) *Exodi XVI. 4.* [5]) *Exodi XVI. 19.*

genter et expresse, ut videlicet ipsum cottidie colligerent et manducarent, ita similiter de hoc sacramento christiano populo est indultum et annutum, sicut patet per oracionem dominicam paulo ante annotatam. Sacerdotes enim racione caracteris conficiunt et ministrant, sed racione devocionis communicant atque sumunt. Nam si racione caracteris communicarent, tunc continue sine gracia et sine confessione divinum possent officium peragere. Racio, quia numquam caracterem perdunt nec eo privantur, quamdiu vivunt, sed hoc sine devocione et gracia fieri, est inconveniens. Quare omnis vere penitens, communicans devocioni et gracie, potest communicare sacramento, prehabita satisfaccione competenti, communionem insuper eandem cottidie vel alias frequenter continuare[a]), premissis durantibus, scilicet gracia et devocione. Ideo dicit Augustinus super psalmo XXI° [1]): „Nolite prohibere pingwes terre de mensa domini manducare."

Quod vero per illud manna cottidianum cottidianus hic panis vivus christiani populi fuerit presignatus, expresse habes declaratum Deutero. VIII°, ubi dicitur[2]): „Et dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu et patres tui, ut ostenderet tibi, quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo dei[b]), quod egreditur de ore domini." Quod procul dubio non potest equius alteri quam huic sacramento coaptari.

Quod si forte hiis minus consentis, dicens: Licet manna sit figura huius nostri sacramenti, non tamen hoc signat, ut plebei saltem aliqui hunc panem deo plenum cottidie manducarent, — produc igitur tu causam aliam, si vales, aut aliam veritatem illius figure, que in spiritu et veritate est condita et instituta, videlicet quod in tantum diligenter illi populo et non solum presbiteris est preceptum et mandatum, ut cottidie manna colligerent et cottidie manducarent. Sed nequaquam aliam racionem condignam et magis littere congruam invenire poteris, preter illam, que dicta est, nisi velis fortasse, utpote Judei, mecum litigare, dicens: Quomodo potest hic Jhesus dare omni die tanto populo et tociens carnem suam ad manducandum?

---

8) Alius hec [hoc *B*] interposuit, non actor *(sic)* libri *A manu poster. et B.*
16) Manna fuit figura po[pula]rissima corporis Christi *A*.
25) In quantum (?) panis deo plenum *A rubr.*

a) *om. B.* b) *om. B.*

1) *Cf. S. Augustini Enarr. in ps. XXI., ap. Migne, PL, t. 36, p. 178.*

2) *Deuter. VIII. 3.*

Et idcirco forte christianus male fidei aut mortue fidei hoc fieri exhorrescit.

Capitulum quartum[a]).

Nunc autem sacrificia veteris legis et alia si percurras, satis plene invenies per ea designari cottidianam vel alias frequentem et liberam dominici sacramenti a plebeis sumpcionem. Quod hinc poteris iudicare, quoniam[b]), licet ter in anno statutum erat Judeis se in loco, quem dominus elegisset, non sine muneribus presentari, secundum[c]) quod dicitur Exo. XXIII°.[1]), sacrificia tamen offerre et de sacrificatis edere fuit semper liberum, quocienscumque voluissent plebei Judeorum. Et idcirco cum sacrificiis plebis erant continue sacerdotes occupati, prout liber Levitici per totum hoc demonstrat. Que omnia lucide innuunt libertatem plebi christiane, istud veritatis sacrificium, quocienscumque vellent, manducare ritu ac statutis sancte ecclesie observatis. Et singulariter iuge sacrificium veteris legis hoc idem[d]) ostentat, de quo Exod. XXIII°. f.[e])[2]), ubi dicitur: „Hoc est, quod facietis in altari: angnos anniculos inmaculatos duos cottidie in holocaustum sempiternum."

Quanto magis sacrificium istud nove legis amplius et lacius est clarificatum et donatum quam sacrificia legis antique, quoniam illud umbra, istud veritas, illud per Moysem[f]) hominem, istud per Jhesum, dei filium naturalem, illud solum in uno loco, quem elegisset dominus, ut in Jerusalem, est ministratum, quia alibi non licebat, istud per[g]) universum orbem tanto habundancius et liberalius ac [f. 14a] frequencius dei plebi [licet] ministrari. Quis[h]) enim animadvertens studiose, non videat[i]), quam habunde et liberaliter deus voluerit hoc sacri-

---

4) Sacrificia veteris legis *A rubr.*

16) Juge sacrificium *A rubr.*

22) Sacrificium nove legis supra veteris (?) *A rubr.*

28) Error *A manu poster.*

[a]) *ita A colore rubro; om. B.* [b]) *hac voce contin. D 1. 2. post vocem* potiretur, *qua inferius capitulum hoc quartum finitur, cf. p. 60 lin. 20.* [c]) secundum quod dicitur Exo. XXIII. *om. D 1.* [d]) *lin. superpos. A.* [e]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* In illis tamen sacrificiis, *cf. infra p. 60 lin. 23!* [f]) Moysen *B.* [g]) *om. B.* [h]) *hac voce contin. D 1. 2., v. supra p. 57 lin. 30.* [i]) videt *B.*

[1]) *Exodi XXIII. 17—19.* [2]) *recte Exodi XXIX. 38.*

ficium a fidelibus ymmolari et manducari, cum, ubicumque domini Jhesu fideles ad Christum sunt conversi, mox ibi altare domino licuit erigere, et hoc sacrificium deificans omnibus propositum est bibere et manducare. Et inde tot templa, tot capelle et tam dense[a]) altaria in dei ecclesia per totum orbem sunt constructa, et preceptum in commune ab ecclesia est firmatum, quatenus in quolibet templo et capella hoc sacrificium foret preparatum in copia et in promptu, sicque utpote mensa domini inmense liberalis fideles Christi ubique preparata expectaret, — sicud scriptum est [1]): „Sapiencia edificavit sibi domum, excidit columpnas septem, ymmolavit victimas suas, miscuit vinum et proposuit mensam suam, misit ancillas suas", etc. Item in psalmo [2]): „Parasti in conspectu meo mensam", etc., — ut quicumque Christi fidelium veniens a ministris ecclesie postularet, illico sine ulla contradiccione eidem donaretur, nisi forte sacerdos causam racionabilem denegandi inveniret. Quod si est infirmus et nequit ad templa Christi properare, tunc ecclesie ministris est mandatum, ut panem hunc ad domum infirmi et ad eius lectum deportarent, quatenus sic sacramento infirmus potiretur[b]).

Capitulum quintum[c]).

De sacrificiis Veteris Testamenti, ad quid erant necessaria[d]).

Quoniam in[e]) illis sacrificiis non est deus tantumdem delectatus, prout dicitur per psalmistam[f]) [3]): „Numquid manducabo carnes thaurorum aut sanguinem hyrcorum potabo"; et iterum [4]): „Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis"; et alibi [5]): „Sacrificium et obla-

3) Sacrificium deificans *A rubr.*

16) Communio infirmorum *D 1. 2. rubr.*

18) Infirmorum domus cum corpore Christi visitandi *A rubr.*

23) Nota, ad quid erant sacrificia veteris legis *A.* — In sacrificio altaris deus 1) colitur et adoratur in spiritu et veritate, 2) delectatur *A ad calc. fol. infer.*

[a]) densa *B, D 1. 2.* [b]) *D 1. 2. contin. vocibus:* Quoniam licet ter in anno oc., *quae iam praecesserunt, v. p. 59 lin. 7.* [c]) *ita A rubr.; om. B.* [d]) *ita A rubr.; om. B.* [e]) In illis tamen sacrificiis oc., *sic D 1. 2. contin., ut superius pag. 59 n. c) est annotatum.* [f]) prout dicit psalmista *B et A ante corr.*

[1]) *Proverb. IX. 1—3.* [2]) *Psalm. XXII. 5.* [3]) *Psalm. XLIX. 13.* [4]) *Psalm. L. 18.* [5]) *Psalm. XXXIX. 7.*

cionem noluisti"; et per prophetam [1]): „Ut quid michi multitudo victimarum vestrarum", nisi in quantum dominum Jhesum nec non hoc nostrum sacrificium spiritus et veritatis figurabant et ad ipsum disponebant: et ideo fuit in paucis, ut dictum est, et solum in uno loco tantum pro signo veri sacrificii et documento et umbra futurorum institutum et observatum. In hoc autem nostro sacramento deus valde delectatur, quemadmodum pater in filio et filius dei in filiis hominum, sicut scriptum est [2]): „Delicie mee esse cum filiis hominum [a])", quoniam in isto nostro sacrificio gracia et veritas sunt adimpleta, sicut scriptum est Johannis I° [3]): „Lex per Moysen data est, gracia et veritas per Jhesum Christum facta est", et dominus de hoc sacrificio ad discipulos Johannis VI° [4]): „Verba, inquit, que locutus sum vobis, spiritus et vita sunt." Spiritus igitur et veritas sunt in hoc sacrificio. Spiritus autem est deus, et ideo in spiritu et veritate adoratur pater. Et tales deus pater querit adoratores, prout habetur Johannis III° [5]).

Item istud [b]) sacrificium ecclesie est et fuit odor ille suavissimus deo et domino Israel, de quo odore plerumque dictum est a spiritu sancto in Veteri Testamento [6]): „Odoratus est dominus odorem suavitatis", et [c]) iterum [7]): „Obtulit Moyses vel Abraham, Ysaac aut huiusmodi holocaustum domino in odorem suavitatis." Non enim credendum est, quod ad literam dominus in fumo vel in odore carnium aut adipe arietum et [d]) thaurorum sit delectatus, sed, ut dictum est [e]), magis in eo, quod illa designabant. Et idcirco cum signaculum et umbra suum tempus transegerunt, spiritus et veritas, veluti est eis proprium, inmutabiliter omnem locum et omne tempus sua efficacia et vita per hoc sacrificium impleverunt secundum modum et habitudinem ipsi sacrificio divino congruentem et ad bonum intellectum. Et lumen vite inmensum, postquam sub modio et mensura secundum dispensacionem divinam per tempora latuit,

---

6) Delectabilius nostrum sacramentum quam oblaciones veteris legis *D 1. 2. rubr.*

[a]) *D 1. 2. continuant:* Istud enim sacrificium &c., *cf. infra lin. 18.* [b]) Istud enim sacrificium &c., *contin. D 1. 2.* [c]) et — suavitatis *om. D 1. 2.* [d]) aut *D 1. 2.* [e]) ut dictum est *om. D 1. 2.*

[1]) *Isaiae I. 11.* [2]) *Proverb. VIII. 31.* [3]) *Joann. I. 17.* [4]) *Joann. VI. 64.* [5]) *recte Joann. IV. 23.* [6]) *Genes. VIII. 21.* [7]) *Cf. e. g. Gen. XXII. 13, Exod. XXIV. 5* &c.

veniente plenitudine temporis super candelabrum iam presentatum et expansum per latitudinem mundi est diffusum, ut iam neque solum Jerosolimis neque in monte hoc Samarie, sed in omni loco dominacionis Jhesu Christi hoc nostrum sacrificium spiritus et veritatis copiose ymmoletur[a]). Cuius gracia in multis locis valde et amplissime est institutum, offerendum ac[b]) celebrandum per orbem universum[c]).

In hoc igitur salutifero sacramento deus pater summe delectatur, quia pater summe filium diligit, qui sibi sacrificatur et reoffertur in hoc mirifico sacrificio. Delectatur eciam valde in offerente[d]) sibi tale et tantum sacrificium in odorem eterne suavitatis, in quantum offerens est ab eo acceptatus, quia similiter ipsum diligit, sicut scriptum est[1]): „Diligis enim omnia, que sunt, et nichil horum odisti, que fecisti." Et alibi[2]): „Ego diligentes me diligo." Si autem offerens hoc sacrificium indignificavit semet ipsum, nichilominus deus delectatur in sacrificio sui filii, quod nullo modo per manus [f. 14b] inmundas offerentis est polluibile, et per hoc inmense amat filium, qui scit et potest[e]) ex patre et per patrem eciam ab indignis inpollutus contrectari et ab inmundis mundus offerri et manducari, et quod tam bonus est deus filius et paciens, qui eciam malis tribuit et permittit se bibi et manducari. Delectatur[f]) inquam pater in illa delectacione inmensa, quam habet ex hoc sacrificio. Que delectacio est spiritus suus suavis in nobis, sicut scriptum est Sap. 12[3]): „O, quam suavis est spiritus tuus, domine, in nobis." Delectatur nichilominus deus pater in semetipso et sic in se suum reflectit amorem, quia sic bonus et summe delectabilis filius, qui sibi in hoc sacrificio offertur, est in ipso. Et illa summa delectacio est ab ipso deo patre et in ipso, quoniam

---

4) Locus dominicacionis Christi ecclesia *A rubr.*

8) In sacrificio eukaristie delectatur pater *D 1. rubr.*

11) Offerens *D 1. rubr.*

12) Sacerdos indignus illius (i[9]) offerens *A rubr.*

15) Indignus offerens *D 1. rubr.*

22) De delectacione in sacramento divinissimo. *D 1. rubr.*

[a]) ymmoleretur *corr.* ymmoletur *A.* [b]) *om. D 1. 2.* [c]) per orbem universum et ubique *corr.* per orbem universum *A.* [d]) in offerentes *B.* [e]) scit, potest et wlt *corr.* scit et potest *A.* [f]) Delectatur — in nobis *om. D 1. 2.*

[1]) *Sap. XI. 25.* [2]) *Proverb. VIII. 17.* [3]) *Sapient. XII. 1:* „O, quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus".

filius est a patre et in patre et spiritus sanctus est ab utroque et in utroque.

Similiter filius summe delectatur in isto sacrificio, quia filius[a]) suo patri offertur, quem[b]) summe diligit. Delectatur quoque in hoc sacrificio, quia per ipsum sui dilectores et sui dilecti in unitate mutua in ipso manent et cum ipso unum faciunt, veluti ipse filius cum patre suo facit unum. Quam unionem, puta hominum ad se invicem, et omnia eius ipse filius multum diligit et pro[c]) ea patrem suum exoravit, dicens[1]): „Et[d]) non pro hiis rogo tantum, sed pro eis, qui crediturі sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu, pater, in me et ego in te, ut ipsi in nobis unum sint, ut[e]) mundus credat, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti michi, dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus, ego[f]) in eis et tu in me, ut sint consummati in unum.“ Hec autem unio proprie ac optime per hoc sacrificium perficitur, nam et inde communio vel secundum Dyonisium[2]) congregacio nunccupatur.

Delectatur eciam in homine, quia hominem valde diligit, sicut ipse dicit[3]): „Delicie mee esse cum filiis hominum.“ Qui a patre liberaliter in hoc sacrificio offertur in tantum, ut in homine manducante se maneat et manducans, suus dilectus frater, in eo vitam eternam habeat. Et[g]) ideo volens hoc sacrificium prebere suis discipulis, iterum atque iterum deo patri agit gracias sedule et elevatis ad deum notabiliter oculis, ostendens, quam patri suo gratus existat, quod eum sic liberaliter suis dilectis hominibus donavit ad habendum. Delectatur insuper et in nostra delectacione bona, quam de manducacione et inhabitacione sue persone habemus, quia nos, ut sepe[h]) dictum est, fideliter diligit et in nostro bono delectatur. Et quia illa delectacio est suus spiritus suavis in nobis, quem ab eo[i]) ipsum osculando in hoc sacrificio bibimus et haurimus conformiter,

---

3) Filius *D 1. 2. rubr.*

19) Sacrificio corporis Christi unio perficitur *A rubr.*

[a]) filius — in hoc sacrificio, quia *om. D 1. 2.* [b]) quod *B.* [c]) post *D 1.* [d]) Et — ego in te *om. D 1. 2.* [e]) ut mundus — ut sint unum *om. D 1. 2.* [f]) ego — nunccupatur *om. D 1. 2.* [g]) Et ideo — ore ad os applicatis *om. D 1. 2.* [h]) nos sepe, ut *B.* [i]) ab eo *A*; habeo *false B.*

[1]) *Joann. XVII. 20—23.* [2]) *Cf. S. Dionysii Areopagitae De eccles. hierarchia, c. III, p. 1, ap. Migne, PG, t. III, p. 423.* [3]) *Proverb. VIII. 31.*

veluti cum duo amici dilectissimi osculando se invicem inspirant et inbibunt alterutrum mutuo suos spiritus ore ad os applicatis.

Delectatur insuper summe in semetipso, quia hoc tantum et tale nostrum bonum est in ipso et ab ipso. Delectatur[a]) preterea deus filius per hoc sacrificium in deo patre, quia a patre habet et illud sacrificium, quod est a patre, et illos homines, in quibus delectatur. Sicut loquitur dicens Jo. XVI°.[1]): „Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod[b]) dedisti ei, det eis vitam eternam. Hec est autem vita eterna, ut congnoscant te solum, verum deum, et quem misisti, Jhesum Christum." Et inde fit, quod Jhesus crucifixus, existens in gloria dei patris, delectatur[c]) in manducacione huius sacrificii ab hominibus, quoniam per hoc est in hominibus, cum quibus esse sunt eius delicie[2]). Et existens in hominibus et ibi delectatus, delectatur eciam et in deo suo et in seipso residente ad dexteram dei patris. Et ita delectatur Jhesus in deo suo, scilicet capite supremo, quia caput Christi deus. Delectatur in suo corpore infimo, scilicet in sua sponsa, sanctorum ecclesia, quia sacrificium hoc magnum est, ego autem dico Christi et ecclesie. Supra delectatur in spiritu sancto et in patre, infra delectatur in suis fratribus et sororibus, heredibus quidem dei, coheredibus autem sui ipsius vite eterne; supra delectatur, quia verbum [est] eternaliter apatre et in patre; infra delectatur, quia verbum caro factum est et habitabit in nobis per huius sacrificii communionem; supra delectatur, quia pater et spiritus sanctus summe in filio delecta[n]tur; infra delectatur, quia facit nos et considerat in seipso, in deo patre et in sancto spiritu summe delectari. Et sic torrens voluptatis ab eo, sedente ad dexteram patris, descendens, qui est spiritus Jhesu, letificat civitatem dei hominum degencium in terris, in ecclesia militante, et flumen voluptatis derivatum[d]) a Jhesu in nobis manente, rapiens secum corda hominum, ascendit et letificat civitatem dei, scilicet hominum et [f. 15[a]] angelorum nec non divinarum personarum in ecclesia triumphante. Et ita ipse est alpha et omega, principium et finis.

---

[a]) Delectatur *usque ad finem huius capituli om. D 1. 2.* [b]) omnes, quos *B.* [c]) *post rasuram A.* [d]) *post corr. A.*

[1]) *recte Joann. XVII. 1—3.* [2]) *Cf. Proverb. VIII. 31.*

Et hoc est, quod vidit Johannes Apokalypsi ultimo, ubi dicitur [1]): „Et ostendit michi flumen aque vive, splendidum tamquam cristallum procedentem de sede dei vivi et agni, in medio plathee eius et ex utraque parte fluminis lignum vite." Et istius declaracionem visionis et applicacionis ad propositum require in tractatu ultimo [2]).

Capitulum sextum.[a])

Delectatur[b]) insuper in hoc sacrificio et spiritus sanctus, quia est summe bonus et summe favorabilis homini. Ideo delectatur in eo, quod sumus eius participes et quod operatur in nobis illam delectacionem. Delectatur[c]) eciam in seipso, quia ipsemet[d]) efficit illam delectacionem, per quam in deo delectamur. Delectatur insuper in filio, quia seipsum nobis tribuit sic habunde. Delectatur in patre, qui[a] filium suum et seipsum in tantum liberaliter transmisit, ut esset cibus cottidianus hominum in hoc sacrificio, idem videlicet, qui est a principio cibus angelorum.

Delectatur[e]) et tota beata trinitas in isto sacrificio, quod est in eo liberalis hominibus et fecunda, in tantum et taliter inmense liberaliter se communicans hominibus sine ulla sui diminucione, passim bonis[f]) et malis, sine omni sacrificii pollucione, et quod uno eodemque actu per hoc sacrificium exercet suam misericordiam dulcissimam et inmensam in hiis, qui deum diligunt, et iudicium et iusticiam in hiis, qui deum contempnunt, quod fit in eo, cum boni sacrificium hoc comedunt ad vitam et mali ad mortem suam sempiternam.

Beati quoque angeli condelectantur hominibus et deo suo in hoc sacrificio ymmolato. Deo quidem condelectantur, quod scilicet tam est munificus tamque fecunde communicati-

---

8) Spiritus sanctus *D 1. 2. rubr.* — In sacrificio altaris delectantur: 1° spiritus sanctus *A.*

18) 2° tota trinitas *A.*

27) 3° angeli *A;* Angeli *D 1. 2. rubr., et ibidem ad calcem super.* Delectacio in sacramento divinissimo.

[a]) *om. B.* [b]) *hac voce D 1. 2. contin.* [c]) Delectatur — cibus angelorum *om. D 1. 2.* [d]) ipse est, qui *B.* [e]) Et sic delectatur tota beata trinitas oc. *D 1. 2. contin.* [f]) *ita A et D 1. 2;* passionibus *false B.*

[1]) *Apoc. XXII. 1—2.* [2]) *Cf. l. V, dist. VII, c. 6.*

vus hominibus suarum deliciarum inmensarum. Condelectantur hominibus, quod puta habent eosdem convivas[a]) et conparticipes mense celestis, quoniam sunt spiritus ab omni invidia exsortes summeque favorabiles hominibus et diligunt valde eorum redempcionem; et[b]) hoc est, quod dicit Ecclesia[c]) [1]): „Pinguis est panis Christi, et prebebit delicias regibus", scilicet angelis graciosis.

Homines autem summe et inenarrabiliter in hoc sacrificio gaudent et cum deo delectantur. Et[d]) ex eo dicit apostolus 2ª Cor. 9°[e]) [2]): „Gracias ago super inenarrabili[f]) dono dei"; neque enim alteri potest magis congrue adaptari illud, quod dicit psalmus[g]) [3]): „Ego vero[h]) delectabor in domino", quam huic sacrificio, in quo propinquus est homo deo suo epulando ipsum gaudiose. Delectantur inquam homines et gaudent in tanta et tam inmensa divina bonitate ad se in hoc sacrificio cumulata.

Delectatur homo in eo, quod deus pater dat unicum filium suum eidem in sacrificium et tali modo, quod esset eius cibus vite et potus, et per consequens quod esset hominis intima et propriissima possessio, nichil pene differens a seipso; nichil etenim magis proprie et intimius cedit in possessionem cuiusquam[i]) quam eius cibus et potus, que in corpus et sanguinem proprium transfigurantur. Delectatur insuper homo, quod deus pater sic sibimet dignificavit hominem, ut filium suum unigenitum posset sibi suaviter et in veritate omni die in hoc sacrificio offerre et deum patrem per oblacionem sui filii[k]) sibi complacere; iuxta quod pater ad hominem de Jhesu loquitur, prebens eum homini[l]) et dicens[4]): „Hic est filius, filius[m]) meus dilectus, in quo michi bene complacui: ipsum audite."

Delectatur eciam homo in dei filio, quod filius dedit seipsum in tantum et taliter hominibus. Delectatur et in eius mi-

---

8) 4° homines fideles *A*. Homines *D 2. rubr.*

14) Homines boni *D 1. rubr.*

[a]) connivos *B*. [b]) et — Ecclesia *om. D 1. 2., cuius loco ponit:* Unde dicitur. [c]) *post hanc vocem lacuna pro numero indicando in omnibus cod. restat.* [d]) Et ex eo — dono dei *om. D 1. 2.* [e]) *posterius suppl. A; lacuna cod. B.* [f]) in *posterius suppl. A super lineam.* [g]) psalmus *A et D 1.*; psalmista *B et D 2.* [h]) *om. D 1. 2.* [i]) *ita A*; cuiquam *B et D 1. 2.* [k]) *ita D 1. 2*; sui sibi filii *A*. [l]) hominem *A et B*. [m]) *om. B et D 1. 2.*

[1]) *Genes. XLIX. 20.* [2]) *II. Cor. IX. 15.* [3]) *Psalm. CIII. 34.* [4]) *Matth. XVII. 5.*

rabili hominum redempcione, quam suis laboribus, innumeris doloribus, passionibus sue carnis et sanguinis et morte amarissima[a]) perfecit et comparavit. Insuper et illam carnem et illum sanguinem, quem doloribus et erumpniis[b]) repletam [*sic*] patri in ara crucis pro homine obtulit, dedit et dat omni die homini a deo patre iterum pro seipso offerendum, et manducare et bibere offerendo et offerre manducando et bibendo. Et ex eo dictum est ab ipso[c]) instituente hoc deificum sacrificium [1]): „Accipite et comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur." Et[d]) similiter super calicem: „Bibite, inquit[e]), ex eo omnes, hic est calix, etc. Quocienscunque manducabitis panem et calicem bibetis, mortem domini anunciabitis, donec veniat."

Delectatur eciam homo in carismatibus, quibus redundat hoc sacrificium, principaliter in illo suavissimo spiritu devocionis, quem trahit et bibit in hoc sacramento, sicut scriptum est[2]): „Ut suggeret mel de petra oleumque de saxo durissimo." Et iterum[3]): „Parasti in dulcedine tua pauperi, deus."

Condelectantur insuper homines ad invicem in pastu huius sacrificii gloriosi, cantantes et psallentes in cordibus suis[4]): „Ecce, quam bonum et quam iocundum habitare, fratres, in unum." Et se invicem adhortantur, dicendo[5]): „Pascha nostrum ymmolatus est Christus. Itaque epulemur", etc.

[f. 15b] Hec igitur recordatus sum et effudi in me animam meam. Unde valde videtur mirandum, quo spiritu illi homines ducantur, qui non gaudent de multitudine convivarum huius letabundi et gloriosissimi sacramenti, cum scriptum sit Apok. ultimo[6]): „Sponsus et sponsa dicunt: Veni. Et qui sitit, veniat, et qui wlt, accipiat aquam vite gratis."

Capitulum septimum[f]).

Delectatur eciam deus et homo et anime in tam grata composicione, splendore et ordine atque mundicia huius sacrificii, quia est compositum in tam purissimis et saporosissimis

---

[a]) turpissima *corr.* amarissima *A.* [b]) erumpnis *D 1. 2.* [c]) ab eo *B.* [d]) Et similiter — donec veniat *om. D 1. 2.* [e]) *add. A in marg.* [f]) *ita A rubr.; om. B.*

[1]) *I. Cor. XI. 25—26.* [2]) *Deuter. XXXII. 13.* [3]) *Psalm. LXVII. 11.* [4]) *Psalm. CXXXII. 1.* [5]) *I. Cor. V. 7—8.* [6]) *Apoc. XXII. 17.*

speciebus, videlicet panis et vini mundissimi, que per excellenciam habent eciam deum et homines letificare et delectare, sicut ex libro Judicum [1]) trahitur. Et psalmus [2]): „Vinum letificat cor hominis." Et apostolus [3]): „Itaque epulemur in azimis sinceritatis et veritatis." In hoc etenim sacrificio quidquid spectatur, sive intus sive foris, totum est in se valde delectabile, valde mirabile, valde pulchrum, sive id sit, quod ibi videtur, sive, quod ibi occultatur, sive id, quod significat, sive id, quod operatur, omne, inquam, exuberat divina dulcedine et inenarrabili decore domus domini.

Et hoc est, quod proprie et satis expresse ammiracio regine Sabe designavit, que venit de Austro videre sapienciam et ordinem Salomonis; de qua IIIº Reg. Vº dicitur [4]): „Videns [a]) autem regina Saba omnem sapienciam Salomonis et domum, quam edificaverat, et cibos mense eius et habitacula servorum ministrancium." Et paulo post [5]): „Non habebat ultra spiritum", scilicet pre admiracione et stupore, et reliqua ad propositum ibidem. Ad idem quoque Zacharias exclamavit, dicens [6]): „Quid bonum eius aut quid pulchrum eius nisi vinum electorum et triticum germinans virgines."

Delectantur et congaudent summe anime beatorum in celis per hoc sacrificium in deo tam bono et tam largifluo. Sed Christo Jhesu angeli condelectantur et summe congaudent de multitudine hominum pariter cum eis communicancium in isto mirabili sacramento. Gaudent et anime purgandorum in purgatorio et summe gratulantur de esu huius sacrificii cottidie per ecclesiam militantem, quia inde ad eos descendit copiosa redempcio, prout terna particio in missa [b]) huius

---

5) Totum in sacramento delectabile intus et foris *D 1.*

21) De communicantibus: digne gaudent in celis. *D 1. rubr. ad calcem folii super.*

21—26) In sacrificio altaris delectantur anime beatorum in celis et anime in purgatorio *A.* — Anime *et inferius* Angeli *D 1. rubr.* — Gaudent angeli de communicantibus *D 2. rubr.*

25) Anime in purgatorio *D 1. rubr.* — Anime purgandorum gaudent *D 2. rubr.*

[a]) Videns — ibidem *om. D 1. 2.* [b]) *add. A in marg.*

[1]) *Cf. Judic. IX. 13.* [2]) *Psalm. CIII. 15.* [3]) *I. Cor. V. 8.* [4]) *recte III. Reg. X. 4.* [5]) *III. Reg. X. 5.* [6]) *Zachar. IX. 17, ubi dicitur:* frumentum electorum et vinum germinans virgines.

sacrificii prefigurat. Sed[a]) et omnis canonis misse disposicio hoc designat, videlicet mutuam ad invicem redundanciam gaudiorum, prout scribitur[1]): „Dies diei eructat[b]) verbum et nox nocti indicat scienciam. Non sunt loquele neque sermo, quorum non audiantur voces eorum.“ Et infra[2]): „Exultavit ut gigas ad currendam viam, a summo celo egressio eius: Et occursus eius usque ad summum eius: nec est, qui se abscondat a calore eius.“

Capitulum octavum[c]).

Ex[d]) hiis singulis[e]) predictis colligitur, quo modo[f]) deus et angeli et homo atque anime in purgatorio et in celis in hoc sacrificio delectentur, et quo modo illud omnem saporem contineat atque omne[g]) delectamentum suavitatis. Et idcirco de hiis delectacionibus hoc modo redundanter in isto sacramento conditis, quam[h]) proprie dicitur in David propheta[i])[3]): „Quam magna multitudo dulcedinis tue, domine, quam[k]) abscondisti timentibus te. Perfecisti eis, qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.“ Istam igitur delectacionem et dulcedinis sue magnitudinem, quia potuit et voluit deus sine ulla sui minucione communicare huic mundo, congruentissime et decentissime in speciebus cibi et potus preparavit, iuxta quod canitur in LXIIII° psalmo per prophetam[l])[4]): „Visitasti terram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. Flumen dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: quoniam ista est preparacio eius. Rivos eius inebria, multiplica genimina eius: in stillicidiis eius letabitur germinans. Benedices corone anni benignitatis tue, et campi tui replebuntur ubertate. Pingwescent speciosa deserti, et exultacione colles accingentur. Induti sunt arietes ovium et valles habundabunt frumento: clamabunt, etenim[m]) ympnum dicent.“

---

[a]) Sed *usque ad finem capituli om. D 1. 2.* [b]) indicat *false B.* [c]) *ita A rubr.; om. B.* [d]) *contin. D 1. 2.* [e]) Ex istis regulis *B.* [f]) *om. D 1.* [g]) *om. B.* [h]) *om. D 1. 2.* [i]) dicitur David *D 1.*; dicit David *D 2.* [k]) *omnia, quae post hanc vocem sequuntur, usque ad voces* Ego igitur subiciens me intellectui saniori, *etc., quae in cap. X. leguntur, om. D 1. 2.* [l]) per prophetam *om. B.* [m]) et *B.*

[1]) *Psalm. XVIII. 3—4.* [2]) *Psalm. XVIII. 7.* [3]) *Psalm. XXX. 20.* [4]) *Psalm. LXIV. 10—14.*

Nota hec singula, qui habes spiritum Jhesu Christi, et specialiter illud, ubi dicitur: „Parasti cibum illorum, quoniam", etc., ubi quamvis enigmatice propheta de hac delectacione fluminosa loquatur, tamen tangit modum eius, innuens manifeste, quod in cibo et potu erit preparata hominibus et communicata, sed non edisserit, qualiter, relinquens hominibus tantum credendum et posterius ruminandum.

Quapropter diligenter est advertendum, quod delectacionem hanc, quam deus dives in omnes in tam magna multitudine dulcedinis sue communicare hominibus voluit, congruentissime ac decentissime in cibo et potu fruendam [f. 16a] preparavit, quoniam, prout Aristoteles[1]) et alii eciam magistri experiencia ostendunt, didicimus duas inesse delectaciones animalibus: unam secundum gustum, que est in cibo et potu convenientibus, aliam, que est in tactu, que est in venereis actibus. Prima fit in capite, secunda in carne. Que fit in capite, fit secundum omnes sensus, quoniam omnes[a]) sensus sunt in capite, et per consequens plena; que fit in carne, fit tantum secundum sensum tactus[b]). Que fit in capite, est libera et facile consentanea racioni; que[c]) fit in carne, est illibera et repugnat racioni. Que fit in capite, est munda et principaliter mundo; que fit in corpore, est in carne et inmundo et inmunda. Que fit in ore per potum et cibum, est pro salute tocius individui et conservande speciei; que fit in carne per tactum, fit tantum pro conservacione speciei. Que fit in capite vel in ore, est omnium hominum iuvenum, castorum, mediocrium et antiquorum; que fit in corpore, est solum vel precipue quorundam mediocrium et incontinencium et coniugatorum. Que fit per cibum et potum in ore, delectacio est[d]) necessaria, sine qua nullus hominum potest vivere. In lumbis sic est delectacio, sine qua omnis homo potest vivere. In ore fit delectacio, quam homo quilibet cottidie oportet frequentare. In lumbis fit, quam quidem homo potest dimittere vel raro iterare.

Voluit igitur deus delectacionem, qua in nobis et nos in eo delectamur, in speciebus cibi et potus preparari, ut hic ostendat, quod delectacio nostri in domino est ange-

[a]) ostendens *corr. A in marg.* omnes. [b]) *ita B;* actus *false A.* [c]) que — racioni *om. B.* [d]) *om. B.*

[1]) *Cf. Aristotelis Ethica Nicomachea, l. III, c. 10, ed. Parisiensis (Didot), Op., II, 36.*

lica, plena, libera, racionalis, pura et salubris ipsi manducanti, prolificativa virtutum, communis omnium, necessaria singulorum, continua et cottidiana.

Angelica, quia solum et principaliter fit in Christo Jhesu, qui est caput et gaudium nostrum et angelorum, sicut scriptum est [1]): „Panem angelorum manducavit homo", et Jo. XV.[2]): „Ego veni, ut gaudium meum sit in vobis et gaudium vestrum impleatur."

Plena, quia omnibus sensibus corporis et anime prebet oblectamenta. In isto etenim sacrificio homo ingreditur et egreditur. Et ubique pascuntur sensus in suis obiectis oportunis, foris in speciebus et suavitate et mundicia panis et vini, intus in gracia et veritate. Nec est nec umquam fuit cibus alius prestitus homini, qui totum cibaret hominem, puta in spiritu et carne, preter hoc deo plenum sacramentum.

Libera, quia voluntaria. id est solum consistens in hominis diligencia et voluntate. Non enim homo animalis hoc potest carnaliter appetere vel naturalibus legibus in eo delectari, sicut scriptum est [3]): „Animalis homo non percipit ea[a]), que sunt spiritus dei." Et inde est, quod multitudo carnalium non festinat, sed pocius obmurmurat contra[b]) alios sepe accedentes, videlicet ad hoc sacramentum. Hii sunt, de quibus Juda in sua canonica [4]): „Qui illa quidem, quecumque ignorant, blasphemant; quecumque autem naturaliter tamquam muta animalia norunt, in hiis corrumpuntur." Hii iterum sunt, de quibus apostolus Hebr. ultimo [5]): „Habemus altare, de quo non habent potestatem edere hii, qui thabernaculo corporis deserviunt."

Est eciam hec eadem delectacio racionalis, quia consistit in memoria et racione et ruminacione ac degestione mentali. Et ideo est[c]) solum hominum racionabilium, non canum vel porcorum.

Pura, quia est in rebus purissimis, puta de purissima simila farine et de purissimo vino, et purificat suos participes, sicut scriptum est Zacharie, ubi supra [6]): „Quid bonum eius et

---

15) Deo plenum sacramentum *A rubr.*

[a]) *add. A sup. lin.* [b]) que *corr.* contra *A;* qui *B.* [c]) *om. B.*

[1]) *Psalm. LXXVII. 25.* [2]) *Joann. XV. 11.* [3]) *I. Cor. II. 14.* [4]) *Judae 10.* [5]) *Hebr. XIII. 10.* [6]) *Zachar. IX. 17.*

quid pulchrum eius, nisi vinum electorum et triticum germinans virgines."

Salubris hominum, quia unicus eius effectus est et proprius, quantum est in se, salvare animas, non perdere, et mederi corpus et animam, sicut scriptum est Apok. ultimo [1]): „Et folia eius ad sanitatem gencium."

Prolificativa, quia generat virtutes in manducante[a]) et augmentat dei ecclesiam, sicut scriptum est [2]): „A fructu frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt." Et Apok. ultimo [3]): „Et ex utraque parte fluminis lignum vite afferens XII fructus per singulos menses."

Communis[b]) omnium[c]), quia tocius dei populi, non tantum sacerdotum vel privatarum personarum, sicut scribit apostolus[d]) [4]): „Unus panis, [f. 16b] unum baptizma", etc.

Necessaria[e]) singulorum, quia omnis, qui wlt ex deo vivere vel digne ambulare, habet necesse hoc sacramentum manducare, sicut scriptum est [5]): „Nisi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis."

Cottidiana, quia omnis christianus iam compos sue racionis, wlgaris et spiritualis, et qui voluerit in robore spiritus et virtutibus Christi Jhesu vegetari, et quod eum fermentum yppocrisis non corrumpat, est sibi nimis utile cottidie vel alias quanto sepius sacramentaliter vel spiritualiter[f]) hoc sacrificium sumere, digerere[g]) et ruminare, sicut scriptum est [6]): „Panem enim supersubstancialem[h]) da nobis hodie."

Et ad idem loquitur Gwilhelmus Altisiodorensis super IIIto libro Sentenciarum XXX. c., ita dicens: „Notandum, quod sicut in manducacione corporali IIIIor sunt: primum est masticacio, secundum delectacio; solum enim dulce et conveniens nutrit, aliter natura refugeret ipsum cibum; tercium asimilacio, quartum incorporacio: ita in manducacione spirituali

---

28) Nota IIIIor in cibo *A*.

a) *ita A;* manducacione *B.* b) *post corr. A.* c) *add. A in marg.* d) *lacuna sequitur in cod. A pro numero implendo.* e) *add. A sup. lin.* f) sacramentaliter vel spiritualiter *add. A in marg.* g) dirigere *B.* h) *post corr. A.*

1) *Apoc. XXII. 2.* 2) *Psalm. IV. 8.* 3) *Apoc. XXII. 2.* 4) *Cf. I. Cor. X. 17:* Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane participamus. 5) *Joann. VI. 54.* 6) *Matth. VI. 11.*

sunt quatuor: primum mastigacio spiritualis, que est diiudicacio corporis domini, de qua loquitur apostolus Ia Cor. XI., redarguens eum, qui indigne accipit[a]), dicens [1]): „Non diiudicans corpus domini." Diudicare enim debemus, quale sit corpus Christi, quam nobile, quam vivificativum, quam necessarium nostre vite et huiusmodi. Secundum est delectacio, qua delectamur in Christo. Tercium est asimilacio spiritualis. Quartum est incorporacio spiritualis. Singula autem istorum requirunt frequenciam et continuitatem in homine christiano ad inmutabilem statum ac perpetuum festinanti. Ex eo dictum est [2]): „Edent me et adhuc esurient, bibent et adhuc sicient." Sed exercicium horum institutum est et donatum hominibus in isto cottidiano et dominico altaris sacramento, de quo est sermo. Quapropter notabiliter in oracione dominica formamur ad orandum et dicendum [3]): „Panem nostrum cottidianum da nobis hodie."

Capitulum nonum[b]).

Ex hiis luculenter infertur: primum, quod manducacio et potacio nostri huius sacrificii dulcissimi et pleni dei suavi spiritu debet esse communis et omnium, et per consequens[c]) plebeiorum et non tantum sacerdotum. Secundum, quod debet esse continua, scilicet cottidiana vel frequens, et non tantum ter vel semel in anno. Tercium, quod maximam iniuriam facit deo et Christo Jhesu, quicumque seipsum vel alios impedit, disuadet et distrahit a manducacione et potacione crebra corporis et sanguinis Jhesu Christi.

Prima proposicio nota est ex eo, quia deus, summe communis et summe bonus, sine acceptacione personarum, in omnibus, qui eum suscipiunt, wlt delectari, prout dicitur Apok. IIIo [4]): „Ego sto ad hostium et pulso. Si quis audierit vocem meam et apperuerit michi[d]) ianuam, introibo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum"; et wlt omnes, qui cupiunt, in seipso

---

1) Diiudicare corpus quid est *A*.

17) Nota totum *A*.

a) recipit *B*. b) *ita A rubr.; om. B*. c) *om. B*. d) *add. A super lineam*.

1) *I. Cor. XI. 29*. 2) *Eccli. XXIV. 29*. 3) *Lucae XI. 3*.
4) *Apoc. III. 20*.

delectari, sicut scriptum est Ysaie LV°[1]): „Omnes sicientes venite ad aquas.“ Et infra[2]): „Audite audientes me et comedite bonum, et delectabitur in crassitudine anima vestra.“ Et in ewangelio Johannis VII°.[3]): „Si quis sitit, veniat ad me et bibat, qui credit in me. Sicut dicit scriptura: Flumina de ventre eius fluent aque vive[a])“, etc. Et iterum[4]): „Ego veni, ut vitam habeant et habundancius habeant.“ Cuius gracia hec delectacio nostri in deo et dei in nobis per hoc sacrificium flumen repletum aquis et impetus fluminis et egrediens voluptas est a David[5]) nuncupata propter sui fecunditatem et exuberanciam infinitam, prout supra est deductum[6]).

Secundum sequitur ex illo, quod ita est preparacio eius, scilicet in cibo et potu, que cottidie necesse est seu creberrime digeri et ruminari et[b]) in eo vita[c]) vegetari et robur virium continuari et fructus spiritus[d]) multiplicare et afferre, secundum quod scriptum est Jo. XV.[7]): „Ego posui vos, ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat.“ Et iterum[8]): Qui manet in me[e]), et ego in eo, hic fert fructum multum.“ Sed clarum est, quod per manducacionem crebram huius sacramenti Christus in nobis et nos in Christo commanemus, sicuti sepe dictum est[9]): „Qui manducat carnem meam,“ etc.

Tercium infertur ex eo, quod talis huiusmodi impeditor istius sacrificii adimit[f]) et minuit in se et in aliis delectacionem dei atque delicias Jhesu Christi in seipso et aliis christianis, et per consequens delectacionem suam in deo et in pane angelorum suffocat in domo sui patris et fidelium plurimorum. Propter quod pater familias iratus esse perhibetur contra invitatos ad suam cenam, qui venire noluerunt, et apostolus[10]): „Qui autem templum dei violaverit, destruet illum deus.“ Et Matth. XXIII. b.[11]): „Ve vobis, scribe et pharisei, qui accepistis claves regni celorum et ipsi non intratis nec [f. 17a] alios intrare permittitis.“ Et Proverb. I°[12]): „Vocavi et renuistis, extendi manum meam et non fuit, qui aspiceret“, etc. Wlt nimi-

---

[a]) fluent aque vive *add. A in marg.* [b]) et in eo — continuari *om. B.* [c]) vitam *corr.* vita *A.* [d]) corporis *corr.* spiritus *A.* [e]) meo *B.* [f]) adimt *corr.* adimit *A in marg.*

[1]) *Isaiae LV. 1.* [2]) *Isaiae LV. 2.* [3]) *Joann. VII. 37—38.* [4]) *Joann. X. 10.* [5]) *Cf. Psalm. XXXV. 9.* [6]) *Cf. supra c. 5.* [7]) *Joann. XV. 16.* [8]) *Joann. XV. 5.* [9]) *Joann. VI. 57.* [10]) *I. Cor. III. 17.* [11]) *Matth. XXIII. 13, textus Vulgatae discrepat.* [12]) *Proverb. I. 24.*

rum deus et dominus Jhesus crucifixus, ut dictum est, continue et iugiter in hominibus et homines in seipso delectari. Secundum quod scriptum est [1]): „Delectare in domino, et dabit tibi peticiones cordis tui.“ Et iterum [2]): „Inquirite faciem eius semper.“ Et dominus in ewangelio Johannis XV. b. [3]): „Sicut dilexit me pater, et ego dilexi vos. Manete in dileccione mea.“ Et apostolus Phil. IIIIº [4]): „Gaudete in domino semper, iterum dico: Gaudete.“ Hec autem mansio Christi in homine et hominis in Christo [fit] per dileccionem et per consequens delectacio maxime et principaliter fit in fruicione istius sacrificii et ruminacione verbi, quod est caro factum et habitat in nobis.

Wlt igitur deus quemlibet christianum iugiter et sepe hunc panem angelorum suo modo manducare, et illud est, quod significavit figura illius famosi et iugis sacrificii in Veteri Testamento, de quo Exo. XXIX. dicitur [5]): „Hoc est, quod facietis in altari: agnos agniculos duos offeretis cottidie in holocaustum sempiternum“, etc.

Capitulum decimum[a]).

Quapropter libet hic paululum redire ad consideracionem iugis sacrificii et circa id ymmorari. Notum quidem est in ecclesia, quod per iuge sacrificium legis Moysi sit[b]) hoc sacrificium dei, de quo est sermo, intellectum et propter sui cottidianam frequenciam et propter dualitatem in Christo Jhesu naturarum et bine speciei, scilicet panis et vini, ex quibus hoc sacrificium integratur, et propter hoc, quod hoc sacrificium presto est in dei templo mane et vespere, id est continue cuilibet poscenti christiano, quamvis solum infirmis hominibus, dum necessitas requirit[c]), hoc est[d]) annutum, quod de vespere hoc sacramentum eis ministretur manducandum.

Questio igitur circa hoc incidit, quid sibi wlt prophecia Danielis de iugi sacrificio, que asseverat ipsum in novissimis diebus cessare, ita dicens ibidem XI. e.[6]): „Et auferent[e]) iuge sacrificium et dabunt abhomina-

18) Nota totum diligenter *A*.

29) Eukaristia iugi sacrificio significatur (?), de iugis sacrificii cessacione *A ad calc. fol. sup.*

a) *ita A rubr.; om. B.* b) *post corr. A.* c) dum necessitas requirit *add. A in marg.* d) *om. B.* e) aufferretur *B.*

1) *Psalm. XXXVI. 4.* 2) *Psalm. CIV. 4.* 3) *Joann. XV. 9.* 4) *Philipp. IV. 4.* 5) *Exodi XXIX. 38—39.* 6) *Daniel XI. 31—32.*

cionem in desolacione[a]) et impii in testamentum simulabunt fraudulenter, populus autem, sciens deum suum, obtinebit et faciet." Ego[b]) igitur subiciens me intellectui saniori et humiliter prestolans circa hoc informari, interim diu intellexi, quod iuge sacrificium tunc incepit[c]) cessare, cum plebs christiana seu communitas vulgi[d]) secundum maiorem sui partem cessavit a iugi, id est cottidiana vel frequenti huius sacramenti comescione, et solum vel vix semel in anno accedit non ex devocione propria et spontanea[e]) aput multos, sed simulata et quasi[f]) coacta usitacione[g]). Et non solum illud contigit ei, ut scilicet iugiter non ymmolet[h]), sed iam horreat et reputet abusivum, si sepe ad sacramentum accedatur[i]). Insuper consurrexerunt quidam in dei testamentum, qui diswadent et cecis conatibus retrahunt plebem Christi a iugi sacrificio, id est a cottidiana et frequenti eius communione.

Tunc[k]) autem videtur esse ideo iuge sacrificium ablatum, quando surrexerunt quidam in ecclesia non tantum iam publice et in ambone dissuaserunt et retraxerunt plebem Christi Jhesu a frequenti communione suis sermonibus propriis, quamvis ullo modo ex scripturis, sed eciam solempniter in synodis provincialibus publice[l]) voce preconia [re]probaverunt plebem christianam communicari Christi corpori et sanguini in sacramento cottidie et frequenter, legem Christi hoc ex sua auctoritate ordinaria statuentes, quod nullus plebeius seu laycus admittatur ad sacramentum altaris, quomodo libet dignus, sepius quam de mense ad mensem vel semel in quatuor septimanis.

Insuper tunc videtur esse ablatum iuge sacrificium, cum ex decretis multorum doctorum et sacerdotum et ex consensu episcopi et prelatorum solempniter et publice in synodo cleri et in congregacione plebium facta est prohibicio, quod puta plebei et layce persone de communitate christiana nullo modo debeant hortari ad frequentem communionem sacramenti vel cottidianam. Hec autem facta sunt et visa sunt notorie fieri

---

5) Juge sacrificium quando incepit cessare *D 1.*

a) *ita A et B;* desolacionem *biblia Vulgata habet.* b) Ego subiciens me *contin. D 1. 2.* c) *add. A in marg.* d) *add. A in marg.* e) et spontanea *add. A in marg.* f) *add. A sup. lin.* g) visitacione *B.* h) *ita D 1. 2.; A et B* ymmolat. i) *post hanc vocem D 1. 2. contin. sic:* Sed tantum communicacio oc., *v. infra p. 80 lin. 11.* k) Tunc autem *usque ad voces* fide recta et caritate *(v. infra p. 77 lin. 18) add. A manu posteriori (qua et omnes caeterae notae marg. additae sunt).* l) *om. B.*

in anno domini M°CCC°LXXX°VIII° in mense Octobri in crastino sancti Luce ewangeliste[1]). Unde statim[a]) atque post per totum predicatores et sacerdotes multa valde passi sunt publice et notorie non tantum a communibus, sed eciam ab ecclesia et prelatis illi[b]), qui sanctis et devotis personis laycis utriusque sexus sacramentum Christi corporis cottidie[c]) vel alias frequenter ministrabant, et solum ob id sunt passi et quod christianos sancte viventes ad crebram communionem[d]) sacramenti invitabant atque hortabantur. Illi vero predicatores et magistri populi, qui dehortabantur et retrahebant prohibebantque Christi Jhesu plebes a crebra huiusmodi communione, sunt honorem consecuti[e]) et facti sunt proinde iudices et ultores eorum, qui ad frequentem communionem dominici sacramenti hortabantur et suadebant, et eorum laycorum, qui alias sancte viventes, prout sunt virgines et vidue, ad frequentem communionem anhelabant semper cum sancto timore et reverencia debita ad sacramentum in omnibus supposita fide recta et caritate[f]).

Quod autem hoc per Danielem sit designatum, poterit sic perswaderi: quoniam propheta, loquens in spiritu, vel per hoc significavit cessacionem iugis sacrificii Veteris Testamenti Judeorum vel Novi Testamenti christianorum, non Judeorum, ut notum est. Nam de cessacione sacrificii Judeorum ante ca.° IX. f. g. sufficienter et expresse est locutus propheta, ita dicens[2]): „Septuaginta ebdomade abreviate sunt super populum tuum et super urbem sanctam tuam, ut consumeretur prevaricacio et finem accipiat peccatum et deleatur iniquitas et adducatur iusticia sempiterna et inpleatur visio et prophecia et ungatur sanctus sanctorum." Et nota ibidem communiter omnia valde lucide exprimencia cessacionem iugis sacrificii Judeorum. Nam infra dicitur[3]): „Et post ebdomadas LXXII. occidetur Christus et non erit eius populus, qui eum negaturus est." Et paulo post[4]): „Et deficiet hostia et sacri-

---

a) tunc statim *B.* b) prelatis illis *B.* c) frequenter *corr.* cottidie *A.*
d) communioris *false A.* e) secuti *B.* f) *cf. superius p. 76 notam k).*

[1]) *de qua synodo Pragensi, a. 1388, 19. Oct. habita, nihil, proh dolor, praeter illud, quod auctor 1° loco supra allato, 2° in l. III, tr. VI, c. 62 et 3° in l. IV, art. V, c. 21 tantum per mentionem narrat, constat. Cf. etiam Palacký, Die Vorläufer des Husitenthums in Böhmen, p. 57.* [2]) *Daniel. IX. 24.*
[3]) *Daniel. IX. 26.* [4]) *Daniel. IX. 27.*

ficium, et erit in templo abhominacio desolacionis et usque ad consumacionem et finem perseverabit desolacio." Ecce, lege hanc scripturam et vide, quam clare loquatur de cessacione iugis sacrificii Judeorum, et quam differenter loquitur ab illo, quod postea prophetavit de ablacione[a]) sacrificii christianorum, secundum modum, qui infra declaratur. Nam hic loquitur expresse de occisione Jhesu Christi domini nostri, ibi, puta ca.° XI°, manifeste loquitur de crudelitate et profectu contra sanctos dei ipsius Antychristi. Hic dicit, quod deficiet hostia et sacrificium vel cessabit, sed ibi ponit, quod auferetur a simulatoribus et inpiis. Hic ponit, quod desolacio erit usque ad consumacionem et finem, scilicet sine ulla restauracione, ibi dicit, quod post ablacionem iugis sacrificii et abhominacionem desolacionis et post simulacionem inpiorum in dei testamentum populus sciens deum obtinebit, et post dicit, quod postquam corruerint[b]), sublevabuntur, puta electi, auxilio parvulo, id est quod restaurabitur[c]) [f. 17b] ecclesia Christi quoad multa, que corruerant.

Et istud multum et manifeste concordat cum scripturis aliis ewangelii et prophetarum [1]), que exprimunt adhuc in fine[d]) seculorum ecclesiam Christi Jhesu reformari, et Sodomam redire in antiquam dignitatem, Helyamque venturum et omnia restaurare, et adhuc multiplicandos[e]) in senecta uberi, et bene pacientes esse, ut anunccient, angelosque adhuc mitti a filio hominis, ut colligant de regno eius omnia scandala.

Licet igitur cessaverit Judeorum sacrificium, tamen non ipsum propheta expressit ibidem auferendum per iniquos, sed ait, quod deficiet hostia et sacrificium. Igitur christianorum iuge sacrificium, ubi supra, notanter prophetavit auferendum, quia et textus precedens et subsequens ibidem, ubi[f]) loquitur de sacrificio Judeorum Danyel, non potest Christo et ipsius sacrificio[g]) coaptari, ut patet intuenti, quoniam apostoli ex spiritu Jhesu Judeorum sacrificium synodaliter cessari indixerunt, veluti patet Act. XV.[2]).

Si itaque propheta significavit auferri christianorum iuge sacrificium in tempore Antychristi,

---

a) oblacione *false B.* b) *ita post corr. A*; corruerunt *B.* c) restaurabatur *false B.* d) ad hunc finem *B.* e) multiplicatos *B.* f) ubi — Danyel *add. A in marg.* g) ipsis *corr.* sacrificio *A in marg.*

1) *Cf. Matth. XVII. 11. Psalm. XCI. 15 et Matth. XIII. 41.* 2) *Act. XV. 1 sq.*

vel significavit ex toto ipsum auferri, vel secundum partem, non ex toto, quia ewangelium est ad hoc, quod porte inferorum non prevalebunt adversus ecclesiam Jhesu Christi [1]). Inde est illud, quod dicit Gregorius [2]): „Navicula Petri, id est ecclesia, turbari potest, concuti potest, sed submergi non potest." Illud autem videretur fieri, si sacrificium hoc iuge totaliter auferetur. Igitur iuge nostrum sacrificium solum cessavit vel auferetur ex parte secundum dictam propheciam, et non simpliciter cessabit exercendum, sed secundum quid vel tantum secundum partem. Igitur vel secundum [a]) partem maiorem et magis principalem populi christiani auferetur, quoad eius exercicium proprium, vel secundum partem minus principalem et minorem, non [b]) secundum partem minorem et minus principalem respectu tocius, quia a parte minori non fit denominacio. Nec ideo propheta, loquens in spiritu sancto, diceret aufferi iuge sacrificium in dei ecclesia, cum [c]) tempore tyrannorum et hereticorum fuit [d]). sic enim [e]) secundum partem minorem pluries ablatum. Igitur secundum partem maiorem et magis principalem populi christiani. Pars autem maior et magis principalis [f]) est communitas [g]) plebis christiane, quoniam non communitas plebis propter ministros ecclesie, sed ministri ecclesie propter plebem, et ideo denominantur ministri esse ecclesie, non ecclesia ministrorum.

Ex quibus colligitur illud, quod prius est assumptum, videlicet quia ecclesia Christi, id est maior pars Christi ecclesie, puta communitas plebis christiane, cessavit hoc nostrum iuge sacrificium ymmolare, scilicet cottidie vel frequenter manducando et bibendo corpus et sanguinem Jhesu crucifixi, propter incuriam suam propriam et forte propter negligenciam, cecitatem vel crudelitatem quorundam ministrorum seu pastorum ecclesie, qui pascunt semetipsos non parcentes gregi dominico, et propter hoc, quod nunccii patris familias post avariciam declinantes non invitant ad cenam sui domini, sed divitibus non venientibus blandiuntur, et mirantur personas causa questus, pauperes autem plebeios, claudos et debiles retrahunt, disuadent et repellunt.

---

[a]) *om. B.* [b]) non — tocius *add. A in marg.* [c]) *add. super lineam A.* [d]) fuit — ablatum *add. A in marg.* [e]) *om. B.* [f]) *add. A in marg.* [g]) *post rasuram A.*

[1]) *Cf. Matth. XVI. 18.* [2]) *Cf. S. Gregorii Magni Moral. XVII, c. XXVI, ap. Migne, PL, t. 76, p. 28 (discrepat).*

Ex qua causa bene michi dixisse videar, salva semper informacione meliori, quod hiis temporibus illa prefata Danielis prophecia de oblacione iugis, id est cottidiani sacrificii est adimpleta.

Verumptamen hii tales simulatores non proficient, nec diri-
5 getur eorum huiusmodi perswasio, quia mox subinfertur [1]): „Populus autem sciens deum suum obtinebit et faciet, quia docti in populo docebunt plurimos et ruent in gladio et flamma, et in captivitatem et in rapinam dierum. Cumque corruerint, sublevabuntur auxilio parvulo."

10 Capitulum undecimum [a]).

Ex quibus conclusum retineo, quod communicacio [b]) dei sacramenti cottidie vel frequenter nequaquam deinceps [c]) aut in finem poterit impediri in plebe christiana [d]). Et nota hic, quod non dixit propheta „cessabit",
15 sed „auferetur", per hoc limpide ostendens, quod tempore Antychristi non tantum multitudo dicta [e]) christianorum sua sponte negligenter agens non festinabit ad frequentem communionem beatifici sacrificii neque solum cessabit cottidie venire ad sacramentum, sed eciam coacta accedere renuet et alios impediet
20 veniendi frequenter, et quantum in se est, „auferet" [f]) aliis et non permittet ad cenam hanc introire.

Quod hodie est videre manifeste, cum multitudo carnalis populi increpet quosdam, licet paucos, accedentes cottidie vel frequenter ad hoc summe bonum sacramentum retrahitque eos-
25 dem, inportune murmurando, sed et sacerdotes, quod peius est, diswadent, abducunt et prohibent plebeios per precepta communia et privata. Et ita auferunt, ut [g]) paulo ante dictum est, hoc iuge sacrificium a plebe christiana quoad eius sacramentalem et realem fruicionem crebrius iteratam. Unde potest elici
30 instare iam [h]) illa tribulacio maxima et ultima, que [f. 18a] suam

---

15) Prophecia, quod communio frequens non poterit impediri *D 1.*

a) *capitulo undecimo in cod. A deficiente, divisio haec ab editore facta est, ut ordo atque numeratio capitulorum subsequentium, prout in cod. A praebentur, asservetur.* b) Sed tantum communicacio ɔc., *sic D 1. 2. continuant.*
35 c) deinceps aut in finem *add. A in marg.* d) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Est enim hoc venerabile sacramentum ɔc., *cf. infra p. 87 lin. 28.*
e) dicenda *corr.* dicta *A.* f) aufferre *B.* g) ut — dictum est *add. A in marg.*
h) iam *add. A sub linea.*

1) *Daniel. XI. 32—34.*

comparem non sortitur, iuxta determinacionem Jhesu Christi, quoniam qualis erat accessus ad cenam agni beatorum, talis est recessus vel erit ultimus populorum. Sed accesus primus ad cenam erat[a]) talis, puta quod primum sunt invitati, dehinc per nunccios vocati ac post hoc swasione claudi, ceci et debiles introducti, passim ex vicis et plateis, demum[b]) omnes fo[ris][c]) inter sepes et muros, bis inventi sunt, intrare compulsi, quatenus sic domus magna patris familias impleretur. Et hec[d]) seriatim ex ewangelio[1]) colliguntur. Sic quoque a cena predicta per oppositum seu contrarie est declinatum, puta quod primum invitati neglexerunt venire vel se alias retraxerunt, dehinc vocati ad cenam, ceperunt se per suam occupacionem et difficultatem excusare, depost vero contemptu adaucto venire prorsus renuerunt, ultimo contra nunccios se vocantes nec non adversus suos sodales ad cenam venientes indignari et murmurare presumpserunt ac eciam eosdem prohibere. Indeque summe pietati Christi Jhesu summa crudelitas ipsius ministrorum successit, summeque largitati patris familias obviavit summa tenacitas vel scarsitas dispensantis, summe sacietati summa fames, summe favorabilitati summa invidia contradicit modo et forma iam expressis. Nam hii, qui missi fuerant ad vocandum invitatos, diswadent, et qui inducere ex officio debuerant, abducunt; postremo ad compellendum destinati festinant repellere a summo bono christianis in hac vita concesso prohibereque[e]) illinc accedentes non formidant et, quod est deterius, gentem pauperum et debilium, et qui pascua huius mundi propter hanc cenam Christi relinquerunt et dimissis ollis carnium in Egipto ad desertum horridum Christum Jhesum sunt secuti, hos per indirectum cogunt pre inedia mori et murmurare, ad Egyptum quoque, id est mundum, ad ipsorum desideria remeare, quod peccatum est[f]) grande procul dubio ministrorum, eorum[g]), qui carnaliter vivunt et avariciam sequitur cor eorum. Qui figurati sunt per filios Heli, veteris sacerdotis, de quibus scriptura dicit[2]): „Porro filii Heli, filii Belial, nescientes dominum neque officium sacerdotum ad

---

[a]) erit *B.* [b]) demum — inventi sunt *add. A in marg.* [c]) fo *(lacuna) A et B.* [d]) hoc *false B.* [e]) prohibereque illinc accedentes *add. A in marg.* [f]) *add. A super lin.* [g]) eorum — a dei gratissimo sacrificio, inevitabiliter *add. A in marg.*

[1]) *Matth. XXII. 2—10, Lucae XIV. 16—23.* [2]) *I. Reg. II. 12—13.*

populum." Et tunc infra ad propositum [1]): „Erat ergo peccatum puerorum nimis grande coram domino, quia detrahebant populum a sacrificio dei." Propter quod durissima ulcio divina ipsos comprehendit, ut habetur I. Regum IIII° [2]). Ita istos, qui resolvunt populum nunc a dei gratissimo sacrificio, inevitabiliter horrenda expectat ulcio. Sed [a]) et sanctis viris et qui alias sunt in se casti et devoti, puto inminere, qui negligenter agunt circa populum et non sunt usquequaque solliciti familie Christi, sibi commisse, cibum hunc in tempore suo ministrare, neque curant eos in idipsum favèntque retrahentes abinde sanctas plebes, puta ab hoc nostro iugi sacrificio ymolando, quoniam et Moyses sanctus et Aaron aliqua ex parte propter similem incuriam et negligenciam aput populum Israel non ad terram promissionis introire a domino sunt permissi, quamvis cum instancia aput dominum illud optaverunt, pro eo videlicet, quod populum dei in deserto siti vexatum usque ad murmura contra deum inire permiserunt, minus attendentes infirmitatem populi et necessitatem. Non namque aliud peccatum Moysi et Aaron Numer. XXII. [3]) legitur, nisi quod populum domini neglexerunt et propter incredulitatem suam sanctificare, id est ostendere sanctum dominum coram filiis Israel minime curaverunt.

Capitulum duodecimum [b]).

Sequitur, ubi supra, in propheta [4]): „Et dabunt abhominacionem in desolacionem [c]) et impii in testamentum simulabunt fraudulenter."

Per hoc [d]) innuitur expresse, quod [e]) propter inherciam [f]) et carnalem vitam christianorum aversio et [g]) desolacio facte [h]) sunt devocionis a divinis sacramentis, indeque multiplicacio yppocritarum infinita. Nam quid magis proprie per abhominacionem valet hic [i]) intelligi, quam tepiditas in religione chri-

---

[a]) Sed — iugi sacrificio ymolando *add. A in marg.* [b]) *om. B.* [c]) in desolacionem *om. B.* [d]) *post ras. A.* [e]) *superpositum lineae A.* [f]) inerciam *corr.* inherciam *A*; inherciam *B.* [g]) et desolacio facta sunt *add. A in marg.* [h]) *corr. ab ed.*; facta *A et B.* [i]) *add. A super lin.*

[1]) *I. Reg. II. 17.* [2]) *I. Reg. IV. 17.* [3]) *recte Numer. XX* [4]) *Daniel. XI. 31—32.*

stiana vel refrigerium caritatis, que utique est abhominacio insuportabilis Jhesu Christo, sicud scriptum est Apok. III° [1]): „Utinam esses calidus vel frigidus. Sed quia tepidus es, incipiam te evomere de ore meo. Quia dicis: quia dives sum et locupletatus sum et nullius egeo, et nescis tu, quia miser es et miserabilis et pauper et cecus et nudus," et cetera ibidem. Et hec abhominacio est quedam composicio ex inpossibilibus[a]) componi, scilicet Christi cum Belial, lucis cum tenebris, virtutis cum vicio, calicis Christi et calicis demoniorum ad idem et[b]) secundum idem vel in eodem subiecto, puta in tepida vita christiani. Et quia ista contraria[c]) nimis, ymmo contradictoria ad invicem commisceri est prorsus inpossibile, quapropter merito huiusmodi christianus amans celum et mundum, sequens carnem suam et deum, sathagens utrumque possidere est chymera propriissime appellatus, quam compositum ex inpossibilibus componi logici descripserunt; christianus igitur huiusmodi tepidus est congruentissime ista abhominacio intellecta.

Quod autem additur „abhominacio in desolacionem", fructus aut stipendium tepiditatis exprimitur, que sunt a veritate aversio ad fabulas, transgressio divinorum mandatorum vel parvipensio et insectacio adinvencionum hominum et doctrinarum, de parvis facere magnam conscienciam et in magnis et per gravia dominum Jhesum offendendo, quod est colare culicem et camelum deglutire[2]). Et principaliter abhominacio in desolacionem existit, videlicet iustificaciones [f. 18b] reputare sibi et querere[d]) in quibusdam novis recentibusque observanciis et adinvencionibus hominum et interim non reputare vel minus curare saluberrima divina sacramenta et perinde non ad ea dignis desideriis anhelare, nec ea, prout oportet, iugiter visitare, secundum[e]) ea, que paulo ante exprimuntur.

Inpii autem hii, qui „simulant in testamentum fraudulenter", est omnis fermentata atque amara yppocritarum multitudo, qui sub nomine Christi, que sua sunt, querunt, non que Jhesu Christi, qui questum reputant pietatem, qui habent speciem quidem pietatis, factis autem Christum[f]) negant, et omnis

---

[a]) inpossibilibus *corr.* inconpossibilibus *A.* [b]) vel *B.* [c]) contraria nimis, ymmo contradictoria *add. A in marg.* [d]) *post corr. A.* [e]) secundum *A;* sed *B.* [f]) *add. A super lineam.*

[1]) *Apok. III. 15—17.* [2]) *Cf. Matth. XXIII. 24.*

avarus, superbus vel clericus delicatus. De quibus Matt. VII° dicitur [1]): „Attendite vobis a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt[a]) lupi rapaces", et cetera ibidem.

Ex hiis sunt, qui ponunt in desolacionem domini Jhesu Christi sacramenta, tum quia ipsis non sunt lucrosa, tum quia refugiunt cum plebibus laborare, ne sic vitam suam fatigent delicatam, tum quia gaudent se super plebeios elevatos equipararique sibi pauperes plebis in crebra iteracione sacramentorum dedignantur, tum quia sunt crudeles corde sine federe et sine pia ad populos affeccione. Et isti sunt, qui dudum abstulerunt a communitate plebium iuge sacrificium et adhuc auferre non desistunt, cum plebeis esurientibus et sicientibus suum cibum et potum crudeliter denegant et aliis obsistunt, qui, de pastu pauperum gaudentes, divina promovent sacramenta. Ad quos, ut iam sepe dictum est, dominus Jhesus produxit communicacionem, dicens [2]): „Ve vobis, scribe et pharisei yppocrite, qui tulistis claves regni celorum, ipsi vero non intratis nec alios non sinite intrare."

Capitulum decimum tercium[b]).

Jam ex prophetis et documentis veteris instrumenti poteris hoc idem persuaderi. Unde David, loquens et prophetans de isto sacramento in pluribus locis, vocat eum cibum pauperum; unde dicit [3]): „Edent pauperes et saturabuntur, et laudabunt dominum, qui requirunt eum: vivent corda eorum in seculum seculi." Iterum [4]): „Parasti in dulcedine tua pauperi, deus." Ubi est diligenter advertendum, quod pauperes in Veteri et in Novo Testamento plurimum sunt plebei nuncupati, et hoc pro noto derelinquo cuilibet sacrarum[c]) scrutatori scripturarum. Qui alibi et pueri et parvuli et oves gregis exprimuntur.

Qua de re colligitur, quod hoc sacramentum est cibus maxime pauperum plebis[d]), igitur illis debet in copia ac-

---

24) Edent pauperes et saturabuntur *A ad calcem folii super.*

[a]) *om. A.* [b]) *om. B.* [c]) sacramentum *false B.* [d]) plebibus *false B.*

[1]) *Matth. VII, 15.* [2]) *Cf. Matth. XXIII. 13; locum scripturae auctor libere adfert.* [3]) *Psalm. XXI. 27.* [4]) *Psalm. LXVII. 11.*

cessus ad ipsum ministrari. Nam pauperes in hoc seculo sunt divites in fide, quia vitam in hoc seculo non habent, sed huic seculo sunt mortui; igitur hic panis misericorditer donatus est eis pro mundi vita, ut habetur Joh. VI° [1]): „Hic est panis pro mundi vita", quia regnum pauperum Christi non est de hoc mundo, sicut et ipsius Christi, prout ipse, coram Pylato stans, est protestatus, dicens Joh.[a]) 18 [2]): „Regnum meum non est de hoc mundo." Igitur pauperibus conditum est regnum celorum et eis donatum copiose in hoc dulcissimo [et] omnium graciarum plenissimo dei sacramento. Et propter hoc plane dictum est [3]): „Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum." Neque videtur posse congruencius hic textus coaptari in eo, quod veritas dicit: est principaliter[b]) et non erit in futuro, asserens regnum celorum pauperum esse, nisi huic glorioso sacramento, quod vere est regnum celorum, quia est vita eterna et compendium seu viaticum ipsius. Et ipsum est nichilominus cibus pauperum, prout dictum est. Et hoc ipsum parabola domini Jhesu demonstrat, illa, que dicit [4]): „Quod invitati divites venire ad cenam noluerunt, pater familias de numero pauperum suam cenam adimplevit", et ergo alibi dicit [5]): „Facilius est camelum per foramen acus intrare quam divitem in regnum celorum." Quod et Virginis gloriose canticum ostendit, ubi dixit [6]): „Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis et divites dimisit inanes."

Notum est eciam, quod puerorum status et condicio hoc exposcit, ut per modicum et tenuiter suum cibum et potum, sed sepissime accipiendo accipiant et sugendo sugant: ita enim competit eorum parvo ventri et ori. Sic eciam est censendum de electis in hac vita, si enim adhuc minimi[c]) parvuli in comparacione eorum, qui in celesti vita, evacuatis hiis, que erant parvuli, in virum perfectum, in etatem plenitudinis Christi evaserunt [f. 19[a]]. Et idcirco adhuc electi fideles modo sugunt mel de petra, de qua dicitur [7]): „Petra autem erat Christus", oleumque de saxo durissimo [8]), qui alibi di-

---

15) Sacramentum eukaristie dicitur regnum celorum *A*.

a) Matth. *corr.* Joh. *A*. b) *ita A et B*. c) *ita A et B minus distincte*.

1) *Joann. VI. 52:* caro mea est pro mundi vita. 2) *Joann. XVIII. 36.* 3) *Matth. V. 3.* 4) *Cf. Lucae XIV. 21; locum bibliae auctor libere adfert.* 5) *Marci X. 25.* 6) *Lucae I. 52—53.* 7) *I. Cor. X. 4.* 8) *Cf. Deuter. XXXII. 13.*

citur lapis angularis [1]). Quibus electis dicitur [2]): „Nisi conversi fueritis et efficiamini prout [a]) parvulus iste, non intrabitis in regnum celorum.“ Item Petrus apostolus I[a] II[o] [3]): „Quasi modo geniti infantes, racionabiles [b]) sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis.“ Creberrime igitur plebei christiani, licet moderate, sunt sacramento nutriendi. Item pauperum proprietas est, ut cottidie elaborent vel mendicent suum panem, ut in ultimo huius libri tractatu patebit [4]). Non enim habent plenitudinem veluti divites diuturnam, prout ille dives ewangelicus, qui ampliavit hor[r]ea pluribus bonis congregatis, cui tandem dictum est: „Stulte, [h]ac nocte animam tuam repetent a te; que autem parasti, cuius erunt?“ Luce XII [c]) [5]).

Plebei igitur christiani, qui pauperes spiritu et parvuli in Christo, ut plurimum, in hac vita iudicantur, debent cottidie suum panem manducare et elaborare, et per consequens, quantum ipsis a dispensatoribus conceditur, degustare suum vivum panem, per hoc ad suam optimam plenitudinem incitati festinare, ubi est tota simul hereditas eorum et sacietas indefessa, prout psalmus innuit dicens [6]): „Saciabor, cum apparuerit gloria tua.“ In vita enim presenti dominus dicitur adhuc „pars hereditatis mee [d]) et calicis nostri“ [7]), non plenitudo: „Tu es, qui restituas [e]) hereditatem meam michi.“ Et alibi [8]): „Gustate et videte, quoniam suavis est dominus.“ Sed nec inficiari poterit, quod ipse dominus, talem petendi formam suum panem designans suis pauperibus plebeis, ait [9]): „Sic igitur orabitis: ‚Pater noster, qui es in celis‘, et deinceps: ‚Panem nostrum cottidianum da nobis hodie‘.“ Liquet igitur, quod pauperes cottidie suum panem debent mendicare et quanto sepius manducare.

Item o v i u m talis natura esse videtur, ut cottidie pascantur et cottidie ruminent suum [f]) cibum. Quid ergo haberent ruminare, si eis frequens cibus, ab ipsis requisitus, non daretur? Similiter debemus accipere de plebeis [g]) christianis, qui ad do-

---

29) Ovium Christi convenit semper ruminare cibum eukaristie *A*.

[a]) sicut *B*. [b]) *ita A et B; recte* racionabile. [c]) *suppl. manu recentiori A*. [d]) me *A*. [e]) *recte* restitues, *prout in biblia legitur*. [f]) hunc *B*. [g]) plebis *A*.

[1]) *Cf. Ephes. II. 20.* [2]) *Matth. XVIII. 3.* [3]) *I. Petri II. 2.* [4]) *Cf. l. V, dist. I, c. 3.* [5]) *Lucae XII. 20.* [6]) *Psalm. XVI. 15.* [7]) *Psalm. XV. 5.* [8]) *Psalm. XXXIII. 9.* [9]) *Matth. VI. 9. 11.*

minum Jhesum prolocuntur, taliter inquientes[1]): „Ploremus coram domino, qui fecit nos, quia ipse est dominus deus noster, nos autem populus eius et oves pascue eius.“ Pascua itaque[a]) domini Jhesu Christi et ipsius ovium est hoc mirabile sacramentum, de quo scriptum est[2]): „Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus.“ Et hec ipsa pascua dicta sunt a prophetis uberrima seu plenissima, et dominus, exuberantissimam execucionem eorum in conspectu filiorum hominum perficiens, dicit Jo. X°[b]) [3]): „Ego veni, ut vitam habeant et habundancius habeant.“ Et ibidem X°[4]): „Per me si quis introierit, salvabitur et ingredietur et egredietur et pascua inveniet.“ Habundanter igitur, licet non in quantitate visibilium specierum, tamen in creberrima comescione hoc sacramentum est christianis populis ministrandum ubique statutis ecclesie observatis.

Insuper hoc, quod in ovibus est, videlicet cibum ruminare, hoc in christiano populo est verbum dei mente revolvere et passionis Jhesu ac Salvatoris incessanter beneficia memorari, in hiis omnibus gratum seipsum et mundum, alias dignam deo hostiam exhibendo. Horum autem christianorum pro exercicio donatus est iste cibus, ut quemadmodum sui[c]) cibi corporalis necessarii et delectabilis frequenter memoratur. Et licet ceterorum omnium hominem contingat ad tempus non modicum minime recordari, cibi tamen et potus ipsius natura sinit[d]), nullo modo diutine oblivisci, sed sua necessitate ac dulcedine ipsum urget[e]) cibum iterum atque iterum in memoriam revenire (inde prodierunt illa verba Judeorum in heremo inquiencium[5]): „In mentem nobis veniunt porri et allei“, etc.)—: Pari forma considera wlgi habitudinem ad hoc venerabile sacramentum. Est[f]) etenim traditum populo christiano maxime ob id, ut inde vitam eternam assumens, domini dei sui continue memoretur, defectusque continuus in se vite celestis dulcedoque spiritus, ex cibo celesti profluens, non permittat eum domini Jhesu oblivisci. Et hoc est, quod dicit dominus[6]): „Nisi manducaveritis carnem filii

---

29—32) Quare hoc venerabile sacramentum est institutum *D 1. 2. rubr.* Sacramentum divinum datum fidelibus, ne obliviscantur domini sui *D 1.*

[a]) igitur *B.* [b]) Joh. X° *manu rec. suppl. A; om. B.* [c]) isti *B.* [d]) sunt *B.* [e]) urgeret *B.* [f]) Est enim hoc venerabile sacramentum traditum oc., *contin. D 1. 2., cf. superius p. 80 lin. 14.*

[1]) *Psalm. XCIV. 6—7.* [2]) *Joann. VI. 56.* [3]) *Joann. X. 10.* [4]) *Joann. X. 9.* [5]) *Num. XXI. 5, ubi* allia *recte legitur.* [6]) *Joann. VI. 54.*

hominis et[a]) biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis." Et infra, prebens seipsum suis ad pascendum, inquit[1]): „Quocienscumque hoc feceritis, in mei memoriam facietis." Et apostolus[2]): „Quocienscumque manducabitis hunc panem et calicem bibetis, mortem domini[b]) anuncciabitis, donec veniat."

Subiectum igitur memorie Christi et ruminacionis verbi dei est hoc dulcissimum sacramentum, sicut scriptum est in psalmo[3]): „Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus; escam dedit timentibus se." Quapropter nequaquam poterit aut lente et difficulter poterit Christi Jhesu et eius passionum salubrium memorari aut verbum vite habundanter in se continere et continue[c]) ruminare, nisi[d]) cottidie [f. 19[b]] vel sepe et digne cibetur hoc mellifluo et mirabili sacramento. Ideo[e]) pridem bene assumptum est de psalmo: „Edent pauperes et saturabuntur", etc. Edent, inquam, ex hoc ligno vite, quod continet omne verbum, quod procedit de ore dei, vitam dans et robur huic mundo.

Capitulum decimum quartum[f]).

Ad idem quoque facit, quod idem psalmus loquitur, dicens[4]): „Parasti in conspectu meo mensam adversus[g]) eos, qui tribulant me." Vide, quam palam infertur continuacio comescionis[h]) huius sacramenti in populo christiano in tali modo taliter subsumendo. Sed inimici continue tribulant quemlibet de populo christiano, sicud scriptum est[5]): „Inimici autem mei vivent et confirmati sunt super me, et[i]) multiplicati sunt, qui oderunt me inique[k])." Ergo hec mensa debet esse continue preparata in sustentamentum eorum, qui continue ac semper tribulantur

---

20) Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me *A ad calcem fol. super.*

26) Contra tribulaciones sacramentum venerabile est datum fidelibus *D 1.*

[a]) et biberitis — timentibus se *om. D 1. 2.* [b]) *om. A.* [c]) quottidie *D 1;* continueque *D 2.* [d]) qui non *D 1. 2.* [e]) Ideo — dicens *(in cap. XIV) om. D 1. 2.* [f]) *A rubr.; om. B.* [g]) adversus — subsumendo *om. D 1.* [h]) *om. B.* [i]) et — inique *om. D 1. 2.* [k]) gratis *corr.* inique *A.*

[1]) *Cf. I. Cor. XI. 25; locum hunc auctor libere adfert.* [2]) *I. Cor. XI. 26.* [3]) *Psalm. CX. 4.* [4]) *Psalm. XXII. 5.* [5]) *Psalm. XXXVII. 20.*

ac wlnerantur, prout innuit Augustinus in quodam sermone, qui incipit[1]): „Circulo consecrato anno revoluto debitum sermonem vobis electis ad fidem decrevimus: ‚Parasti[a])[2]), inquit, in conspectu meo mensam.' Ista mensa agnoscitur altaris domini consecracio." Et paulo post: „Nam inde, quod dicitur Sapiencie[3]): ‚Sapiencia edificavit sibi domum, excidit columnas septem. Paravit[b]) mensam suam, misit servos suos, convocans omnes et dicens: Venite et edite de meis panibus et bibite vinum, quod miscui vobis.' Et quia istam mensam preparavit servis et ancillis in conspectu eorum, ut cottidie in similitudinem corporis et sanguinis Christi panem et vinum secundum ordinem Melchisedech ostenderet, ostendendo nos cibaret in sacramento: ideo dicit: ‚Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant [me].' Qui sunt isti, qui tribulant nos? Suggesciones inimice et agitaciones, cupiditates, delectaciones, seculi honores, isti tribulant, quia huiusmodi, qui ita vivunt, tribulaciones carnis habent. Sed veniunt ad mensam potentis, considerantes ea, que apponuntur eis accipere, cum timore et tremore, et tribulaciones efficiuntur consolaciones. Auferuntur[c]) ea, que sunt carnis, et infunduntur ea, que sunt spiritus, et ex mensa preparata perficiunt[d]) contra eos, qui tribulant eos." Hec Augustinus[e]).

Ecce, quam plane Augustinus exponit scripturas ac deducit ad presentis operis intencionem. Hoc idem, puta cottidianam vel crebram manducacionem Christi Jhesu corporis et sanguinis a parvulis, id est a simplicibus plebeis christianis, quam ordinate et quam sensate Salomon adhuc prosequitur, dicens Prov. IX[4]): „Misit, inquit, ancillas suas, ut vocarent ad arcem et ad menia civitatis." Sequitur multum ad propositum[5]): „Si quis parvulus est, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: ‚Venite, comedite panem meum et bibite vinum, quod miscui vobis'." Exposicionem istius protensam vide, si libet, in ultimo tractatu ad presentis operis intencionem[6]).

---

[a]) Parasti — qui tribulant me *om. D 1. 2.* [b]) *post ras. A.* [c]) auferrentur *B.* [d]) proficiunt *D 1;* proficiuntur *D 2.* [e]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Dominus faciens ɔc., *v. infra p. 94 lin. 17.*

[1]) *hunc sermonem in operibus S. Augustini reperire non potuimus.* [2]) *Psalm. XXII. 5.* [3]) *Proverb. IX. 1—5; auctor libere citat.* [4]) *Proverb. IX. 3.* [5]) *Proverb. IX. 4—5.* [6]) *Cf. l. V, dist. VII, c. 13.*

Ad idem facit, quod loquitur Sapiencia Eccles. XXIIII., dicens [1]): „Edent me et adhuc esurient, bibent et adhuc sicient." Quis autem, obsecro, nisi contenciose [a]) agens, diceret aliud, quam [quod] scilicet ista iterata reduplicacio et duplicata iteracio huius litere manifeste vetat continuitatem ac frequenciam esus et bibicionis nostri sacramenti. Neque enim congruencius valet adaptari, quod puta verbum dei et divina sapiencia nullibi donet seipsam edendam et bibendam alias tam liberaliter et proprie, sicut in isto admirando sacramento, in quo ipse deus, verbum caro factum, dicit [2]): „Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus." Et alibi [3]): „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo." Nam pro eo et ad istum intellectum fortasse sapiens non in preterito nec in presenti, sed in futuro indicativi modi est locutus, dicens: „Edent me", et iterum: „Bibent me", etc., eo quod, licet verbum dei et sapiencia erat et tunc cum hominibus ab inicio, (sicut scriptum est Proverb. VIII° [4]): „Delicie mee esse cum filiis hominum", et Sapiencie 7° [b]) [5]): „In animas sanctas se transfert;") sicque eadem sapiencia sui contubernii homines semper participes esse faciebat: verumptamen non in tali plenitudine neque in tantum tunc vel ante neque insuper tam proprie, ut bene conpeteret illis [c]) verbis pridem assumptis, ubi dictum est [6]): „Edent me et adhuc esurient, bibent et adhuc sicient", etc. Sed in tempore gracie et plenitudinis Jhesu crucifixi, quando divina sapiencia est incarnata et verbum caro factum est et ha[bitat] in nobis, iam iamque per cottidianam vel alias crebram a communi populo sacramenti nostri sumpcionem habundanter bibitur passimque ab hominibus manducatur, — cum iam eadem divina sapiencia, que quondam dixit in futuro et per suos mediate: „Edent me", etc., jam in presenti aperiens os suum, loquitur, dicens [7]): „Accipite hoc et comedite;" et iterum [8]): „Bibite ex hoc omnes, hec quocienscumque feceritis, in meam commemoracionem facietis."

---

[a]) contencione *B.* [b]) *manu recent. suppl. A; om. B.* [c]) *ita A;* vel *B.*

[1]) *Cf. Eccles. XXIV. 29.* [2]) *Joann. VI. 56.* [3]) *Joann. VI. 57.* [4]) *Proverb. VIII. 31.* [5]) *Sap. VII. 27.* [6]) *Cf. Eccles. XXIV. 29.* [7]) *Matt. XXVI. 26.* [8]) *Cf. I. Cor. XI. 24—25; textus Vulgatae discrepat.*

[f. 20a] Similiter hoc idem poterit perswaderi per alium prophetam Ysaie XXX. d., ubi dicitur[1]): „Miserans miserebitur tui.“ Et subditur[2]): „Et dabit tibi dominus panem artum et aquam brevem et non faciet ultra a te avolare doctorem tuum“, etc. Hic siquidem si fideliter istius prophete verba bene et sagaciter ponderabis et velis tu, qui spiritualis es, spiritualiter et prudenter investigare, sane reperies nichil aliud conveniencius per ea posse intelligi prophetatum, quam istam cottidianam vel crebram christianorum dominici sacramenti communionem, que et in moderata seu parwa quantitate specierum panis et vini modeste plebibus ministratur, secundum quod iam est in dei ecclesia usitatum; nec invenies, puto, facile causam tam congruam et propriam, quare artus panis et aqua brevis per prophetam dicuntur, nisi quia, ut dictum est, crebra et in modica quantitate sumpcio sacramenti in dei ecclesia exercetur. Sed hec loquens dominus per prophetam, manifestat, quod non solum sacerdotes, sed totam plebem denotat, ut apparet ex textu loculenter[a]). Igitur et plebi[b]) prophetice prescripsit hoc nostrum sacramentum cottidie vel frequenter manducandum.

Et 1ogo, si non piget, diligenter ausculta hic ministerium tu, qui es devotus Jhesu Christi, quam evidenter propheta explicat multitudinem graciarum ac miseracionum domini conditam in nostro dulcissimo sacramento, cum premittit, dicens[3]): „Miserans miserebitur tui.“ Et mox addit proximitatem atque presenciam omnis plenitudinis divinitatis corporaliter in hoc sacramento, dicens[4]): „Ad vocem clamoris tui statim ut audierit, respondebit tibi.“ Deinde exprimit indilate modum miserendi et presencie vel proximitatis divine plenitudinis, dicens[5]): „Et dabit tibi dominus panem artum et aquam brevem“, quod enucliacius alius eximius propheta protulit, dicens[6]): „Memoriam fecit[c]) mirabilium suorum misericors et miserator dominus; escam dedit timentibus se.“ Et vide, queso, conbinacionem gratissimam verborum prophete tunc a seculis absconditam, minime vero in rediviva ac florida nostra etate ecclesie pene omnibus

3) Ysaie 30: „Dabit tibi dominus panem artum et aquam brevem,“ *A ad calc. fol. super.*

22) Multitudo graciarum in eukaristia *A.*

a) *ita A;* luculenter *recte B.* b) plebis *false A.* c) facit *B.*

1) *Isaiae XXX. 19.* 2) *Isaiae XXX. 20.* 3) *Isaiae XXX. 19.* 3) *Isaiae XXX. 19.* 5) *Isaiae XXX. 20.* 6) *Psalm. CX. 4—5.*

manifestam, pro qua etate dicimus [1]): „Et introibo [a]) ad altare dei, ad eum [b]), qui renovat iuventutem meam."

Contemplare igitur, quod, postquam propheta dixit: „Et dabit tibi dominus panem artum et aquam brevem", illico annectit, dicens [2]): „Et non faciet a te avolare ultra doctorem tuum, et erunt oculi tui videntes preceptorem tuum, et aures tue audient verbum post tergum monentis. Hec via, ambulate in ea." Hec itaque propheta cum contexit, quid aut quomodo planius potuit exprimere, quam hoc nostrum celeberrimum sacramentum, quod et in quo est nobis omne bonum monstratum et donatum juxta scripturam, que dicit ad Moysen Exod. 33° [3]): „Ego ostendam tibi omne bonum et miserebor, cui [c]) miserebor, et clemens ero, in quem michi placuerit." Sic namque donat se nobis deus omnia in omnibus, quatenus inde et tali forma in deum vegetati, ad illud feliciter veniamus, puta cum deus erit omnia in omnibus, secundum quod apostoli sentencia diffinit [d]). Qui modus est, scilicet hominem in deum et de carne in spiritum, de vetere homine in nowum, de corrupcione in incorrupcionem, de vita presenti in vitam eternam transferendi, sicud scriptum est [4]): „De claritate in claritatem transformamur et tamquam [e]) a domini spiritu", est quam proprie per ministerium manne figuratus, quod [f]) in ore uniuscuiusque multifarie, vel prout quisque erat dispositus aut veluti optabat, hoimnibus sapiebat, habens omnem saporem et omne delectamentum suavitatis. Iste quoque modus optime fruicioni cibi et potus concordat, prout habes infra tractatu ultimo distinccione [g]) [VII[a]], c°. [12° sq.] per multa declaratum.

Ex quibus colligitur, quod deus noster et dominus Jhesus Christus, in quo sunt omnes thezauri sapiencie et sciencie dei absconditi, donat se nobis in hoc mirabili sacramento omnia in omnibus, quatenus perinde perfecte et omni plenitudine saciati, in [h]) ipso solo et unico nostro bono quietemur [i]), nichil

---

30) Ex natura corporis Christi in sacramento . . . perinde . . . *A.*

[a]) adintroibo *corr. A.* Et introibo *B.* [b]) ad deum *B.* [c]) tui *corr. A* cui; tui *B;* cui voluero *biblia.* [d]) *ita A;* diffinivit *B.* [e]) *post corr. A in marg.* [f]) quid *corr.* quod *A;* quod *B.* [g]) *lacuna sequitur in A et B.* [h]) et in *B.* [i]) *post corr. A;* quietemus *B.*

[1]) *Psalm. XLII. 4.* [2]) *Isaiae XXX. 20—21.* [3]) *Exodi XXXIII. 19.* [4]) *II. Cor. III. 18.*

amplius extrinsecus vel alibi requirendo, sicut scriptum est in psalmo[a] [1]): „Quid enim michi est in celo, et a te quid volui super terram. Deficit caro mea et cor meum: deus cordis mei[b]) et pars mea deus in eternum." Et Johannis X° [2]): „Martha, Martha, inquit, sollicita es et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium."

Est igitur nobis dominus Jhesus in hoc sacramento panis artus et aqua brevis secundum Ysaiam, quoniam inibi nobis est solum dominus pars hereditatis nostre et calicis nostri secundum psalmistam, ut siccine nunc pregustemus [f. 20b], quoniam suavis est dominus. Est insuper inibi nobis doctor, qui ultra non avolat a nobis, quoniam ibi, id est in hoc sacrificio, est sapiencia incarnata, que suam sedem in anima iusti quietavit, sicut optatum est a Sapiente 9[c]) [3]): „Mitte, inquit, michi[d]) sapienciam de sede magnitudinis tue, ut mecum sit et mecum laboret, ut sciam, quid acceptum sit[e]) coram te omni tempore." Et inde est, quod a domino Jhesu, qui est dei virtus et dei hec sapiencia, dictum est [4]): „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem", et ad propositum [5]): „in me manet et ego in eo." Est quoque preceptor nobis pius[f]) Jhesus in isto nostro cottidiano sacramento, quem oculis nostris secundum prophetam vidimus et auribus nostris audivimus, quoniam inibi est nobis verbum caro factum, de quo scriptum est Jo. primo in canonica[g]) [6]): „Quod vidimus, quod audivimus et[h]) manus nostre contractaverunt[i]) de verbo vite, quod anuncciamus vobis." Et ipsum est, quod nos incessanter monet post tergum, dicens [7]): „Hec via, ambulate in ea." Nam hoc plenum gloria dei sacramentum est nobis memoriale[k]) continuum et sempiternum omnium dei mirabilium et divinorum preceptorum, sicut

---

9) In eukaristia est dominus ut { pars hereditatis nostre et calicis nostri / doctor, quia ultra non avolat / sapiencia incarnata / preceptor pius, etc. *A ad calcem fol. super.*

a) *posterius suppl. A.* b) mea *B.* c) *posterius suppl. A; om. B.* d) *om. B.* e) coram te sit *B.* f) *om. B.* g) in canonica *add. A in marg.;* Jo. *(lacuna) B.* h) quod *B.* i) contrectaverunt *B.* k) memoriam *B.*

1) *Psalm. LXXII. 25—26.* 2) *recte Lucae X. 41--42.* 3) *Sapient. IX. 10.* 4) *Joann. VI. 57.* 5) *Joann. VI. 57.* 6) *I. Joann. I. 1—2; Vulg. discrepat.* 7) *Isaiae XXX. 21.*

scriptum est [1]): „Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors et miserator dominus: Escam dedit timentibus se." Et iterum [2]): „Confitemini memorie sanctificacionis eius." Et ipse solusmet [3]): „Hec quocienscumque feceritis, in mei memoriam facietis."

Quis igitur, nisi forte vesanus et excors vel asecla Antichristi, hoc tale et tantum bonum hominibus, tam grate, tam superhabundanter tamque communiter omnibus et indeficienter a deo, patre misericordiarum et tocius consolacionis, hominibus ministratum, audebit diswadere, coartare vel ullo modo impedire? Quod si quispiam, prout hodie multos est videre, ponunt tenacitatem irracionabilem seu quandam scharsitatem [a]) huius cibi et potus domini in plebeis christianis, sciant indubitanter a spiritu Jhesu se ad id non deduci, sed forte a spiritu Antichristi, de quo supra diffusius est pertractatum [4]). Sciant nichilominus, quod nequaquam proficient amplius, sed velint nolintve, ipsimet ad cenam magnam domini Jhesu crucifixi properare, dominus [b]) utique faciens, faciet, quod disponit, et prosperabitur in cunctis, que cogitavit [c]), et divitibus et prudentibus huius seculi manentibus vanis et circa suas inanes sarcinulas [d]) occupatis. Idem Jhesus mellifluus, pater orphanorum et iudex viduarum, ex pauperibus, debilibus, infirmis, cecis et claudis inplebit [e]) domum suam et suam hospitalitatem inenarrabiliter munificam, veluti regem et dominum virtutum condecet, amplians exercebit, et exercendo ampliabit [f]). Et, ni fallor, illud est iam, quod idem propheta Ysaias capitulo penultimo est locutus, dicens [5]): „Propter hoc hec dicit dominus deus: Ecce, servi mei comedent et vos esurietis. Ecce, servi mei bibent, et vos sicietis. Ecce, servi mei letabuntur [g]), et vos confundemini. Ecce, servi mei laudabunt pre exultacione cordis, et vos clamabitis pre dolore cordis et pre contricione spiritus [h]) ullulabitis."

---

18) Prophecia, quod communio prosperabitur in pauperibus, non in divitibus *D 1.*

[a]) *ita A;* starsitatem *B.* [b]) Dominus faciens oc.. *contin. D 1. 2., cf. superius p. 89 lin. 22.* [c]) cogitat *D 2.* [d]) starcinulas *A.* [e]) inplebunt *D 1.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Nam crebra a plebeis sacramenti comescio oc., *v. infra p. 100 lin. 5.* [g]) locabuntur *(sic) B.* [h]) cordis *B.*

[1]) *Psalm. CX. 4—5.* [2]) *Psalm. XCVI. 12.* [3]) *Cf. I. Cor. XI. 25.* [4]) *v. supra p. 53 et 80—82.* [5]) *Isaiae LXV. 13—14.*

Quid hinc rogo gracius poteris intelligere, nisi copiosam[a]) habundanciam huius nostri suavissimi sacramenti cum magna multitudine graciarum in populo fideli christiano, sicut scriptum est[1]): „In voce exultacionis et confessionis sonus epulantis", refrigerium quoque caritatis et superhabundanciam iniquitatis multorum christianorum, qui replentur indigna amaritudine et furore, et inde spiritu avaricie, superbie ac invidie agitati, non cessant devotos Jhesu crucifixi persequi, contempnere et irridere, murmurareque tota die eo, quod ipsi sunt expertes, sicut scriptum est[2]): „Sicut canes circuibunt civitatem, si vero non fuerint[b]) saturati, murmurabunt" contra sanctos plebeios cottidie aut sepe sacramentum dominici corporis et sanguinis frequentantes et sedule exquirentes[c]). Ad idem est Zacharie IX. g., ubi dicitur[3]) „Quid bonum aut pulchrum eius, nisi vinum electorum et triticum germinans?" Quid, obsecro, communius in cibis quam panis, quid in potibus usitacius, quam vinum, prout superius[4]) est expressum? Quare igitur dominus in hiis speciebus sacramentum istud construere voluerit, ipsum per hoc, quicumque vellent et quocienscumque omnibus passim, pauperibus et divitibus, ministrandum et perfruendum, demonstravit.

Capitulum decimum quintum[d]).

Quomodo se possunt tueri adversarii[e]).

Jam restat inquirere, quibus se possent auctoritatibus et scripturis tueri hii, qui sunt ex parte adversa, qui plebeis defendunt et diswadent cottidianam vel crebram sacramenti sumpcionem, vel cui scripture canonice conformati possint veraces esse aprobari. Et cum diligenter fuerit — scilicet vetus [f. 21a] scriptura — revoluta, invenire vel unum non poterit, quo firmare valerent suam extraneam assercionem, nisi forte velint proponere de agno paschali, quem solum semel in

23) Nota totum. — Quibus inimici impugnare tentant communionis frequentacionem et communionem wlgi *A*.

[a]) copiam *(sic) B.* [b]) fuerunt *B.* [c]) requirentes *corr.* exquirentes *A.* [d]) *A rubr.; om. B.* [e]) *ita A rubr.; om. B.*

[1]) *Psalm. XLI. 5.* [2]) *Psalm. LVIII. 15—16.* [3]) *Zachar. IX. 17; auctor locum libere adfert.* [4]) *Cf. l. I, tr. II, reg. I, c. 3, p. 56.*

anno licebat communitati iudaice manducare. Sed hoc in nullo potest eorum sensum supportare, cum illa oblacio agni paschalis et ingressio summi sacerdotis semel in anno ad sancta sanctorum singulariter et de plano significet domini Jhesu passionem, prout beatus Paulus ad Hebr. testatur, dicens capitulo IX[1]): „Introivit semel in sancta eterna redempcione inventa." Et beatus Thomas hoc exponit similiter de passione Jhesu Christi[2]), necnon et alii omnes doctores, que semel est tantum facta, prout dicit apostolus ad Rom. ca. VI°[3]): „Christus semel est mortuus pro peccatis nostris." Sed omni luce est clarius, quod in domini Jhesu ecclesia hoc non tenetur de sacramento, quod Judei tenuerunt de agno suo paschali, videlicet quod tantum semel in anno hoc sacrificium ymmolarent, cum cottidie per totam ecclesiam ymmoletur. Insuper et de pane proposicionis, quem non licebat edere nisi solis sacerdotibus, et alia plurima similia, que conquiri possunt antiquis ex scripturis, omnia inquam hec nequaquam talium false swasioni valent suffragari, cum a principio usque ad finem in Christi ecclesia communionem huius sacrificii a plebeis et sacerdotibus frequenter exerceri conspiciamus. Sed et quilibet christianus iam est Christus, id est[a]) unctus et sacerdos suo modo, sicut scriptum est[4]): „Vos estis genus electum, regale sacerdocium." Et Apok.[5]): „Fecisti nos regnum et sacerdotes." Et Ysaie LXI.[6]): „Vos autem filii sacerdotes vocabimini; ministri dei nostri, dicetur vobis: fortitudinem gencium comedetis." Idem Augustinus[7]): „Omnis sanctus presbiter, sed non omnis presbiter sanctus." Cuius signum est manifestum, quoniam cuilibet est licitum edere de talibus sacrificiis, videlicet de isto sacramento, cuius figuram, scilicet sacrificia Judeorum tantum sacerdotibus licebat in lege Moysi manducare.

---

25) Omnis sanctus presbyter *A*.

[a]) et *corr.* id est *A super lin.*

[1]) *Hebr. IX. 12.* [2]) *S. Thomae Aquinatis Summa theol., 2, q. 102, 4 ad 10 et 5 ad 2, ed. Parm., t. 2, p. 389 et 390.* [3]) *Roman. VI. 10:* Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo. [4]) *I. Petri II. 9.* [5]) *Apoc. V. 10.* [6]) *Isaiae LXI. 6; ubi loco* filii sacerdotes: sacerdotes domini *legitur.* [7]) *Cf. S. Augustini Quaest. in Heptat., l. I, quaest. 70, ap. Migne, PL, t. 34, p. 566:* Proinde omnis senex etiam presbyter, non omnis presbyter etiam senex.

Capitulum primum secunde regule huius secundi tractatus[a]).

Sequitur regula secunda expressa Veteris Testamenti ad probacionem spirituum introducta et est ista: Si ea, que docent et prophetant doctores et predicatores, vel alias homines de facto incipiunt exercere, cedunt ad profectum fidei Christi et caritatis et magis ac magis invalescunt, et tunc magis confortantur, quando ab adversitate agitantur.

Hec regula primum si ad illos applicetur, qui plebi dei diswadent sacramentum Christi cottidie aut frequenter manducare, lucide tunc apparebit eosdem ab hac veritate obliquari et[b]) non agi in idipsum a spiritu veritatis. Primum, quia hii tales inducunt in plebem Jhesu crucifixi famem, non famem panis et vini materialis, sed famem panis vivifici, scilicet verbi caro facti, quod hominibus est donatum habundanter in isto sacramento, prout scriptum est Colosen. 3°[c]) [1]): „Verbum Christi habundanter habitet in vobis." Abstracto autem hoc pane a populo Christi, aufertur firmamentum et omne incrementum fidei, spei et caritatis, et conteritur baculus subsistencie omnium fidelium infirmorum et omnium virtutum in interiore homine fulcimentum, quoniam de hoc pane scriptum est [2]): „Panis cor hominis confirmat" et [3]): „Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum." Ex cuius siquidem sensu scriptum est [4]): „Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis." Et psalmus [5]): „Edent pauperes et saturabuntur, et laudabunt dominum, qui requirunt eum: vivent corda eorum." Posita causa apponitur notanter et effectus illius[d]) esus pauperum, quia sequitur[6]): „Vivent corda eorum in secula seculi." Enimvero que est vita interioris hominis secundum deum creati, de qua propheta hic loquitur, nisi fides Jhesu crucifixi, que per dileccionem operatur, resultans in spem vivam, sicut scriptum est Hebr. X°[e]) [7]):

---

3) 2[a] regula *A rubr.*

18) Quantum malum venit per abstraccionem eukaristie a fidelibus *A.*

[a]) *ita A rubr.; om. B.* [b]) *om. B.* [c]) *add. A posterius; om. B.* [d]) eius *corr.* illius *A.* [e]) *numerus posterius suppl. A; om. B.*

[1]) *Coloss. III. 16.* [2]) *Psalm. CIII. 15.* [3]) *Psalm. XXXII. 6.* [4]) *Joann. VI. 54.* [5]) *Psalm. XXI. 27.* [6]) *Psalm. XXI. 27.* [7]) *Hebr. X. 38.*

„Justus autem meus ex fide vivit." Quam ob rem fides, spes et caritas per continuacionem comescionis huius sacramenti nutriuntur, augentur et roborantur in plebe christiana. Igitur omnis distrahens et abducens plebeios ab hoc pane vergit in detrimentum fidei, spei et caritatis populi christiani, et per consequens spiritu sancto non agitur, quia scriptum est 2ª Cor. 10[a]) [1]): „In edificacionem posuit nos spiritus sanctus et non in destruccionem."

Potest insuper cognicio huiuscemodi pseudoprophetarum comprobari[b]) hac secunda regula siccine contemplata. Nam veluti tenor canit regule, quod sicut opus a deo inspiratum semper habet ad ulteriora progressum nec valet ab homine inpediri: ita illud, quod est a spiritu mendacii prophetarum inmissum, factum aut prophetatum, effectum suum, quem promittit, non sortitur[c]), et demum prophete stulticia erit omnibus manifesta. Quod valde impeditores iniustos dei sacramentorum a plebeis respicit, in quibus per experienciam inpleri visum est, cum pluries murmurare et facto nec non multo ad modum conatu restiterunt[d]), ne scilicet plebei corpus et sanguinem Jhesu Christi [f. 21[b]] cottidie et sepe frequentarent[e]), ita, ut in parietibus ecclesiarum suas scriberent inepcias et in ambonibus suos conclamare rictus plerumque studuerunt, quinymmo et in sacro domini apostolici pallacio non sine magnis sumptibus curaverunt proponere cum querela, prout tempore Milicii, venerabilis sacerdotis, actum erat [2]). Sed plane[f]) omnes evanuerunt in suis cogitacionibus, et obscuratum[g]) est insipiens cor eorum[3]). Et quia telam ordierunt non ex spiritu domini [4]) nec ex scriptura veritatis, ideo cito a lumine refracti, suis in tenebris modo palpitant et delitescunt, verbum autem caro factum verbumque domini crescit et multiplicatur. Act. XII. g. [5]).

Consulcius igitur hii tales agerent, si ad consilium Judeorum intrarent in hoc facto et ibi audirent consilium vene-

---

1) Effectus communionis eucaristie *A*.

22) .. tus tus tru (?) i. e. (?) ferarum apercio *A*.

24) Milicius *A eadem manu, qua eciam codex scriptus est.*

[a]) *posterius suppl. A; om. B.* [b]) *post corr. A.* [c]) fortiter *B.* [d]) restituerunt *A.* [e]) frequentaretur *B.* [f]) planum *B.* [g]) obstruatum *A.*

[1]) *II. Cor. X. 8.* [2]) *Cf. Palacký, Die Vorläufer des Husitenthums in Böhmen, p. 26.* [3]) *Rom. I. 21.* [4]) *Cf. Isaiae XXX. 1.* [5]) *Act. XII. 24.*

rabilis Gamalielis, legis doctoris, superius [1]) allegatum, ubi dicitur [2]): „Viri Israelite, attendite vobis super hominibus istis", subaudis plebeis, quibus petentibus prohibetis et diswadetis corpus et sanguinem cottidie vel sepe bibere et manducare. Sequitur: „Quid acturi sitis ante hos dies", etc. Et paulo post: „Et nunc itaque dico vobis: Discedite ab hominibus istis et sinite illos, quoniam, si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissolvetur. Si vero ex deo est, non poteritis id dissolvere, ne forte deo videamini repugnare. Consenserunt illi Judei." Act. V. f. [3]).

Capitulum secundum[a]).

Hiis sic positis non est necesse hanc regulam parti adverse coequare, cum ex illis, que modo sunt dicta, reluceat, quod, quia assercioni primo loco inducte est difformis, sequitur necessario eam parti contradictorie conformari, juxta maximam, que dicit: Oppositorum est eadem disciplina. Et sicut oppositum in opposito, sic propositum in proposito. Tamen adhuc ex superhabundanti est manifestum, quod predicatores et sacerdotes, qui inducunt populum ad crebram sacramenti sumpcionem[b]), a caritate non ficta moventur in idipsum, tum quia congaudent suorum fratrum stabilimento et conversioni, angelis dei in celo in eo ipso coequales, qui dixerunt [4]): „Pascha nostrum ymmolatus est Christus, itaque epulemur", ymmo ipsi tales sponso et sponse simillimi, de quibus Apok. ultimo [5]): „Sponsus et sponsa dicunt: Veni, et qui audit, dicat: Veni, et qui sitit, veniat et bibat", — tum quia labores gaudenter sufferunt cum dei plebe, qui utique ex eo, quod prompte sacrificium plebibus ministrant, non mediocriter cumulantur et crescunt, similes in hoc Christo Jhesu, qui surrexit a cena et suis discipulis ministravit, et apostolo, qui dicit de seipso [6]): „Cum liber essem de omnibus, omnium me servum feci." Que omnia sunt

---

18) Sacerdotum cum populo in eukaristie ministerio [lab]orancium laus et utilitas *A*.

[a]) *ita A rubr.; om. B.* [b]) communionem *B.*

[1]) *v. l. I, tr. I, c. 4, p. 32.* [2]) *Act. V. 35.* [3]) *Act. V. 38—39.*
[4]) *I. Cor. V. 7—8.* [5]) *Apoc. XXII. 17; Apoc. XXII. 17.* [6]) *I. Cor. IX. 19.*

manifesta indicia caritatis, sicut scriptum est[1]): „Caritas paciens est, benigna est, non emulatur." Et sequitur[2]): „Omnia sustinet, omnia suffert."

Apparet hoc idem ex secundo, quia consilium eorum continue surgens ad sua incrementa in populo dilatatur. Nam[a]) crebra a plebeis sacramenti comescio magis ac magis invalescit[b]). Sed et necesse est eam ampliari, si fervor et devocio spiritus in plebe christiana amplientur[c]), quoniam sine omni dubio frequens et continuus appetitus et requisicio comescionis Christi corporis committatur. Illa namque causa et nulla alia eius prefuit, quod videlicet in primitiva[d]) dei ecclesia populus cottidie hoc sacramentum iterabat, prout[e]) satis probabitur in V° tractatu huius libri[3]).

Sed iam notorie videtur, quod spiritus devocionis et fervor caritatis ad Christum crucifixum in plebeis[f]) revirescit et resurgit verbo predicatorum et spiritu Jhesu in eis operante. Igitur eciam crebram communionem in populo iterum necesse est suscitari, sicud scribitur M^t. XXIIII[g])[4]): „Ubicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquile." Et[h]) tunc Sodoma redibit in antiquam dignitatem, omegaque revolabit ad alfa et Helias veniet et restaurabit omnia. Et tunc omnis Israhel salvus fiet[i]).

Illi eciam ortodoxi homines, qui [sunt] servitores plebis Christi et cottidiane communionis sacramenti, quia sunt et fuerunt in petra veritatis scripturarum stabiliti, in dictis suis usque modo perseverant, quamvis ob id aliqui fuerint conviciati et afflicti. Sed neque eosdem edictum regis[5]), ad contrarium per vicos et plateas minaciter resonans, deterruit aut concussit, neque superstitiones quedam male digeste prelatorum ab eo repulerunt, vel dicta eorum valuerunt expugnare, quin magis eorum veritatem talia promoverunt et ipsi testes horum omnium fideles usque ad mortem perstiterunt, consilium suum et dicta post se relin-

---

22) Prohibicio communionis wlgi et eius repulsa per fideles *A*.

[a]) *contin. D 1. 2., v. supra p. 94, lin. 24.* [b]) iam invalescit *D 1. 2.* [c]) amplietur *D 2.* [d]) primitiva *corr.* primiterna *A;* primitiva *B et D 1. 2.* [e]) prout — libri *om. D 1. 2.* [f]) in plebeis *om. D 2.* [g]) *hic numerus posterius suppl. A; om. B.* [h]) Et — dignitatem *om. B.* [i]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* quoniam sacramentum hoc ɔc., *v. infra p. 103, lin. 6.*

[1]) *I. Cor. XIII. 4.* [2]) *I. Cor. XIII. 7.* [3]) *Cf. l. V, dist. IV.* [4]) *Matth. XXIV. 28.* [5]) *quod edictum regis auctor hic tangat, non constat.*

quentes, uti in Myliczio prefato patuit et in pluribus aliis, de quibus satis post disseretur [1]).

Tercia regula [a]).

Nunc ad terciam regulam [b]) famosam partes adverse predicte comparentur, ut earum opiniones limpidius wentillentur. Tercia autem regula fuit ista: Si actus vel cogitatus hominis vel doctrina [f. 22ª], consilium vel mandatum doctoris a deo et ab eius preceptis et sacramentis homines non alienant vel abducunt.

Hec regula facie patenti confutat illos, qui distrahunt et diswadent plebeyos a cottidiana vel frequenti communione sacramenti: Quia ita manifeste alienacio christiani ab hoc sacramento et aliis similibus est elongacio ipsius a domino Jhesu Christo, sicut manifeste apropinquacio crebra ad hoc dei sacramentum est unio cum domino Jhesu crucifixo, sicut scriptum est [2]): „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo"; et iterum remocio crebra hominis a communione cum Christo per hoc sacramentum est desolacio anime, dissolucio discipline, relaxacio custodie sensuum, exinanicio devocionis, extinccio caritatis, mortificacio boni desiderii, obmissio bonorum operum, proclivitas ad peccata, valliditas temptacionum, incursio demonum, oblivio dei, obduracio cordis, obscuritas intellectus et omnis iniquitatis habundancia inconvicta. Que omnia infra planius discernentur [3]). Et iam in hoc liquide patet ex eo, quia efficiencia et continencia omnium bonorum christiano est reposita in Christi Jhesu corpore et sanguine, quoniam in Christo sunt omnes thezauri sapiencie et sciencie dei absconditi et in Christo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Igitur proximare Christi Jhesu corpori et sanguini in comescione crebra huius sacramenti est proximare hominem ad omne suum bonum,

---

1) Milicius *A rubr.*

15) Effectus digne communionis et quantum malum fug[ere] communionem eukaristie *A*.

[a]) *ita A rubr.; om. B.* [b]) *add. A in marg. colore rubro.*

[1]) *Cf. l. III, tract. III „Determinationes de frequenti communione."*

[2]) *Joann. VI. 57.* [3]) *Cf. l. V, dist. II, c. 15.*

sicud dictum est Moysi per dominum Exodi 33°[a])[1]): „Ego ostendam tibi bonum.“ Et removere se christianum ab eo est removere seipsum ab omni suo bono et incidere hominem in suum malum, sicut scriptum est Jeremie 2°[b])[2]): „Scito, quod malum et amarum est te dereliquisse dominum“, et alibi Jeremie XVII°[3]): „Domine, omnes, qui te[c]) derelinquunt, confundentur, recedentes a te[d]), in terra scribentur.“

At regula hec tercia, si fautores crebre communionis sacramenti in plebe commensuret, nichil aliud, nisi eos fore precones veritatis, approbabit[e]). Quod eciam ex precedenti deduccione clarum est hoc adiecto, quod hii tales fideles nunccii magni patris familias demonstrantur, qui missi dicere invitatis ad cenam, ut venirent, et alios ut hortentur, alios autem ut inpellant, fideliter suam legacionem executur, hunc panem divinum liberaliter plebibus dispensando, facilius de[f]) diviciarum largitate ac operibus misericordie racionem deo reddituri quam de duricia et scarsitate sacramentorum divinorum. Non enim querunt, que sua sunt, huiusmodi homines, sed que Jhesu Christi, neque sunt pastores, qui solum pascunt semetipsos et non curant eciam oves dominicas pabulo eisdem atributo cibare crebrius, prout eis dominus Jhesus, princeps pastorum, preostendit, qui per se primum hoc sacramentum communicans, dehinc discipulis communicandum ministravit. Similiter et Paulus, asecla Jhesu crucifixi, qui dicit de seipso 1ª. Cor. XI.[4]): „Ego enim accepi a domino, quod et tradidi vobis.“

Quarta regula[g]).

Primum capitulum[g]).

Nunc quarta regula predicta partibus predictis adversis proponatur, que est: Si cogitatus et actus hominis aut doctrina et consilium vel mandatum doctorum et prophetarum non declinent vel conducant ad blandimenta carnis vel pompam huius seculi aut avariciam huius vite.

---

28) 4ª regula *A rubr.*

[a]) *posterius suppl. A; om. B.* [b]) *add. A in marg.; om. B.* [c]) *add. A super lin.* [d]) a te et *A et B.* [e]) *post corr. A.* [f]) dei *A.* [g]) *ita A rubr.; om. B.*

[1]) *Exodi XXXIII. 19.* [2]) *Jerem. II. 19.* [3]) *Jerem. XVII. 13.* [4]) *I. Cor. XI. 23.*

Hec iterum regula sine contradiccione declarat swasus et ausus partis illorum, qui distrahunt et diswadent plebeios a cottidiana vel crebra communione sacramenti, a bono dei spiritu non prodire, sed magis a spiritu carnis vel huius mundi. Probant hoc dicta precedentis regule. Ex eo quoque potest istud esse manifestum, quoniam[a]) sacramentum hoc datum est christianis pro mundi voluptate, quia pro eo huius mundi delicias reliquerunt, sicut scriptum est[b]) Jo. VI°[1]): „Hic est panis pro mundi vita", sicud Judeis in deserto manna dominus prestitit pro cibis et carnibus, que in Egipto reliquerunt. Si igitur[c]) christianis et peccatoribus penitentibus, qui paululum[d]) aufugiunt ab hoc mundo, subterfugiendo propter deum[e]) vitam et oblectamenta inquinata, non ministratur cito et sepe hoc manna et panis, datus hominibus pro mundi vita, mox iterum ad mundum redire infallibiliter compelluntur et fortiter retrahuntur, prout in Judeis evidenter est ostensum, quoniam[f]) oportunum est hominem semper in aliquo delectari, aliquo pasci et in aliquo ruminare. Si igitur venientes de seculo ad Christum et mundi deliciis obmissis non inveniunt reffocillacionem crebram sui animi et corporis in dei ecclesia, extimplo tamquam a dura vita in Christo et horrida inedia heremi reliduntur, et ex consequenti vel iterum ad pascua mundi redeunt vel, fame in animo fatigati et laxis genibus et manibus dissolutis, deficiunt, laborantes in via, aut, inedia interioris hominis attenuati, omnibus incrementis a se profligatis, manent C annorum puri maledicti vel [f. 22ᵇ], siti vel squalore solitudinis afflicti, murmurant[g]) et remurmurant, inquientes[h]): Quis potest salvari? Dura est vita in Christo Jhesu, non est, quis posset sic vivere; ut in ewangelio est descriptum de apostolis inquientibus Mar. 10°[i])[2]): „Quis igitur[k]) poterit salvus esse?"

Peccant igitur et vehementer peccant sacerdotes et ministri

---

7) Sacramentum datum pro mundi voluptate *D 1.*

17) Semper oportet hominem delectari in aliquo aut in bono aut in malo *D 1. rubr.*

[a]) *hac voce contin. D 1. 2., cf. superius p. 100, l. 21.* [b]) scribitur *D 2.* [c]) *om. D 1. 2.* [d]) pabulum *D 2.* [e]) deum ipsis *corr.* deum *A, D 2.* [f]) quoniam — ruminare *om. D 1.* [g]) murmurentur *corr.* murmurent *A.* [h]) inquirentes *post corr. A et B;* inquientes *D 2.* [i]) *posterius suppl. A; om. B et D 1. 2.* [k]) *om. D 1. 2.*

[1]) *Joann. VI. 52.* [2]) *Marci X. 26.*

domini, qui hos, qui mundo huic nolunt amplius vivere, sed Christo[a]), non invitant eos ad frequenter cum domino Jhesu manducandum et bibendum, sibi servientes, nec dant familie domini cibum in tempore, quoniam[b]) non dant talibus sepe vel quociens oportune postulant huius sacramenti communionem. Contra quos scriptum est[1]): „Parwli pecierunt panem, et non erat, qui frangeret eis.“ Unde queso tantum recidivum[c]) et tam horrendum, sicut canum ad suum vomitum, contingit omni anno in multo populo christiano, aut unde tanta inhercia in moribus aut refrigerium caritatis et omnis iniquitatis habundancia in plebe Jhesu Christi, nisi exinde, ut superius dictum est[2]), quod tam raro, quod semel in anno populus christianus manducat hoc sacramentum, quod est ad robur et pro omni virtute ei a domino derelictum, vel quia indigne manducant istum panem, graciam dei tantam in vacuum accipiendo. Et[d]) hoc est, quod dicit apostolus I[a] Cor. XI[o], prout[e]) est superius[3]) allegatum[4]): „Propter hoc inter vos inbecilles et infirmi multi dormiunt[f]) michi.“ Indigne autem corpus et sanguinem Jhesu[g]) sumere hiis contingit multo[h]) magis et valde crebrius, qui raro et semel in anno accedunt, quam hiis, qui omni die vel frequenter, quia per totum annum postquam indignificant se et inquinant, quomodo putas brevi et festina purgacione previa eosdem posse iustificari et dignificari isto tam venerabili sacramento? Nullo[i]) modo, ut infra patebit per dicta Crisostomi ad Ebr.[k])[5]) et alios doctores.

Sed inquies: Nonne credunt, ergo manducant hoc sacramentum, saltem spiritualiter secundum Augustinum in

---

1) Non monentes ad communionem sacramenti peccant *D 1. 2. rubr.*

6) Parvuli pecierunt panem, et non erat, qui frangeret eis *A ad calc. fol. inf.*

19) (Magis) indigne suscipiunt eukaristiam, (qui) semel in anno, quam qui sepe, etc. *A.* — Qui indigne, qui sepe vel qui raro communicant *D 1.* — Indignius communicat, qui raro, quam qui frequenter *D 2.*

27) Communio actualis *D 1. 2. rubr.*

a) in Christo *D 2.* b) quem *B.* c) *D 1. 2. habent:* recidivum, etc. Vide infra. Et hoc est, quod dicit apostolus oc., *v. infra lin. 15.* d) *contin. D 1. 2.* e) prout — allegatum *om. D 1. 2.* f) et dormiunt *D 1. 2.* g) domini *D 2.* h) et multo *D 2.* i) utpote per Crisostomum super Ad Hebr. *D 1. 2.* k) *post hanc vocem lacuna restat A et B.*

1) *Thren. IV. 4.* 2) *v. l. I, tr. II, reg. III, p. 101.* 3) *nondum erat superius allegatum.* 4) *I. Cor. XI. 30.* 5) *Cf. l. III, tr. III, c. 23.*

omelia dicentem: „Crede et manducasti.“ [1]) Et iterum forte addes, dicens: Nonne missas in canone sacerdotum audiunt? Sacerdos autem pro omnibus hoc sacrificium ymmolat, ut tenor misse in canone continet. Igitur tantum erit layco missam audire, sicut per se manducare. Ad[a]) ista habes satis responsum tractatu insequenti [2]), ubi dicitur, quod bonum est credere, sed multo melius est credere et credulitatem in opere exercere. Bonum est credere et credendo in deum ire, sed multo melius est substanciam credulitatis, in quo omnis plenitudo divinitatis corporaliter inhabitat, sibi incorporare suo modo. Bonum est credere, sed melius est[b]) illius corpus et sanguinem, cui credis, ruminare et gustare. Magnum bonum est spiritualiter per fidem manducare, sed multo maius bonum est spiritualiter simul et corporaliter vel sacramentaliter mastigare et eo in corpore et in[b]) anima vegetari. Bonum est odorem Christi bonum, qui est vite in vitam, sapere et spiritutenus portare, sed multo melior[c]) substancia Christi per sacramentum unita, que facit fidelem Christi, bonum odorem, et ad alios redundare, sicud[d]) scriptum est 2ª Cor. 2°[e]) [3]): „Christi bonus odor sumus, aliis quidem vite in vitam.“ Magnum bonum est bibere[f]) aquam vivam, sed maius[g]) bonum est fontem aque vive possidere, sicud scriptum est [4]): „Fiet in eo fons aque vive salientis in vitam eternam.“ Et[h]) Proverb. 7° [5]): „Aquas vivas in plateis divide: habeto eas solus“.

Magnum bonum est fructus arboris vite in spiritu degustare, de quibus scriptum est Gall. V°[i]) [6]): „Fructus autem[k]) spiritus est caritas, gaudium, pax[l]), paciencia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continencia, cas-

1) Vide de illo dicto Augustini „Crede et manducasti“, quomodo bonum est manducare spiritualiter, melius sacramentaliter *A ad calcem fol. infer.*

5) Sacramentaliter et spiritualiter simul melius communicare quam spiritualiter tantum, per totum *D 1.*

6) Sacramentalis manducacio soli spirituali prefertur manducacioni. Cur sacramentalis communio instituta *D 2 in marg. sup.*

[a]) Ad — ubi dicitur *om. D 1. 2., contin.:* Dico, quod bonum ɔc. [b]) *om. B.* [c]) melior est *D 2.* [d]) sicud — in vitam *om. D 1. 2.* [e]) *posterius suppl. A; om. B.* [f]) vivere *B.* [g]) mag. *B.* [h]) Et — solus *om. D 1.* [i]) *posterius suppl. A.* [k]) *om. D 1. 2.* [l]) pax etc. Sed multo ɔc., *D 1. 2.*

[1]) *S. Augustini In Joh. evang. tract. XXVI, c. 1, ap. Migne, PL, t. 35, p. 1607:* Qui credit, manducat. [2]) *recte in l. IV, art. IV, VI, VII et VIII.* [3]) *II. Cor. II. 15—16.* [4]) *Joann. IV. 14.* [5]) *recte Proverb. V. 16—17, ubi loco* vivas: tuas *legitur.* [6]) *Galat. V. 22—23.*

Iste autem cibus sinceritatis et veritatis non tantum est cibus levissimus carnalibus christianis, sed cum hoc est terribilis. Levissimus est cibus talibus, quia nichil delectacionis carnales in eo capiunt[a]), quoniam animalis homo non percipit ea, que sunt spiritus. Terribilis autem est eisdem, quia credunt ibi esse plenitudinem divinitatis corporaliter et, si indigne manducent et bibant, iudicium mortis sibi incurrunt. Et idcirco[b]) carnales nullo swasu vel ausu curant festinare ad hoc sacramentum iterandum, quia hinc contempnunt et non curant[c]) — nam eis est[d]) cibus levissimus, — illinc[e]) terrentur et torquentur penali timore, quia terribilis. Hinc non cupiunt neque de eo gaudent, quia levissimus. Illinc fugiunt, quia terribilis et penalis est divinitatis presencia peccatori[f]). Quinymmo et memoria eius carnalibus est penosa, quia condempnacio et mors se talibus exhibet Jhesus crucifixus in hoc sacramento in animis reorum hominum. Ideo est eis gravis ad cogitandum, sicut scriptum est[1]): „O mors, quam amara est memoria tua", etc. Non habent igitur tales aliquam causam vel occasionem ad sacramentum sponte veniendi, ymmo habent causas fortiter moventes ad non propinquandum. Quapropter eciam sedule invitati non accedunt.

Illi[g]) autem, quibus datum est sugere[h]) suavem spiritum Jhesu et gustare in[i]) hoc sacramento, signum secum ferunt evidens in eo, quod cupiunt cito illam horam advenire, in qua eis conceditur huic sacramento iterum copulari, et data eis occasione et doctrina, quod cottidie vel sepe possunt cenare cum domino Jhesu hoc[k]) sacramentum, mox lettabunde accurrunt, requirunt et se ingerunt omniaque huius mundi gaudia pro eo parvipendunt, quoniam in huiusmodi fruicione digna[l]) corporis et sanguinis domini propriissime impletur illud ewangelium Matth. XIII[m])[2]): „Simile est regnum celorum thesauro abscon-

---

1) Corpus Christi est cibus < levissimus / terribilis *A*.

6) Credendum in eukaristia esse plenitudinem [divinitatis] *A rubr.*

[a]) accipiunt *D 2.* [b]) ideo *D 2.* [c]) curant eos, *sed* eos *deletum A.* [d]) non est levissimus *false D 2.* [e]) Illic *D 1. 2.* [f]) peccatoris *(sic) D 1. 2.* [g]) Illis *(sic) D 2.* [h]) fugere *corr.* sugere *A.* [i]) de *B.* [k]) ad hoc sacramentum . . . accurrunt *D 2.* [l]) data *D 2.* [m]) *posteriùs suppl. A; om. B.*

[1]) *Eccli. XLI. 1.* [2]) *Matth. XIII. 44—45.*

dito in agro, quem[a]) qui invenit[b]) homo, abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit universa[c]), que habet, et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum", etc. Et hoc desiderium signum est manifestum in eis presencie spiritus Jhesu crucifixi, qui et ipsemet ad cenam huius sacramenti properans, suum intensum exhibuit appetitum, dicens Luce XXII[d])[1]): „Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum." Et Proverb. XXIIII[2]): „Edent me et adhuc esurient", etc.

Peccant igitur ministri et dispensatores inprudentes et infideles suo domino, qui [f. 23[b]] negligentes et pigros plebeios non excitant nec hortantur venire ad hanc cenam in tempore suo et congruenti. Magis peccant, qui cupientes sepe venire retrahunt et diswadent. Maxime peccant, qui ex proposito inpediunt et contra volentes venire frequenter remurmurant, quoniam pro isto sensu scriptum est Matth. XXV[e])[3]): „Quis, putas, est fidelis servus et prudens[f]), quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus servus ille[g]), quem, cum venerit dominus eius, invenerit[h]) sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus ille servus in corde suo: ‚Moram facit dominus meus venire', et ceperit percutere conservos suos, manducet autem et bibat cum ebriosis. Veniet dominus servi illius in die, qua non sperat", etc. ibidem, — quoniam tales, de quibus sermo est, plerumque et communiter sunt negligentes et non habentes fidem, amorem curamque ad plebes, quia si haberent, tunc solliciti

---

9) Contra ministros *A*. — Modicum est homini sola fide vel participacione eukaristiam manducare, sed sacramentalis requiritur. *A ad calcem fol. infer.* — Peccant presbiteri ⟨ [valde,] plus, maxime, ⟩ qui popul. ad eukar. sacrament.

⟨ [non excitant nec hortantur] venire volentem retrahunt venire volentem impediunt et murmurant *A ad calcem fol. super.*

Peccant sacerdotes non invitantes (ad communionem) *D 1. 2. rubr.*

[a]) quem — regnum celorum *om. D 1. 2.* [b]) invenerit *B.* [c]) omnia *B.* [d]) *posterius suppl. A; om. B et D 1. 2.* [e]) *om. D 1. 2.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Similiter in eo tales carnales oc., *v. infra p. 110, lin. 21.* [g]) *om. B.* [h]) inveniret *B.*

[1]) *Lucae XXII. 15.* [2]) *recte Eccli. XXIV. 29.* [3]) *recte Matth. XXIV. 45—50.*

essent de ovibus et invitarent ad earum pascua, non repellendo nec reclamando.

Quod si adhuc ad regulam prescriptam isti impeditores comportentur, plane invenientur omnes aut plerique eorum multum velut plurimum aliquid carnaliter sapere in isto deifico sacramento, veluti manifeste eorum derisiones verbales hoc ostendunt, cum dicunt, quod ex tali communi tractacione sacramenti a plebeis nimia eius familiaritas et contemptus pullularet. Hoc etenim est et esse solet solum in rebus corporalibus et secundum iudicium carnis vel huius mundi. Ideo autem et in rebus divinis, prout est hoc sacramentum, nullum tale debet intelligi, ubi solum et principaliter spiritus domini iudicium operatur, prout satis demonstrabitur in infra scriptis[a]). Similiter cum compaciuntur in hoc quodam modo Christo Jhesu et eius sacramento, si videlicet ipsum contingeret a communi populo passim manducari et sepe ab indignis pertractari, ac si inde[b]) iterum in semet ipso[c]) Christus paciatur et offendatur, cum hec iam ab ipso valde sint remota, sicud scriptum est Ro. VI[d])[1]): „Jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur."

Similiter in eo tales carnales se esse demonstrant, quod ea, que alias in se sunt sancta digna in Christi Jhesu[e]) ecclesia, tamen, quia sunt illis questuosa seu lucrosa pecuniarum in dei domo, illa[f]) ipsi, ut plurimum, laudant et promovent coram plebe, ut missas, officia pro mortuis, indulgencias, reliquias sanctorum, oblaciones et multa similia, quatenus eo habundancius[g]) suam avariciam sic exercerent[h]), sed illa, que sunt magis ac[c]omoda seu viciniora saluti, data populo pro exercicio salutari, et in quibus est vita eorum reposita, veluti est continuam penitenciam agere, sepe confiteri et hoc sacramentum cottidie vel sepe a plebibus manducari, talia, heu, non promovent nec faciunt plerumque ipsorum mencionem[i]), quia ad hec sequeretur eos cum plebe magnus labor et questus modicus aut[k]) nullus[l]).

---

26) De oblacionibus *D 2 in marg. infer. manu recentiori.*

a) infra incriptis *B.* b) *om. B.* c) *lineae superpos. A.* d) *posterius suppl. A; om. B.* e) *om. D 1. 2.* f) illi *D 2.* g) habundanciam *B.* h) exercere *corr.* exercerent *A;* exerceant *D 2.* i) memoriam *D. 2.* k) vel *D 2.* l) *post hanc vocem* ⊕ *1. 2. contin.* Quanto (igitur) magis plebei se humiliant ꝛc.

1) *Rom. VI.* 9.

Taceo super hoc de invidia et superbia talium, quibus vexantur, cum indignantur de communione frequenti a plebeis huius sacramenti, quia talibus ego fui obnoxius similiter et meipsum agitari pluries invidia recongnovi, cum similiter talem frequentem communionem sacramenti diswadebam plebeis christianis, cum adhuc non eram singulari lumine super hoc de excelso visitatus; et cito post in sequentibus de hoc puncto, puta superbia ministrorum et invidia, disseretur[1]).

Capitulum tercium[a]).

Nunc a[b]) contrario sensu possunt hii, qui promovent hoc sacrificium, per regulam quartam faciliter esse veraces iudicari, si ipsa regula superius expressa commemoretur et pensetur, quia tales, eo quod hortantur christianos sepe ad hoc sacramentum, habent necesse suis hortamentis et consiliis eos a seculi vita abducere et inquinamenta carnis evitare ac virtutes Jhesu perficere, et ob id festinant populis sacramentum Christi corporis et sanguinis largiflue ministrare, quatenus inde fortificati, muniti et suffulti, constanter mundi pompam conculcarent.

Et plurimum idem predicatores et promotores dei sacramentorum fuerunt viri, qui oderunt avariciam et in scipsis oblectamenta mundi zelabanturque[c]) ut plurimum pro Christo magis quam illi partis adverse et suarum opinionum secutores. Nam semper inevitabiliter fuit et est atque erit consequens, quod videlicet quicumque salutem animarum diligit et fideliter operatur, ille odit avariciam et omnem invidiam a se profligavit, veluti per contrarium, quicumque avariciam sequitur vel a ventris ingluvie et ab aliis[d]) oblectamantis carnis detinetur, ille salutem Christi plebium nequaquam diligit neque valet ipsam fideliter et ex animo operari, nisi dumtaxat ea, que sunt sibi questuaria et lucrosa. Propter quod scriptum est[2]): „Nemo potest duobus dominis servire.“ Et infra[3]): „Non potestis deo servire et mamone.“ Et apostolus[4]): „Que convencio Christi

3) [Actum?] suum priorem commemorat *A*.

[a]) *ita A rubr.* [b]) *om. B.* [c]) *lacuna in cod. A sequitur.* [d]) hiis *B.*

[1]) *Cf. l. III, tr. I, c. 10.* [2]) *Matt. VI. 24.* [3]) *Matt. VI. 24.*

[4]) *II. Cor. VI. 14—15.*

ad Belial? Que participacio lucis ad tenebras?“ [f. 24a]. Illi siquidem, qui fideliter curant salutem animarum et non querunt ea, que sua sunt, sed que Jhesu Christi, semper fuerunt manifeste humiles dei populo et graciosi et amorem sollicitudinemque fidelem ad plebes Christi deferentes. Et hoc relucet in eo, quia swadent et hortantur populum ad cenam domini preparare et per hoc deo suo adherere ac per consequens ad eorum beatitudinem festinare, prout scriptum est Apok. 19a)[1]: „Beati, qui vocati sunt ad cenam agni.“ Et Luce XIIII[2]: „Beatus, qui manducabit panem in regno celorum.“

Novit namque talium dispensatorum fidelis sollicitudo, quod plebei a seipsis non venirent tam sepe, territi et repressi a maiestate sacramenti, quod bene humilitati eorum et indignitati competit, quatenus se peccatores humilient sub potenti manu dei, sicut fecit Petrus dicens[3]: „Exi a me, domine.“ Item centurio[4]: „Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum.“ Nec hoc pulcre staret et in laycis pauperibus, debilibus et infirmis, quod videlicet seipsos frontose et inpudice ingererent [ad]b) cenam tam magnificam et tam preclaram et ad talem cibum et potum et ad tanti ac talis domini, de quo scriptum est Malachie IIIoc)[5]: „Quis stabit ad videndum eum?“ Stat tamen pulcherrime cum eisdem, si prestolentur cum paciencia se vocari et hortari ad tale prandium solum pro sanctis et dignis preparatum. Et hoc est, quod docet apostolus Ia Cor. XI. dicens[6]: „Itaque, fratres mei, cum convenitis ad manducandum, invicem exspectate.“ Hoc stante, si sacerdotes, veluti fideles nunccii sui patrisfamilias suam legacionem exequentes, invitant, rogant et monent ac conpellunt tales pauperes plebeios venire ad illam cenam sic magnificam sicque preclaram, inde honesta legis Christi evenit execucio, que dicit[7]: „Qui se humiliat, exaltabitur. Et cum vocatus fueris ad nupcias, recumbe in novissimo loco“, etc. Multo siquidem est honestius ire vocatum ad cenam quam semetipsum intrudere, atrahi per patrem familias quam seipsum ingerere, invitari quam excludi, compelli quam repelli.

---

a) *posterius suppl. A.* b) *corr. ab ed.;* et *A et B.* c) *posterius suppl. A; om. B.*

1) *Apok. XIX. 9.* 2) *Lucae XIV. 15.* 3) *Lucae V. 8.* 4) *Matth. VIII. 8, Lucae VII. 6.* 5) *Malach. III. 2.* 6) *I. Cor. XI. 33.* 7) *Lucae XIV. 10–11.*

Quanto igitur magis plebei se humiliant in[a]) hoc, quod se clamant indignos ad communionem crebram divini sacramenti, tanto magis debent exaltari et adduci per sacerdotes ad mensam magnam pro eis preparatam[b]), quia, quemadmodum paulo ante dicere ceperam, plebei ex humilitate vite sue pulcre se nituntur abstrahere ab ista mensa, nunccii vero pii sui clementissimi domini e converso pulcherrime nituntur tales humiles plebeios ad cenam inducere; layci ob deieccionem sui status occupati se excusant decenter, accusantes se fere[c]) indignos tali cena et loco, presbiteri vero ex debito sui sancti officii decentissime eisdem swadent utique veniendum ad cenam sui patris benignissimi et cicius accedendum ad patrem communem omnium et precipue humilium ac dominum tocius consolacionis[1]), qui wlt omnes homines salvos fieri et non[d]) wlt mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat, ideoque neminem wlt perire.

Multum igitur inquam[e]) peccatoribus plebeis congruit, ut sese iumenta, que in suis stercoribus putruerunt[2]), confiteantur et appellentur et porcos et canes, quibus sancta non sunt danda[3]), neque ydoneos[f]) ad panem filiorum[g])[4]) manducandum neque insuper digni filii amplius nuncupari[h]); sed ornatissime ministris dei et patribus plebium convenit, ut tales vocent filios dei et hereditatis perpetue[5]) et invitent summopere ad cenam sui domini, ne forte absorbeantur a tristicia ampliori[6]). Veraciter namque[i]) seipsos humiliant, et ideo[k]) digni sunt a domino exaltari[l]). Sic namque, ut prefatum est, omnis iusticia in Christi ecclesia adinpletur et decor domus domini et venustas ampliatur et exercetur sicque officii Jhesu crucifixi fit ex[e]cucio, qui ad hoc venit, ut potentes sede sua deponat et humiles exaltet, esurientes impleat bonis et divites dimittat

---

1) Quanto magis populus ex humilitate [se indignum] reputat, tanto amplius mo[nendus] est ad eucaristiam *A*.

[a]) *om. D 2.* [b]) *post hanc vocem D 1. 2. continuant:* Multum enim peccatoribus plebeis congruit ɔc., *v. infra lin. 17.* [c]) fore *corr.* fere *A.* [d]) *add. A in marg.* [e]) *post hanc vocem in col. A* orante *sequitur, sed del. est.* [f]) ydoneis *corr.* ydoneos *A.* [g]) angelorum *D 2.* [h]) nuncupare *A et D 1.* [i]) enim *D 2.* [k]) omnino *D 2.* [l]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Humilitas enim se abstrahit ɔc., *v. infra p. 114 lin. 10.*

[1]) *Cf. II. Cor. I. 3.* [2]) *Cf. Joel I. 17.* [3]) *Cf. Matth. VII. 6.* [4]) *Cf. Matth. XV. 26.* [5]) *Cf. Hebr. IX. 15.* [6]) *Cf. II. Cor. II. 7.*

inanes, sicut scriptum est Jo. XI. g. [1]): „In iudicium ego veni in mundum hunc, ut qui non vident, videant, et qui vident, ceci fiant." Et hoc est eciam, quod ipse per parabolam de filio prodigo declaravit: qui siquidem filius iam penitens, quanto magis se patri exinanivit, tanto magis pater filium exaltavit [2]).

Habes eciam istius exemplum conpetens infra tractatu ultimo [3]) de glorioso divite ac eius amico paupere et panoso, inter quos fit honesta et dulcis concertacio mutua, humilitatis videlicet amici pauperis a facie divitis, et dileccionis divitis gloriosi ad suum amicum pauperem. Ubi humilitas se abstrahit, hic[a]) caritas inpaciens ad se amicum atrahit; illa terret, ista lenit[b]); illa turbat hominem, ista consolatur; illa adducit infirmitatem et sua propria scelera et minatur homini squalido sordibus mortem perpetuam, nisi dimittat sacramentum, — ista inducit graciam domini Jhesu[c]) inmensam et misericordiam infinitam et spondet vitam, si assumat[d]), dicens: „Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare", Luce IX. f. [4]), et apostolus Thymo.[e]) I[a] I[o] f) [5]): „Fidelis sermo et omni accepcione dignus, quia Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere"; et propter hoc donavit se homini peccatori sic [f. 24[b]] familiariter, ita dulciter, in tantum liberaliter. Illa diswadet fortiter, secum in promptu suos testes producens, iudicium mortis et mortem, — ista urget insuperabiliter et compellit, prout dicit apostolus 2[a] Cor. 2[o] g) [6]): „Caritas dei urget nos", adiuncta sibi confidencia in deum et spe[h]) viva, testibus suis intimis et fide dignis, hiis pro sua parte spiritum Jhesu suavem, qui esuriem et sitim exaggerat in ardore, sempiternum spiritum hominis deducit, perhibens[i]) testimonium[k]) Jhesu Christo et eius sacramento, testificans insuper intime et pro certo, quod vocemur et simus[l]) filii dei. In quo felici certamine et duello in plebe Christi iustum et sanctum est cedere caritati, tamquam omnium virtutum domine, supero cardine delapse rei, que sola est ma-

---

[a]) hic *D 2;* et *cet. cod.* [b]) venit *corr.* lenit *A;* venit *B;* lenit *D 1. 2.* [c]) dei nostri *loco* dominj Jhesu *D 2.* [d]) assumet *D 2.* [e]) Thymo. — dignus, quia *om. D 1. 2.* [f]) *posterius suppl. A; numerum om. B.* [g]) *posterius suppl. A; om. B et D 1. 2.* [h]) et spe *om. B.* [i]) prohibens *false AB;* perhibens *D. 1. 2.* [k]) *om. D 2.* [l]) sumus *false A et D 2.*

[1]) *Joann. IX. 39.* [2]) *Cf. Lucae XV. 11—32.* [3]) *v. in l. V, dist. X, c. 1, et in l. IV, art. V, c. 15, 16 et 17.* [4]) *Lucae IX. 56.* [5]) *I. Tim. I. 15.* [6]) *recte II. Cor. V. 14.*

ter honorificata pulcre dileccionis et timoris et agnicionis et sancte spei[1]), quoniam ipsam necesse est omnia[a]) vincere ex eo, quod fortis est ut mors dileccio, dura ut infernus[b]) emulacio, lampades[c]) eius, lampades ignis a facie dileccionis, aque multe non possunt extingwere caritatem[2]), et timorem istum diswadentem iustum est foras mittere[d]), sicut scriptum est prima Jo. IIII°[3]): „Perfecta caritas foras mittit timorem."

Capitulum quartum[e]).

Verumptamen quia in modernis et infaustis seculis secundum iam supradicta corda patrum a filiis sunt aversa, ita quod sacerdotes et ministri altaris contempnunt et non curant plebeios ad cenam sui domini evocare neque satagunt cibum hunc cottidianum familie domini in tempore ministrare, nequaquam putandum est fore molestum vel iniustum, si plebei se inportune ingerant ad petendum et pociendum hoc pane pro eis condito et habundanter in vino et tritico stabilito. Valde siquidem excusati esse videntur hii, qui alias sunt invitati ad cenam a suo patrefamilias liberali et gracioso, si per servos vocari neglecti, solimet veniunt et per se instant monendum et petendum suam[f]) debitam liberacionem. Et si hii, qui alias compelli debuerant, ab hostio per cecos et invidos nunccios retruduntur, talibus iam omni retromota verecundia licebit contendere per angustam portam ad cenam pro se paratam intrare, ymmo secundum ewangelium in locis pluribus bene videtur talium instancia pro dei sacramento et inportunitas esse plurimum ad omnia commendata, utpote infra in tractatu ultimo declaratur[4]).

Qua igitur fronte vel quo ausu minister salutem populi dei impediet, qui constitutus est in id ipsum, ut promoveat[g])

---

11) Sacerdotes invitare non curant . . . iniustum laycos per se [sumere] eucaristiam *A*.

a) omnino *D 2*. b) inferius *B*. c) lampades — caritatem *om. D 1. 2*. d) mittere, quia perfecta caritas foras mittit timorem, neque potest facile assignari via et modus oc. *(cf. infra p. 116, lin. 24), D 1. 2*. e) *ita A rubr.; om. B*. f) liberam *del. et add.* debitam *A*. g) *om. B*.

1) *Cf. Eccli. XXIV. 24*. 2) *Cf. Cant. VIII. 6—7*. 3) *I. Joann. IV. 18*. 4) *v. l. V, dist. VII, c. 28—29, cf. etiam l. IV, art. V, c. 15—20*.

et procuret[a]), et pro eo est sufficienter dotatus et ditatus, aut quare retrahere ab eorum cibo cottidiano domini Jhesu parvulos conatur, qui missus est, ut[b]) sedule invitaret, cum ipsemet dominus increpaverit suos discipulos impedientes parwlos ad se venire et alias tales et solum tales wlt regno celorum investire et omnes ad se pervenire? Ad extremum hoc dicere presumpsi tales, qui non gaudent de unione cum Christo populi christiani per crebram manducacionem sui corporis et sanguinis preciosi, neque gaudent de frequenti communione sacramenti a plebeis penitencia salutari eosdem precedente ac eciam comitante, forte tales non agi dei spiritu, sed nec esse participes gracie et veritatis Jhesu Christi, quoniam ipse dominus[1]), ponens infallibilem discrecionem sui suavissimi spiritus et humani ac eorum, qui sunt ex contencione et parati sunt ferrire omnes alios, dure iudicare sinistreque interpretari, dicit Mt. XII. e.[2]): „Qui non est mecum, adversum me est, et qui non colligit mecum, dispergit." Non autem est cum Jhesu omnis, qui, alias ad hoc obligatus, negligit salutem animarum operari illis viis, que viciniores ad salutem sunt invente hominibus et concesse; adversum autem Christum Jhesum est omnis, qui non tantum negligit salutem proximorum, sed corrumpit et impedit atque salubri non congaudet veritati, prout esse tales videntur omnes superius annotati.

Insuper neque potest facile assignari via et modus, quo plebs fidelis ad Christum et ad se invicem collecta uniatur, quam per hoc divinum et unitivum sacramentum, prout[c]) satis infra[3]) erit declaratum. Per hoc namque familia sui domini ad mensam sepe vocata venit, se ad invicem diligere et in domo dei sui unius moris vinculo pacifico copulata didicit, concorditer habitare, psallens[d]) et dicens[4]): „Ecce, quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum", sicut scriptum est[5]): „In voce exultacionis et confessionis sonus epulantis"[e]).

---

[a]) procuretur *B.* [b]) *om. B.* [c]) prout — declaratum *om. D 1. 2.* [d]) psallens — habitare *om. B (sic).* [e]) *post hanc vocem sequitur D 1. 2:* Capitulum III *(rubr.).* Sed adhuc obstabis, dicens, quod nullomodo oc.

[1]) *Cf. Rom. II. 8.* [2]) *recte Lucae XI. 23.* [3]) *v. l. IV, art. III, c. 1 sq., art. IV, c. 6, art. VII, c. 2, art. VIII, c. 1, 9. etc. (cf. Kybal, M. Matěj z Janova, p. 93—94).* [4]) *Psalm. CXXXII. 1.* [5]) *Psalm. XLI. 5.*

Capitulum quintum[a]).

Sed scio, quid adhuc mente palpitas niterisque hiis obstare, dicens, quod nullomodo hoc convenit, ut tantum et tale atque summum ecclesie sacramentum ita cottidie et communiter populus christianus manducaret, quoniam necesse esset hec[b]) inconveniencia ad illud consequi manifeste:

Primum scilicet, quod sanctum dare [f. 25[a]] canibus eveniret contra dominicum preceptum, ubi dicitur[1]): „Nolite sanctum dare canibus."

Secundum est, quod plurimos[c]) inde contingeret sibi iudicium bibere et manducare secundum[d]) apostolum inquientem[2]): „Qui autem manducat et bibit."

Tercium est, quod veniret in contemptum et per consequens in magnam irreverenciam beneficium redempcionis Jhesu Christi, contra[e]) quod tunc apostolus Hebr.[3]): „Rursum crucifigentes in semetipsis Christum Jhesum et ostentui habentes."

Quartum, quod tunc populus tantum ex consuetudine dei sacramentum prophanaret, scriptura[f]) reclamante, que dicit[4]): „Vitula Effraym docta diligere trituram."

Quintum, quod layci equiparati sacerdotibus exinde viderentur[g]).

Sed ad istas tuas instancias et tuum zelum non secundum scienciam, et qui non est ex scripturis, satis respondi in tractatu meo ultimo sepedicto huius libri[5]). Verumptamen et nunc tibi occurens, dicere audeo, quod tuum consilium, qui sic swades[h]) sacramentum hoc dei[i]) non esse cottidie vel[k]) frequenter per dei populum manducandum, per omnia tale esse [videtur] iudicium, quale Judeorum, qui dominum Jhesum interficientes, inquiebant[6]): „Si

---

1) Nota totum diligenter *A*. Obiecta contra frequentem communionem *D 1. 2 (rubr.)*.

a) *ita A rubr., om. B.* b) *om. D 1. 2.* c) plurimum *B.* d) secundum — bibit *om. D 1. 2.* e) contra quod — ostentui habentes *om. D 1. 2.* f) scriptura — trituram *om. D 1. 2.* g) *post hanc vocem sequitur D 1. 2:* Ad hec dicere audeo, quod volens evitare oc., *v. infra p. 118, lin. 16.* h) *ita B;* swadens *false A.* i) *om. B.* k) ut *corr.* vel *A;* ut *B.*

1) *Matth. VII. 6.* 2) *I. Cor. XI. 29.* 3) *Hebr. VI. 6.* 4) *Oseae X. 11.* 5) *cf. librum V. passim.* 6) *Joann. XI. 48; auctor non integra verba loci adfert.*

dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et videtur[a]), quia nichil proficimus: ecce, totus mundus abiit post eum. Et ne forte veniant Romani et tollant gentem nostram et locum nostrum." Sed in consilium eorum non veniat anima mea, quoniam unum inconveniens suis malignis et fatuis et contra scripturas evitare mollientes, in multa et maxima inconveniencia inciderunt, ut iam toti orbi est publicatum, quoniam deum suum et dominum contumeliis affectum occiderunt, et postremo illud incomodum, quod vehementer timebant, eis accidit, quia venerunt postea Romani et gente eorum trucidata et captivata et locum simul eorum abstulerunt. Ita eciam in consilium tuum non veniat anima mea[b]). Nam incursasti in illud ve, quod tibi dominus minatur, dicens Math. XXIII. sepe iam allegatum[1]): „Ve vobis, scribe et Pharisei ypocrite, qui clauditis regnum celorum ante alios, vos enim non intratis nec volentes sinitis introire."

Volens enim evitare, ne ad panem filiorum canes admittas, panem filiorum cottidianum eis abstrahens, filios permittis crudeliter sine pane interire. Sicque poscenti panem suum filio durum eidem lapidem contulisti[2]). Et illud, quod inconveniens tu reputas et cupis evitare, maius incursas[c]), cum te utique oporteat saltem[d]) semel in anno omnibus passim, bonis et malis, sacramentum ministrare, qui[e]) procul omni dubio inmundiores et peiores, quanto minus illud suum bonum unum et maximum per totum annum non curarunt. Quis enim potest dubitare, quod[f]) in agro dominico triticum super[g]) seminata zyzania usque ad messem utraque concrescunt[h]), boni pisces et mali in sagena adhuc ad littus trahuntur et canes inpudentissimi et sues adhuc in dei ecclesia tollerantur? Quo modo igitur tu vis unum pene inevitabile precavere, cum ipse dominus Jhesus in se non esse usquequaque vitandum preostendit, si videlicet mali cum bonis manducent[i]) illud divini iudicii sacramentum[k]), quando ipsum inter beatos apostolos et inde traditori et dyabolo ministravit?

---

16) An solum bonis sit id porrigendum sacramentum *D 2. in marg. sup.*

[a]) videtis *B.* [b]) tua *corr.* mea *A.* [c]) incurras *D 1.* [d]) *om. D 2.* [e]) qui — non curarunt *om. D 1. 2.* [f]) *ita A, B et D 2;* quin *D 1.* [g]) et super *D 2.* [h]) crescunt *D 2.* [i]) manducarent *D 2.* [k]) sacrificium *B.*

[1]) *Matth. XXIII. 13.* [2]) *Cf. Matth. VII. 9.*

Si[a]) vero illud[b]) de canibus optas auctoritate pro te aducta[c]) responderi, lege in tractatu ultimo [1]) superius memorato, similiter ea, que paulo post lacius sunt dicenda, et quomodo iustum et sanctum eciam est iniquos hoc plenum iudiciis divinis sacramentum manducare, cum sit positum in ruinam ac resurreccionem multorum in Israel [2]). Et ipsum est lapis offensionis et petra scandali omnibus, qui ore deum confitentur, operibus autem negant [3]).

Et[d]) per hoc, si tibi videbitur, satisfactum accipies illi proposicioni secunde, quam ponebas pro inconveniente, dicens, quod quam plurimos contingeret sic suum bibere iudicium et manducare. Hoc inquam[e]) sacramentum et panis divinus unica, singularis et maxima probacio et examen, ac veluti quoddam gympnasium est positum seu positus cuilibet christiano, ut in eo se exerceat et seipsum cottidie iudicet, si gratus[f]) existit deo suo et domino Jhesu Christo et si[g]) eum timeat et diligat, qui eum redemit corpore et sanguine suo precioso. Quapropter valde admodum notanter et figurative in[h]) verbo dei de hoc sacramento dictum est[i]) in scriptura Exod. XVI. supra allegata[k]) [4]): „Ecce, ego pluam vobis panem de celo: egrediatur populus et colligat, que sufficiunt per singulos dies". Et sequitur multum ad propositum: „ut temptem[l]) eum, utrum ambulet in lege mea an non." Et ad hoc idem[m]) Salomon[n]) Proverb. XXIII. a. [5]): „Quando sederis, ut comedas cum principe, diligenter attende, que sunt apposita[o]) ante faciem tuam, et statue cultrum in gutture tuo, si[p]) tamen habes in potestate [f. 25[b]] animam tuam[q]), et non desideres de cibis eius, in quo est panis mendacii." Atque apostolus [6]): „Probet[r]) autem seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat." Ecce, quomodo apostolus notanter dicit: „Probet se homo et sic edat." Et non

---

13) Probet seipsum homo et sic d . . . Probacio maxima inevi[tabilis] *A*.

[a]) Si — et quomodo *om. D 1. 2, contin.:* Justum enim &c. [b]) *post corr. A;* illi *B*. [c]) *om. D 1.* [d]) Et — manducare *om. D 1. 2.* [e]) enim *D 1. 2.* [f]) signatus *(sic) B.* [g]) et sic *B.* [h]) *post ras. A;* in *B,* a *D 1. 2.* [i]) *add. A in marg.* [k]) supra allegata *om. D 1. 2.* [l]) temptet *B.* [m]) Et ad hoc idem *om. B.* [n]) *om. D 2.* [o]) posita *D 2.* [p]) si — mendacii *om. D 1. 2.* [q]) *ita A post corr.;* potestatem in animam tuam *B, prout etiam A ante corr.* [r]) Probet — apostolus, sed *om. D 1. 2.*

[1]) *Cf. l. V, dist. VII, c. 28.* [2]) *Cf. Lucae II. 34.* [3]) *Cf. I. Petri II. 8.* [4]) *Exodi XVI. 4.* [5]) *Proverb. XXIII. 1—3.* [6]) *I. Cor. XI. 28.*

dicit apostolus, ut moderni aversores populi ab hoc sacramento inquiunt, dicentes: „Probet se homo, et sic edat, si dignum se reperit, vel non edat, si indignum se adinvenerit.“ Non ita dicit apostolus, sed: „Probet se[a]) homo“, videlicet[b]) si dignus est, ut dignificetur adhuc. Et secundum[c]) aliam scripturam [1]): „Mundis manibus addat mundiciam.“ Et si indignus est, probet[d]) se indignum[e]) et[f]) doleat, et deponat reatum se indignificantem et sic utique de pane[g]) illo edat[h]) et de calice bibat. Et hoc est manifeste doctrina beati Augustini De ecclesiasticis doctrinis[i]), ut infra apparebit[2]).

Non igitur profecto bene videntur consulere dei plebi[k]) prenotati suasores, cum dicunt: „Si es paratus, accedas, si non es, non accedas, quamdiu fueris inparatus“, (1) tum quia se preparatum nullus audet aut potest dicere, cum dicat Salomon Proverb. XX. c.[3]): „Quis potest dicere: mundum est cor meum, purus sum a peccato“; et dominus in ewangelio[l]) [4]): „Sic vos, cum omnia feceritis, dicite: servi inutiles sumus“; et[m]) sic Johannes in canonica sua 1ª Jo. 1° [5]): „Si dixerimus, quia peccatum non habemus“, etc.; (2) tum quia nullus potest cognoscere, si dignus est vel indignus in hac vita, cum „nemo scit, an amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurum reservantur incerta, eo quod universa eque evenient[n]) iusto et impio[o]), bono et malo, mundo et inmundo, ymmolanti victimas et sacrificia contempnenti“, Ecclesiastes IX. a.[6]), vel an habeat vel non habeat caritatem, prout[p]) in tractatu ultimo ostenditur[7]). Et vide hos aversores, quomodo „eorum sermo ut cancer serpit“[8]); valde enim in promptu est eis pro se allegare Augustinum,

---

2) Probet se ipsum homo et sic de pane illo edat, etc., ad quem sensum est accipiendum *A ad calc. fol. sup.* Nota bene *A*. Qui non volunt nisi preparatos ad dominicam mensam admittere *D 2.*

a) seipsum *D 2.* b) *om. B.* c) secundum aliam scripturam *om. B et D 2.* d) et probet *D 2.* e) *post corr. A.* f) *om. D 2.* g) *post corr. A.* h) edat, etc. *D 1. 2. ceteris om.* i) *eras. A.* k) plebi, qui suadentes dicunt *D 1. 2.* l) Luce 17 *posterius suppl. A in marg.; om. B et D 1. 2.* (Luce 17: Sic vos). m) Et 1ª Joh. 1° *D 1. 2.* n) evenient *A et B;* eveniant *D 1. 2.* o) impio *recte D 1. 2;* pio *A et B.* p) prout — ostenditur *D 1. 2. om.*

1) *Job. XVII. 9:* mundis manibus addet fortitudinem. 2) *v. l. III, tr. III, c. 25.* 3) *Proverb. XX. 9.* 4) *Lucae XVII. 10.* 5) *I. Joan. I. 8.* 6) *Ecclesiastes IX, 1—2.* 7) *Cf. l. V, dist. X, c. 13.* 8) *II. Tim. II. 17.*

qui dicit[1]): „Sacramentum hoc cottidie manducare nec laudo nec vitupero, omni autem die dominico perswadeo et exhortor[a])." Et tamen hoc ipsi[b]), quod Augustinus vituperare noluit aut verius[c]) non presumpsit, isti simpliciter audent vituperare et detestari, scilicet quod populus dei sacramentum cottidie manducaret. Et quod Augustinus est hortatus, scilicet omni die dominico manducare, isti autem suas plebes non tantum ad id non hortantur, sed amplius diswadent et repellunt; (3) tum quia, si talis se probat indignum, id est[d]) aliqua affeccione[e]) peccandi detentum, ideo non manducat. Ille[f]), sicuti infra in tractatu predicto[2]) probatur, suum reatum duplicabit: primum ideo, quia graciam acceptam amisit et offendit, secundum, quia graciam sibi promptam et pro se et ad suum remedium magnis dei sui laboribus, doloribus et erumpnis[g]) comparatam abiecit et contempsit, et hoc propter vile peccatum et dyaboli possessionem. Item unum peccatum iam incurrit, per quod deum suum iam offendit[h]), secundum et maius, quia amplius peccare intendit et dominum Jhesum in seipso amplius crucifigere et ostentui habere non formidat, et ideo non accedit, ad instar cuiuslibet malefici, qui iudice et domino offenso non[i]) wlt et contempnit iudici propinquare[k]). Ita talis, aliquid mundanum de Christo Jhesu sompnians, quia non accedit ob peccatum ad sacramentum, credit se per hoc minus offendere dominum Jhesum per peccatum vel eidem eo minus propinquare[l]). Qui utique deus, ulcionum dominus, ubique plene et incommutabiliter assistit, cuiuslibet malicie velox testis[3]). Unde dictum est[4]): „Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam? Si[m]) ascendero in celum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades."

---

1) [Sacramentum die] dominico communicandum secundum Augustinum *A*.

12) Duplicat reatum, qni non acc[edit] propter peccatum *A*.

a) swadeo et hortor *D 2*. b) hoc ipsi hoc *A et B*; hoc ipsi *D 1. 2*. c) forte verius *D 2*. d) id est *om. D 2*. e) affliccione *(sic) D 2*. f) et sic suum reatum duplicavit *D 1. 2*. g) erumpniis *corr.* erumpnis *A*; erumpniis *B et D 1*; erumpnis *D 2*. h) *post corr. A*; offendamus *(sic) B*. i) et non *D 2*. k) apropinquare *D 2*. l) apropinquare *D 2*. m) Si — ades *om. D 1. 2*.

1) *S. Augustini l. de eccles. dogmat. c. 53, ap. Migne, PL, t. 42, p. 1217.* 2) *v. l. V, dist. VII, c. 9.* 3) *Cf. Malach. III. 5.* 4) *Psalm. CXXXVIII. 7–8.*

Consulcius igitur[a]) cum Christi plebe agerent iam dicti consultores, si cum apostolo et beato Augustino ita peccatoribus persuaderent, dicentes: Probet se[b]) homo, si dolet de suis peccatis et wlt cessare a dei sui offensa. Sin autem probat se minus penitere vel non penitere et mentem habere peccati alicuius in affectu, cito doleat et pulset et clamet cito in fortitudine ad dominum, exhibeat se sacerdoti, ut oret pro ipso, et sic utique de pane illo edat et de calice bibat. Non accedat ullo modo cum proposito peccandi, quia sic iudicium sibi manducaret et reus esset corporis et sanguinis domini, et nullo modo dimittat propter propositum peccandi, quia sic iehennam[c]) sibi duplicaret et nimis constringeret vincula suorum peccatorum, ab obstinacione in peccatis ipsum exinde committante.

Sed quid igitur, peccator, facies, si in peccato dampnacio est in promptu et non manducare propter peccatum duplex dampnacio tibi subito preparatur[d])? Hoc facies, mi fili[e]) dilectissime, quod fecit filius prodigus[1]), pastor porcorum in longinqua regione: Redi, prevaricator, ad tuum cor dicendo: Quanti mercenarii in domo patris mei habundant panibus. Ego autem hic fame pereo. Et sic surge, qui dormis, [f. 26[a]] surge, dimitte peccatum propter Jhesum Christum. Noli ipsum amplius crucifigere in teipso. Humiliare sub potenti manu dei, dic patri tuo[f]): Pater, peccavi in celum et coram te, et iam non sum[g]) dignus vocari filius tuus; fac[h]) me[i]) sicut unum de mercenariis tuis, etc. Et tunc experieris pietatem inmensam tui patris, cum eo vitulum saginatum manducando. Et sic accedes dignus utique ad hoc divinum sacramentum[k]).

---

1) [Quid] facere debent, qui in proposito sunt [manduc]andi *A*.

3) Nota bene *A*. Probare seipsum *D 1*. Quid est probare seipsum *D 2 (rubr.)*.

[a]) ergo *D 2*. [b]) seipsum *D 2*. [c]) gehennam *D 1. 2*. [d]) *post ras. A;* preparetur *D 1. 2*. [e]) *post ras. A;* filii *D 2*. [f]) tu *corr.* tuo *A*. [g]) *post corr. A*. [h]) fac — tuis *om. D 1. 2*. [i]) *add. A in marg.*

[k]) *post hanc vocem D 1. contin.* Cap. III *(rubr.)*. Licet maximum malum sit oc.; *D 2. autem habet:* quia 2[i] Paralipom. [XXX. 18—19]: „Dominus bonus propiciabitur cunctis, qui in toto corde requirunt dominum deum patrum suorum, et non imputabitur eis, quod minus sanctificati sunt." Cap. 4 *(rubr.)*. Licet oc.

1) *Cf. Lucae XV. 11 sq.*

Capitulum sextum.[a])

Dehinc inconveni nti[b]), quod in tercio loco et quarto tua opinione nubila posuisti, satis ex hiis, que dicta sunt et infra in ultimo tractatu[1]) dicentur, colligere poteris, quod te non oporteat illa inconveniencia tam horrere, tum quia, licet maximum malum sit, tamen iam heu nullum nowum vel mirabile, si dominus deus in hoc sacramento a plerisque contempnatur, cum semper et ubique per illos nequam christianos per habundanciam iniquitatis sit contemptus, cum omne peccatum sit contemptus[c]) Jhesu Christi; — tum[d]) quia contemptor quilibet Jhesu Christi iuste et sancte suum iudicium dudum agregatum et dei[e]) contemptum in manducacione huius sacramenti perfecit et suam accelerat[f]) dampnacionem, quatenus sic impius iuste morte sua cicius acquisita atque manibus suis et ausibus atracta non offendat diucius oculos divine maiestatis nimisque[g]) iram dei in die[h]) ire dei sibi thezaurizet[i])[2]), non tamen wlt deus mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat; attamen est testis velox[3]) hiis, qui eum oderunt in hoc sacramento, qui[k]) mortem domini pridem sunt secuti, ut mors eos[l]) cicius comprehendat, et qui benediccionem et vitam noluerunt, cicius a vita excidentur[m]), sicud scriptum est[4]): „Tollatur impius, ne videat gloriam[n]) dei"; et maxime in christiano populo, cum iam securis ad radicem[o]) posita est, ut omnem palmitem in Christo fructum non ferentem excidat illum, ut minus locum in vite occuparet[5]).

Ego quidem iuste illud videor mihi sentire, quod modo et ante christiani carnales tamquam mare defluunt catervatim per pestes et strages et per fames et alia exicia perhorrenda, dei iustissimo iudicio eis hoc evenire, ut palmites arride et ossa in campi latitudine colligata et collecta cicius in ignem

---

28) Pestilencie, fames ex [non e] su eukaristie *A*.

[a]) *ita A rubr.; om. B.* [b]) invenienti *corr.* inconvenienti *A.* [c]) cum — contemptus *om. D 2.* [d]) et eciam *D 1. 2.* [e]) *om. D 2.* [f]) accelleravit *D 2.* [g]) minusque *B;* magisque *D 2.* [h]) *post ras. A.* [i]) thezaurisat *D 2.* [k]) qui — cicius *om. B (sic).* [l]) eius *corr.* eos *A.* [m]) *ita A et B;* excidantur *D 1. 2.* [n]) *om. D 2.* [o]) ad radicem arboris *D 2.*

[1]) *Cf. l. V, dist. VII, c. 28 et 29.* [2]) *Cf. Rom. II. 5.* [3]) *Cf. Malach. III. 5.* [4]) *Cf. Isaiae XXVI. 10, sed locus accuratus non est.* [5]) *Cf. Matth. III. 10.*

iaciantur, quia sanguinem dei vivi inpie suis pedibus conculcarunt[a]), sicut scriptum est Ebreorum X. f.[1]): „Irritam[b]) quis faciens legem Moysi, sine ulla miseracione duobus vel tribus testibus moritur." Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcaverit et sanguinem testamenti polutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gracie contumeliam fecerit. Scimus enim, quod dixit[2]): „Michi vindicta, et ego retribuam." Et iterum[3]): „Judicabit dominus populum suum, horrendum est incidere in manus dei viventis." Et pro eo dicit apostolus 1ª Cor. XI.[4]): „Qui autem manducat et bibit [indigne, iudicium sibi manducat et bibit], non diiudicans corpus domini." Sequitur notanter ad propositum[5]): „Ideo inter vos multi infirmi et inbecilles, et dormiunt multi", subaudis[c]) moriuntur. „Quod[d]) si nos ipsos iudicaremus, non utique iudicaremur. Cum autem iudicamur, a domino corripimur."

Hoc autem nullibi magis adimpletur neque homo demeretur quam isto tremendo sacramento redempcionis Jhesu crucifixi inique abutendo. Abuti autem hoc sacramento ut plurimum et in pluribus contingit hiis, qui raro et vix vel semel in anno illud manducant et bibunt, quod ex benigna et paternali voluntate dei est hominibus habundanter donatum ad quocienscumque manducandum et bibendum. Hiis[e]) autem, qui cottidianum panem cottidie cum amore et timore cum suo domino concenant, evenit, ut in paucioribus offenderent hunc vivum panem. Et hoc signavit veritatis parabola[6]), in qua habetur, quod dominus cene multos ex illis condempnavit, qui invitati ad eius cenam venire neglexerunt. Ex hiis vero, qui[f]) introducti vel alias compulsi venerunt ad cenam, tantum unum vidit non habentem vestem nupcialem et eum condempnavit[g])[7]).

Et istorum causa facile potest assignari et est ista: Quia videlicet ut plurimum dei donis, que sunt solum ad vitam ho-

---

18) Abutuntur sacramento, qui raro vel semel in anno communicant *A*.

a) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Et ideo notanter dicit apostolus: Ideo inter vos &c. b) irritum *corr.* irritam *A*. c) id est *D 2*. d) Quod — corripimur *om. D 1. 2*. e) Hiis — vivum panem *om. D 1. 2*. f) *om. B*. g) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* (Et) huius causa est manifesta. Quia illi &c., *v. infra p. 125, lin. 11*.

1) *Hebr. X. 28*. 2) *Hebr. X. 30*. 3) *Hebr. X. 30—31*. 4) *I. Cor. XI. 29*. 5) *I. Cor. XI. 30—32*. 6) *Cf. Matth. XXII. 1 sq*. 7) *Cf. Matth. XXII. 11—13*.

mini prestita, securius est et sanccius habundare quam deficere et magis ac sepius accipere quam rarius; ad quod significandum dominus Jhesus in parabola de talentis et de mnis illos, qui decem mnas et qui quinque talenta secundum Lucam [1]), et illi, qui quinque mnas et qui duo talenta acceperunt secundum Mattheum [2]), posuit bene dissipasse et salvatos, illum autem, qui unam mnam in Luca et unum talentum in Mattheo accepit, posuit dominus male dissipasse ac eo male usum fuisse et ob id fuisse condempnatum.

Alia causa est illius, secundum quod supra dictum est, eciam manifesta: Quia illi, qui ad cenam sacramenti huius venire rennuunt, ut dum raro, utpote semel in anno, accedunt, mox per malam vitam ipsum inhonestant et conculcant, quia iam iterum non intendunt diu, videlicet nisi post annum, ad sacramentum venire, credentes se per hoc liberiores esse ad peccandum et vivendum huic mundo [a]), quibusdam sciolis et, ut sibi [f. 26b] videntur, devotis in idipsum consulentibus et dicentibus homini christiano: „Si velis illud vel illud facere, quemadmodum est mercari vel sequi miliciam vel inplicari rebus publicis, caucius est, ut dimittas frequentem Christi corporis communionem.“ Sed unde talis persuasio prodeat vel qua scriptura fulciatur canonica, qui novit, ille ad libitum suum garrulet et contendat. Ego hoc semper incautissimum et periculosissimum christiano hactenus iudicavi ab illo se abstinere et pro rebus frivolis se removere, quod pro summa cautela et pro summo remedio et pro quodam azilo omnium bonorum redundante est hominibus christianis constitutum et traditum in hac vita. Super quo propheta in spiritu exultans, loquebatur, dicens: „Dominus exercituum proteget eos, et devorabunt et subicient lapidibus funde. Et bibentes, inebriabimur quasi vino et replebimur ut fyale et quasi cornua altaris. Et salvabit eos dominus deus ipsorum in die illa ut gregem populi, quia lapides sancti eleva-

---

24) Deterius est peccatori sese abstinere ab eucaristia, quam deo humilitatum bono proposito amplius non peccandi accedere frequenter *A ad calc. fol. inf.*

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Ego autem hoc semper incautissimum et periculosissimum, etc., *ut infra.* Quod si Jhesus est positus in ruinam oc., *v. infra p. 126, lin. 17.*

[1]) *Lucae XIX. 12 sq.* [2]) *Matth. XXV. 22.*

buntur super terram eius. Quid bonum eius et quid pulcrum eius, nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines?", Zacha. IX. g. [1]).

Ego loquens inquam coram domino Jhesu crucifixo, non ut hominibus placeam, sed deo, qui probat corda nostra[a]) [2]), hoc tale consilium ratus sum nequaquam esse ex deo, quod manifeste ewangelio in locis pluribus videtur obviare, precipue illi verbo, ubi dominus per parabolam innuit ad cenam suam esse homines invitandum et compellendum[3]), et quod prebet hominibus ausum et occasionem a Christo suo Jhesu, id est sua salute, se elongandi, qui nichil prorsus iudicii hominum, nichil omnino mortis humane aut cuiusvis offense vel dampnacionis continet; qui missus est in mundum, non ut iudicet mundum, sed ut mundus salvetur per ipsum, Jo. III° [4]). Et hoc est, quod dicit apostolus Ro. VIII° a. [5]): „Nichil est dampnacionis hiis, qui sunt in Christo Jhesu, qui non secundum carnem ambulant."

Quod si Jhesus est positus in ruinam et petram scandali et in lapidem offensionis [6]), ruina est et scandalum solum hiis, qui pereunt et secundum carnem ambulant. Non autem tantum in hoc sacramento est talibus Jhesus in ruinam tunc, cum illud[b]) comedunt[c]), sed iam dudum in aliis omnibus suis bonis naturalibus, fortuitis, male eis abutendo, offenduntur[d]), quamvis hic mensuram iniquitatis sue et suorum patrum iuste et necesse compleant et suam offensionem. Non autem ruina hec et offensio venit ex sacramento, sed ex eorum dudum mala[e]) et ingrata voluntate, unde et omne malum eorum est inchoatum, sicud scriptum est per prophetam [7]): „Ex me est[f]) salus tua, ex te tantum ruina[g]) tua." Propter quam voluntatem eciam omnia, quibus utuntur in hac vita et quibus conversantur, eis cumulant dampnacionem, postquam semel est eorum voluntas depravata, sicut scriptum est [8]): „Non potest arbor mala fructus bonos facere"; ut quid igitur tales impii cenam occupant et tam

---

17) De abutentibus *A*.

a) *post corr. in marg. A.* b) *om. B.* c) manducant *D 1.* d) offendimur *A et B;* offenduntur *D 1;* offendunt *D 2.* e) *om. D 2.* f) *om. D 1. 2.* g) autem perdicio *D 1. 2.*

1) *Zachar. IX. 15—17.* 2) *Cf. I. Thess. II. 4.* 3) *Cf. Matth. XXII. 1 sq.* 4) *Joann. III. 17.* 5) *Rom. VIII. 1.* 6) *Cf. I. Petri II. 8.* 7) *Cf. Isaiae LVI. 1; libere all.* 8) *Matth. VII. 18.*

diu in seipsis[a]) dominum Jhesum crucifigunt. Ponendus erat eis „laqueus, quem ignorant“ [1]) etc.

Hoc enim deus wlt, iusticia exigit, racio swadet, natura deprecatur, res publica exsequitur, ut omnia malivola in hoc mundo irremediabiliter et nociva, quatenus minus noceant minusque dehinc alii et ipsa eciam paciantur, eo cicius de terra vivencium evellantur, sicut scriptum est [2]): „Utinam abscindantur, qui vos conturbant.“ Et ideo furibus, iniuribus, predonibus et lupis decipule ponuntur et loca capciosa, ut cicius hii, qui nocent, noceantur. Quare scriptum est Sapiencie 14[b]) [3]): „Benedictum lignum, per quod fit iusticia.“ Similiter benedicta crux Jhesu, in quam iniqui homines, dei sui inveterati offensores, ipsimet offenderentur[c]), quatenus sic contemptores contempnantur et predones depredentur, sicut scriptum est Ysa. 33°[d]) [4]): „Ve, qui predaris, nonne et ipse predaris?“ Benedictum eciam est hoc vite lignum, id est corporis et sanguinis Christi Jhesu sacramentum, quod est, semper fuit et erit, sicut bonis vita in vitam, ita malis et ingratis christianis mors[e]) in mortem.

Et quemadmodum hoc sacramentum est mirabile, bonum et pulchrum, quod sine sui mutacione et minucione semper et ab omnibus in copia manducatum, semper est integrum; et cum semper generetur, semper persistit summe et perfecte generatum; et semper manens idem et antiquum, fit modo sibi proprio continue nowus panis celestis, qui dat vitam huic mundo et digne deo ambulanti: ita per omnia est mirabile, bonum et pulcherrimum hoc terrificum sacramentum, quod exercet iudicium christianis ingratis et Madianitis inmittit sedicionem, ut qui Christum Jhesum diu iam [f. 27[a]] veluti canes et sanctos eius secum conviventes inpie momorderunt, non inmerito in se ipsis conversi, invicem mordeantur et ab invicem consumantur; et qui dignos se vita hinc sibi prestita noluerunt exhibere, iuste mortem suam hic incurrant. Velint igitur nolintve predicti persuasores et inpeditores in plebe christiana huius, pleni iudicio

---

19) Mirabile eukaristie sacramentum, quia a multis manducatum semper est integrum, etc. *A ad calcem fol. infer.*

[a]) *post corr. A;* in seipsos *B.* [b]) *posterius suppl. A; om. B et D 1. 2.*
[c]) offenduntur *D 2.* [d]) *om. B.* [e]) mortis *corr.* mors *A.*

[1]) *Psalm. XXXIV. 8.* [2]) *Galat. V. 12, ubi* abscondantur *legitur.*
[3]) *Sapient. XIV. 7.* [4]) *Isaiae XXXIII. 1.*

et iusticia, mirabilis[a]) sacramenti, Jhesus Christus erit[b]) et in resurrectionem iustorum et in vitam in hoc sacramento et in ruinam impiorum et ingratorum christianorum et in mortem, sive semel sumant in anno, sive semel in sua tota vita, quoniam aput deum non est transmutacio neque[c]) vicissitudinis obumbracio[1]), neque cras neque heri, neque ista aput deum differunt, sed, prout dicit apostolus Hebr XIII.[2]): „Jhesus Christus est heri et hodie: ipse et in secula"[d]).

Lapis igitur iste, videlicet offensionis, et petra scandali est Jhesus crucifixus in isto sacramento durissimo cuilibet carnaliter iudicanti, sicut scriptum est Jo. VI.[3]): „Durus est sermo hic, quis potest eum audire?", et petra fluens melle et lapis olei omnibus suis electis, sicut scriptum est Deuteronomii 32[e])[4]): „Ut sugerent mel de petra oleumque de saxo durissimo." Pari modo est Jhesus crucifixus in isto sacramento lapis, quem reprobaverunt edificantes[5]), eciam illis, qui non misericorditer, non paterne dei plebem respiciunt, non invitant ad cenam sui domini, sed retrahunt et crudeliter repellunt. Et est[f]) inquam lapis factus ipsis in caput anguli duorum altrinsecus concurrencium parietum, scilicet vite et mortis, et bonorum et malorum, eorum, qui vitam diligunt, et eorum, qui mortem suam manibus suis attrahunt et eam amplectuntur[g]), sicud scriptum est[6]): „Posuit deus in manu consilii sui hominem, et ante eum[h]) bonum et malum, vita et mors, ignis et aqua, ut, ad quod voluerit, mittat manum suam." „A domino vero factum est istud et est mirabile in oculis nostris."

Quapropter a nullo hominum poterit inpediri, quin plebeius populus, boni et mali, magni[i]) et parwi, quocienscumque voluerint, manducent hoc sacramentum, legibus ecclesie sancte inconcussis et consilio sacerdotum, sicut[k]) scriptum est Ysaie

---

9) Christus in sacramento quibus est lapis offensionis et petra scandali et quibus *A*.

28) Communio parvulorum *D 2*.

[a]) mirabilis Jhesus oc.; sacramenti *om. B*. [b]) *om. B*. [c]) nec *D 1. 2*. [d]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Quapropter a nullo hominum oc., v. *infra l. 27*. [e]) *posterius suppl. A; om. B*. [f]) Est *corr.* Et est *A*. [g]) amplectantur *corr.* amplectuntur *A;* amplectantur *B*. [h]) *om. B*. [i]) *om. A et B; add. supp. lin. D 2*. [k]) sicut — poterit *om. D 1. 2*.

[1]) *Cf. Jacobi I. 17*. [2]) *Hebr. XIII. 8*. [3]) *Joann. VI. 61*. [4]) *Deuteron. XXXII. 13*. [5]) *I. Petri II. 7*. [6]) *Cf. Eccli. XV. 14—18 et Psalm. CXVII. 23*.

14[a])[1]): „Dominus cogitabit et quis infirmare poterit[b])". Cuilibet etenim profecto, qui fide stat Jhesu Christi[c]), notum[d]) illud esse oportet, quod scilicet omnis salvandus christianus, manducans cottidie vel alias sepe hoc plenum deitate corporaliter sacramentum, mirabiliter crescit per ipsum ac accelerat sue salutis perfeccionem. Ita e contrario omnis christianus indignus et dampnandus, frequenter contractans[e]) hoc sacramentum, suas iniquitates cicius perficit et indurat acceleratque suam inde dampnacionem[f]). Quod[g]) in Christo Jhesu fieri omnino est necessarium, prout omnes scripture antique et nowe decreverunt. Inde quoque et nomen habet inpositum per prophetam[h]), ubi dicitur[2]): „Voca nomen, accelera, festina predari." Et iterum[3]): „Prope feci[i]) iusticiam meam." Et iterum[4]): „Ero testis velox maleficis." Et iterum[5]): „Securis ad radicem posita est." Intelligebat et hoc, ut videtur, veritas, cum in cena institucionis huius sacramenti prebuit traditori panis buccellam vino intinctam, ad eundemque aiebat, dicens[6]): „Quod facis, fac cicius." Quod mox est subsecutum, quia Judas sumpto hoc sacramento illico ad profundum desperacionis et dampnacionis properavit[k]), quia statim de contubernio beatorum exiit, tradicionem sui magistri perfecit, et dehinc laqueo se suspendit. Et simile necesse est cuilibet evenire hoc sacramento abutenti; quod si quibusdam sacerdotibus, licet indignis, forte hoc non contingit, scilicet quod male viventes, tamen digne offerunt hoc sacramentum, inde eis forsitan parcitur, quia sunt ministri ecclesie et ideo ecclesie dei manducant, non sibi, et pro ecclesia dispensant, non pro se, hoc triticum germinans virgines.

Nullus[l]) ergo status hominum, nulla condicio, nullus sexus, nulla etas discreta, nulla occupacio, nullus labor, nulla cetera

---

5) Efficacia crebre communionis dignorum et perdicio in[dignorum] *A.*
23) Indigni sacerdotes, qui [sunt] offerentes sacramentum *B.*
29) Communio parvulorum *A.*

[a]) *om. B.* [b]) et quis infirmabit *B.* [c]) *D 1. 2. sequitur:* etc., ut infra. *Post quas voces* Cap. 5 *(rubr.) in cod. D 1. 2. incipit his verbis:* frequenter communicant, *etc. v. infra p. 145, lin. 25.* [d]) *D 1. 2. inferius contin.* [e]) contrectans *D 1. 2.* [f]) temptacionem *corr.* dampnacionem *A.* [g]) Quod — germinans virgines *om. D 1. 2.* [h]) prophetas *B.* [i]) fecisti *B.* [k]) properavit *A in marg.* [l]) Nullus status &c., *D 1. 2. contin.*

[1]) *Isaiae XIV. 27.* [2]) *Isaiae VIII. 3.* [3]) *Isaiae XLVI. 13.* [4]) *Malach. III. 5.* [5]) *Matth. III. 10.* [6]) *Joann. XIII. 27.*

huiusmodi, alias tamen licita et honesta, possunt vel debent plebi christiane obstare et eam inpedire sanguine Christi redempte et ablute ac per eum dignificate[a]), quin cottidie aut frequenter et communiter manducare et bibere valeant, si rite et iuste exoptent corpus et sanguinem Jhesu Christi, preter solum mala voluntas, alienata a deo, volens huic mundo vivere et secundum carnem suam peccatis suis captivatam ambulare. Solum, inquam, mens affeccione peccandi detenta et peccatum preteritum, de quo homo non cupit penitere, similiter et presens et futurum [f. 27[b]], quod adhuc proponit ex animo perpetrare, hec[b]) dividunt peccatorem primum a deo et dehinc et[c]) ab eius[d]) sacramentis, sicut[e]) scriptum est Ysaie 59[f])[1]): „Peccata vestra diviserunt inter me et vos[g])".

Hoc nunc breviter perstrinxi, sed postea multo lacius pertractanda, quoniam istis punctis omnibus infra dicendis locum et ordinem reservavi[2]).

Capitulum septimum[h]).

At nunc volo te reminisci, quod in quarto[i]) loco pro inconvenienti posuisti, dicens: Si plebei passim et cottidie in missis assistentes hoc sacramentum manducarent, sequeretur laycos et mulieres sacerdotibus et religiosis adequari fieretque sicut populus sic sacerdos.

Hoc dicens, satis crudeliter vel ex zelo non secundum scienciam moveris, eo quod illud, quod deberes optare, si bono dei spiritu ducereris, illud tu pro inconvenienti aduxisti. Nam ex spiritu bono dictum est Exod.[k])[3]): „Quid zelas pro me, quis michi det, ut totus populus prophetet." Ex superbo autem spi-

---

5) Nichil impedit communionem, nisi mala voluntas *D 2 (rubr.)*.

[a]) dignificante *A et B;* dignificate *D 1. 2.* [b]) hoc *corr.* hec *A;* hoc *B.* [c]) *om. D 1. 2.* [d]) eis *(sic) D 2.* [e]) sicut dicitur per Isaiam *D 1. 2.* [f]) *posterius add. A, om. B.* [g]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Consuetudinem in manducacione huius vivi panis &c., *v. infra p. 136, l. 13.*

[h]) *ita A rubr.;* Capitulum 8 *B rubr.* [i]) *recte* quinto, *cf. p. 117.*

[k]) *lacuna in A et B sequitur, spatium ad numerum indicandum relinquens.*

[1]) *Isaiae LIX. 2.* [2]) *v. l. IV. passim et l. V. dist. I.* [3]) *recte Numer. XI. 29, ubi legitur:* Quid, inquit, aemularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet?

ritu et invidie dictum esse congnoscis[a]) Judeos pro imitacione populorum post Jhesum dicencium: „Videtis, quia nichil proficimus; ecce totus mundus abiit post eum." Jo.[c]) [1]). Et licet consequens, quod adducis, nullum esset inconveniens, puta quod aliqui de plebe in virtute et meritis et in sacramentorum communione presbiteris adequentur[b]), nam alias illud verum esse videmus, cum mulieres, publicani et meretrices precedant nos scribas et phariseos in regnum celorum, dignius quam nos in domino Jhesu ambulantes: tamen consequencia tua simpliciter falsa est, quia licet populus dei cottidie sacramentum ecclesie iteraret, tamen in nullo adhuc esset equiparatus sacerdoti. Nam adhuc semper populus esset populus et sacerdotes essent propter officium prelati populorum.

Sed dices, quod minus utique reverencie populus exhiberet sacerdoti. Plane oppositum istius est verum, quoniam populus tunc multo amplius diligeret et revereretur suos sacerdotes, — tum quia maiora ab eis beneficia et sepius acciperet tamquam oves ad manus suorum pastorum pro suo cibo frequentando, — tum quia maiores labores habere cum suis plebibus sacerdotes oporteret in audiendo confessiones et sacramentum ministrando, et ex consequenti in dei populo maior cresceret dileccio et ad presbiteros gratitudo, sicut scriptum est Eccles.[c]) [2]): „Danti michi scienciam dabo gloriam;" et apostolus[c]) [3]): „Qui bene presunt presbiteri, duplici honore digni habeantur", — tum quia pactum caritatis esset renovatum et dominus Jhesus esset in medio in suo nomine collectorum, qui generat obedienciam in cordibus subditorum suis superioribus observandam, sicut scriptum est psalmo[c]) [4]): „Qui subdis populum meum sub me", — tum quia huius sacramenti primus et principalis est effectus ecclesiam Christo unire et membra ecclesie, que est Christi corpus, quodlibet secundum suum ordinem adiuvare. Quorum typum presignant res ille, in quibus est hoc sacramentum commendatum, prout dicit beatus Augustinus in omelia satis nota[5]): „Quo-

30) Sacramentum unionis est eukaristia *A*.

[a]) congnoscitis *A*; cognoscis *B*. [b]) adequantur *B*. [c]) *in A et B lacuna sequitur, spatium ad supplendum numerum relinquens.*

[1]) *Joann. XII. 19.* [2]) *Ecclesiastici LI. 23.* [3]) *I. Tim. V. 17.* [4]) *Psalm. CXLIII. 2.* [5]) *Cf. S. Augustini in Joann. evang., tr. XXVI, c. VI, ap. Migne, PL, t. 35, p. 1614.*

niam panem unum multa grana faciunt et in unum vinum multe uve confluunt.“ Ita hoc sacramentum sua virtute divina multitudinem populi facit unum, sicut scriptum est[a])[1]): „Qui facit unius moris habitare in domo.“

Quapropter ego non sine racione iam superius censui in hiis eciam periculosis diebus membra ecclesie valde nimis divisa, prout infra[2]) dicetur, ideo[b]), quia hunc panem divinum, suorum membrorum unitivum, plebs christiana, habundancia iniquitatis exigente, cessavit digne frequentare. Nam palam hoc sequitur ad predicta per topicam regulam: Cessante causa necesse est cessare et effectum.

Et rogo, tu[c]) sacerdos, qui murmuras contra plebeios et forte invidens, quod absit, contendis pro eo, quod frequenter cernis sacramentum hoc a tuis iunioribus fratribus epulanter manducare: vide, obsecro, quam ad pauca respicias, cum ita dicis, quod tunc nos, sacerdotes, contemptui duceremur, quia solum et vix nobis et religiosis est concessum, quibus et ex officio incumbit sepe missam celebrare. Nam si melius ad singula prospiceres, tibi dubium esse non posset, quod hoc dicens, iniuriam tue dispensacionis confirmas, quoniam, sicut dicitur Proverb. XIII. d.[3]): „Qui alicui rei detrahit, ad illud se obligat in futurum.“ Tu igitur hoc affirmans, primum teipsum obligas, ut non accedas ad hoc deo plenum sacramentum cottidie vel sepius quam plebei, nisi vivas sanccius et perfeccius quam plebei hii, quos dure reprehendis de cottidiana sacramenti sumpcione, quoniam eos increpans, tu teipsum crudeliter condempnas, qui cottidie vel sepe consuevisti tuam missam celebrare, nisi vivas multo perfeccius et iustius, sicque magis ieiunes, magis vigiles, magis peccata defleas, magis mundum tabernasque relinquas. Nam quemadmodum et predicator, si ea, que detestatur, crimina, que deturpant, [facit][d]), suo ore seipsum abiudicat [f. 28a] et ex ore suo, nequam servus, convictus plagis, vapulabit[4]). Et idcirco tu quoque noli extolli, sed teipsum coerce[e]), ne forte agraves tuam in hoc

---

12) Sacerdotes condempnant simplices *B rubr.*

26) Sacerdotum quolibet die conficiencium qualis esse debet vita *A.*

[a]) *in A et B lacuna sequitur, locum ad numerum supplendum relinquens.*
[b]) *corr. in marg. A.* [c]) te *corr. super linea* tu *A.* [d]) *add. ab ed.*
[e]) coherce *B.*

[1]) *Psalm. LXVII. 7.* [2]) *Cf. l. IV, art. VIII, c. 9, et locis aliis.*
[3]) *Proverb. XIII. 13.* [4]) *Cf. Lucae XII. 47—48.*

dampnacionem, sicud scriptum est Ro. II° a.[1]): „Propter quod inexcusabilis es omnis, qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, teipsum condempnas. Eadem enim agis, que iudicas", etc. in biblia. Si autem dignius vivis et sanccius quam hii, quos de plebe cottidie velle sumere sacramentum causaris, adhuc noli altum sapere[a]), sed pocius time[2]). Nam plebei cum vita communi hominum et minus sancta et perfecta possunt licite accedere, sicut tu, ita[b]) sepe ad dei sacramentum, quia non ita, sicut tu, vitam arduam perfectamque et sanctam sunt professi in christiana religione. Si igitur tu vivis sanccius et perfeccius manifeste quam plebei, non est mirum: necessitas tibi incumbit et gloriam tibi acquires, quia sal es terre, lux mundi et civitas supra montem situata[3]). Si autem vivis deterius quam plebei vel eque sicut plebei, ve tibi est, quia rupisti votum, confudisti professionem et es sal infatuatum, quod ad nichilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus et in sterquilinium transmittatur[4]).

Sed instans adhuc contra hec: Sacerdotis[c]), inquies, ex officio interest sacrificium offerre populi pro peccatis, et ad quod plebeius non est obligatus. Hec dicens, verum dicis. Sed dic cum hoc, quod sacerdos non eo minus, sed multo magis peccat quam plebeius indigne manducans et bibens corpus et sanguinem Jhesu Christi, quoniam persona, status et officium nimis aggravant sacerdotis indignam sumpcionem, sicut scriptum est Deutero. XXXII.°[5]): „Constituit eum super excelsam terram, ut comederet fructus agrorum, ut sugeret mel de petra oleumque de saxo durissimo", subaudis[d]) in isto dulcissimo sacramento. Et sequitur paulo post[6]): „Incrassatus est dilectus, recalcitravit, incrassatus, inpinguatus, dilatatus dereliquit deum, factorem suum, et recessit a deo salutari suo." Et David[7]): „Si inimicus meus maledixisset michi, sustinuissem utique. Et si is, qui oderat me[e]), super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero unanimis, meus dux et notus meus, qui dulces

---

21) De sacerdotum vita et qui wlgares facil . . . repellunt ab eukaristia *A*.

a) sepe *corr.* sapere *A*. b) *post corr. A*. c) sacerdos *corr.* sacerdotis *A*. d) subaudi *A*. e) *ita B;* mee *false A*.

1) *Rom. II. 1.* 2) *Cf. Rom. XI. 20.* 3) *Cf. Matt. V. 13. 14.* 4) *Cf. Matth. V. 13.* 5) *Deuteron. XXXII. 13.* 6) *Deuteron. XXXII. 15.* 7) *Psalm. LIV. 13—15.*

simul cibos capiebas mecum, etc. In domo dei ambulamus cum consensu". Verumtamen, heu, michi indigno sacerdoti, qui indigne vivo mea digna et magna supra fratres meos vocacione, quoniam video de communi populo mulieres necnon coniugatos castius, iustius et magis sobrie vivere et multo plura misericordie opera tota die exercere, quam ego et mei similes sacerdotes et qui totaliter vitam huius mundi contempserunt. Quo igitur swasu et qua audacia talibus deum et dominum suum petentibus sacramentum potero denegare, cum alias missus sim[a]) a suo districto domino, ut tales non tantum repellam a cena mei magni domini, sed magis venire conpellam? Missus sum, inquam, ut non tantum non diswadeam, sed ut invitem et iterum atque iterum dicerem invitatis, ut venirent. Attendo cum hiis, quod ego obligatus et ex officio et ideo pluries et inparate et indigne me ingero ad hoc divinum sacramentum, predicti autem plebei mera et libera accedunt voluntate. Me inpellit ut plurimum merces questuaria celebrare, illos sola devocio[b]) ad unionem cum Christo conducit. Me respectus lucri cuiuslibet temporalis et vita dulcis et quieta adicit fungi sacerdocio, illos sola karitas perurget, cum victicent suo proprio de labore. Ut quid igitur adhuc iudicor, si ex bona consciencia et scripturis roborata dispenso plebeis petentibus istud traditum pro plebe deificum sacramentum? Sed penes dictum apostoli I[a] Cor. IIII[o] [1]): „Cum inter dispensatores queritur, ut fidelis quis inveniatur, michi pro minimo debet esse, ut ab homine iudicet aut ab humano die; sed neque meipsum iudico; qui iudicat me, dominus est."

Capitulum octavum[c]).

Quod si adhuc tuam racionem afferas, dicens, si communitas christiana hoc cottidie vel sepe sacramentum manducaret, istud iterum inconveniens ad precedencia frequencia, quod populus et iam ex sola consuetudine et non ex devocione dei sacramentum manducaret et per consequens magis prophanaret sacramentum, quam ipsum honoraret:

---

[a]) *ita A;* sum *B.* [b]) de vicio *corr.* devocio *A.* [c]) *ita A rubr.; om. B.*

[1]) *I. Cor. IV. 2—4.*

Ad hoc responsio est impromptu condigna, quia, si hoc inducis pro inconvenienti, tunc simile inconveniens evenit dei ecclesié omni anno, quoniam ex sola consuetudine et usu omni anno totus populus christianus manducat hoc sacramentum; adde hiis, quod coactus precepto et censura ecclesie et ex rubore de hiis, qui semel[a]) in anno plurimum accedunt, sed non ex devocione et non sponte, ergo tanto indignius. Igitur per te, qui sic loqueris, habes perswasum, quod dei ecclesia omni anno prophanat hoc sacramentum et multo culpabilius, quam si sua libera voluntate, et quando vellent, hoc sacramentum populi manducarent, quod tamen de sancta ecclesia [f. 28b] nequaquam est senciendum[b]).

Illud tamen, quod tu pro inconveniente adducis, puta consuetudinem, sacramentum[c]) a populo dei frequentandum, ego virtutem esse censerem et opus spiritus Jhesu Christi, tum quia consuetudo bona bene operandi est virtus moralis a doctoribus diffinita; sed hoc sacramentum manducare[d]) homini, qui est in gracia, est bonum bene operari, — tum quia consuescere talia, scilicet orare, ieiunare, vigilare, elimosinas dare est semper et fuit laudabile in homine christiano; sed consuescere hoc sacramentum frequenter sumere est hiis omnibus prestancius, quantum ipsum opus, quod digne fit, est prestancius, nisi forte, si tamquam homo illiteratus velis dicere et obstare, quod orando et ieiunando, vigilando et similia faciendo non incurrit homo iudicium, licet ea indigne operetur, quemadmodum qui sumit sacramentum indigne, reus erit corporis et sanguinis domini. Ideoque scire te non pigeat, quod omnia hec, que sunt expressa, et alia singula de genere bonorum, quandocumque[e]) indigne quis operatur, quantum est ex parte operantis (non dico quantum ad ipsum opus), iudicium sibi operatur et ei convertitur in peccatum, utpote de oracione dictum est per psalmistam[1]): „Et oracio eius fiat in peccatum", et iterum[2]): „Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iusticias meas"[f]), quoniam inquinatis nichil est mundum secundum apostolum[3]): „Et arbor mala non potest nisi malos fructus facere" secundum Jhesum

16) Nota *A*. Consuetudo bona *B rubr.*

[a]) qui semel *om. B (sic).* [b]) *corr. ab ed.;* fugiendum *A et B.* [c]) *om. B (sic).* [d]) *post corr. in marg. A.* [e]) *post corr. A.* [f]) *lacuna sequitur in A.*

[1]) *Psalm. CVIII. 7.* [2]) *Psalm. XLIX. 16.* [3]) *Cf. Matth. VII. 17.*

Christum, et omne, quod non est de fide, peccatum est. Quod si aliqua retribucio temporalis sic indigne talia operantem consequitur, — quemadmodum quidam dicunt: Que sub mortali sunt bona, dant bona terre, vitam augmentant, minuunt tormenta iehenne, etc., — illa fit non ex operante[a]) indigne, quia ille est mortuus et non nisi iudicium sibi acquirit, ut dictum est, sed ex opere operato, quia deus, iustus iudex, nullum bonum opus sinit inpremiatum pertransire. Sicut igitur deum diligentibus omnia et sic eciam consuetudo manducandi sacramentum cooperantur in bonum, hiis, qui secundum propositum dei vocati sunt sancti secundum apostolum Ro.[1]), ita indigne ambulantibus et ingratis christianis[b]) omnia et per consequens obmissio communionis in malum convertentur. Consuetudinem[c]) tamen in manducacione huius vivi panis non sinit vilescere per spiritum Jhesu innovacio appetitus in mente fidelis plebis christiane, sicut consuetudinem panis corporalis cottidie manducandi non permittit vilescere renovacio appetitus et esuriei per naturam[d]).

Capitulum nonum[e]).

Convenio itaque tuam conscienciam, o sacerdos, per iudicem vivorum et mortuorum, ut penses, unde veniat illud in te, quod tam dedignaris tibi dei populum in frequentacione communionis coequari, ne forte illa displicencia atque murmuracio ex superbia, o sacerdotes, atque talis defensio emanaverit. Ad quos dudum ante dictum est per verbum dei Exo.[f])[2]): „Multum erigimini, filii Levi.“ Hodie tamen hec iniquitas supra modum habundavit, scilicet quod nos sacerdotes, existentes moribus et vita laycis quibusdam multo heu inferiores, tamen de nostro statu plus, quam decet, gloriamur[g]), alias nichilominus dignitatem sacerdocii miserabiliter pessundantes per conversa-

26) De sacerdotibus. Cur contemptui dantur a wlgo *A*.

[a]) *post corr. A.* [b]) *om. B.* [c]) .Consuetudinem in manducacione oc., *ita D 1. 2. contin. (cf. supra p. 130 n. g).* [d]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Preparacio digna oc., *v. infra p. 145, lin. 1.* [e]) *ita A rubr.* Capitulum X *B rubr.* [f]) *lacuna restat, spatium ad supplendum numerum relinquens in A et B.* [g]) *ita A;* gloriantur *B.*

[1]) *Rom. VIII. 28.* [2]) *recte Numer. XVI. 7.*

cionem nostram inpudicam et elatam, dedignantes, si in nullo plebei nobis adequentur. Et quia contra domini Jhesu ewangelium elevamus nosmet ipsos, ubi dicitur [1]): „Nolite vocari rabi", etc., et Luce [2]): „Nolite ferri in altum", et Petrus [3]): „Non dominantes in clero", id est in populo, et „sorte Christi Jhesu", subaudis [a]) populo christiano: ideo, inquam, secundum ewangelium merito nobis evenit vilipendi a populo nimis et contempni, quia in ewangelio dicitur et est lex indispensabilis in pallacio regis regum, Jhesu crucifixi: „Qui se humiliat, exaltabitur, et qui se exaltat, humiliabitur" [4]).

Sed nos, proch dolor, quia nimis populo dei superbimus, ut iam dictum est, ideo hodie, ut circuitur communiter et moleste, passim a laycis magnis et parvis contempnimur, minusque, quam decet, in populo cum reverencia pertractantur sacerdotes. Sed neque eis, ut deberet, obeditur, sed vilipendimur, concutimur et mactamur et bona nostra et ecclesiarum violenter auferuntur, ut iam palam layci locuntur et proverbium nullum dicunt, alter ad alterum inquientes: „Si iniuriose contigeris clericum et sacerdotem, expedias te sine mora de ipso et occide, ne forte per eum vexeris in futurum", addentes: „Sacerdos tunc est sacerdos solum, dum ad altare pertractat sacramenta. Et tunc solum oportet eum revereri, alias vero minime, quoniam, quidquid mandant sacerdotes, predicant aut locuntur, totum pro pecunia faciunt et pro [b]) lucro, ut habeant, unde tribuere suis pulcerrimis concubinis."

Ecce, tales voces, plene blasphemie et vituperii domini Jhesu sacerdotum, ora wlgi fere tocius christiani repleverunt. Propter quod quid aliud sumus in hiis diebus, o domini Jhesu sacerdotes, nisi sal infatuatum, quod ab hominibus conculcatur, lapides sanctuarii [f. 29a] dispersi in capite omnium platearum [5])?

Et placet hic modicum considerare, quomodo sacerdotes domini sint dispersi et conculcati, prius quidem dispersi et post ab hominibus conculcati. Dispersi sunt igitur lapides sanctuarii, quia sacerdotes a populo dei et a suis plebibus corde sunt aversi, avaro spiritu et superbo hec in eis operante, et ideo ab hominibus ob hanc causam sunt conculcati. Dispersi, in-

---

[a]) subaudi *B.* [b]) quod *corr.* pro *A*; quod *B.*

[1]) *Matth. XXIII. 8.* [2]) *Cf. Lucae XII. 29.* [3]) *I. Petri V. 3.*
[4]) *Cf. Lucae XIV. 11.* [5]) *Cf. Matth. V. 13 et Thren. IV. 1.*

quam, sunt, quia ab invicem per inobedienciam a suis superioribus recesserunt; conculcati ab hominibus, quia similiter eisdem a subditis obediencia non servatur. Itaque corda patrum a filiis sunt aversa, et filii parentibus inobedientes nimis sunt multiplicati, quia lapides sanctuarii a se invicem discesserunt, caritate multorum refrigescente; et presbiteri sunt conculcati a plebibus, iniquitate hincinde, id est in populo et in clero, habundante, et quia superbi facti sunt plebeis sacerdotes in tantum, ut, si quis clericum offendat, mox anathemate coartatur, si autem laycus offendatur, nichil horum offensor pacietur, et abhominacio est clericis de pari cum laycis iudicari. Et exinde advenit, quod layci clericis magis sunt offensi et clerici laycis sunt magis superbi et infesti. Et sic alterutrum se contempnunt, quando et prelati clericis nimis dure imperant, potestatem eorum eis adimunt et in se eam refundunt, unde inde magis venerentur[a]). Et adhuc supremi aliis inferioribus potestatem eorum choartant[b]) et suum synum dilatant, se magis magisque elevando. Indeque iusto dei iudicio nos, quibus dictum est[1]): „Dii estis et filii excelsi omnes, vos autem sicut homines moriemini", et sicut Lucifer cecidimus confusionis et contemptus in profundum[2]).

Verumptamen, ut dicere ceperam, merito hec patimur, quia peccavimus in fratrem ac dominum nostrum Jhesum Christum, qui nos elegit ex omni carne et dedit nobis fungi sacerdocio et habere laudem in nomine ipsius commendavitque divicias sapiencie et sciencie nobis miseris et fragilibus, ut non nobis sit honor et gloria, non nobis, sed suo nomini donaretur, sicut scriptum est II[a] Cor. IIII[o][3]): „Habemus hunc thesaurum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis dei et non ex nobis." Nos autem inpudice de bonis suis et de suo honore ac gloria in altum ferimur, sicut scriptum est[c])[4]): „Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me." Posuit nos super gregem suum, pulcro et bono tritico adhibito, sicut scriptum est Gen. XXVII[5]): „Frumento et vino et oleo stabilivi eum", ut demus cibum eius familie in tempore suo. Nos autem solum sine timore pascentes

---

[a]) *ita A:* reverentur *B.* [b]) *ita A;* cohartant *B.* [c]) *post hanc vocem in A et B lacuna restat, spatium ad numerum supplendum relinquens.*

[1]) *Psalm. LXXXI 6—7.* [2]) *Cf. Isaiae XIV. 12.* [3]) *II. Cor. IV. 7.* [4]) *Isaiae I. 2.* [5]) *Genes. XXVII. 37.*

nosmetipsos, panem cottidianum ab ore abstrahimus parvulorum. Et pro eo scriptum est Ezech. XXXIII° a.[1]): „Ve pastoribus Israel, qui pascebant semet ipsos. Nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis et lanis operiebamini, et quod crassum erat, occidebatis; gregem autem meum non pascebatis.“ Nota ibidem singula, que secuntur. Misit, inquam, nos vocare ad cenam magnam suos[a]) invitatos. Nos vero legacionem, qua pro Christo fungimur ad populum, fraudulenter exequimur. Et tamen scriptum est[b])[2]): „Maledictus vir, qui facit opus domini sui fraudulenter.“ Non enim vocamus ad cenam, sed contra venientes reclamamus, non compellimus, sed repellimus venientes. Nos igitur infideles dispensatores et inpudentes et non dantes tritici huius mensuram familie nostri domini, cum venerit, quomodo poterimus approbari?

Capitulum decimum[c]).

Sunt insuper aliqui, qui, magis ex contencione quam ex racione commoti, dicunt ad suos cohortes: „Absit a me cottidie vel alias tam frequenter corpus Christi et sanguinem sumere. Quis michi hoc tribuat, ut ter in anno vel semel ipsum digne queam bibere et manducare?“ Plane, quia hec adoptacio ex racione non venit, non esset digna responsione, sed tamen, ne sibi huiusmodi bene optasse videantur, est notandum, quod hoc plenum deliciis paradisi sacramentum digne[d]) manducare cottidie et digne manducare ter in anno vel[e]) semel in anno, digne manducare frequenter et digne manducare raro, vel sunt utraque simul eque possibilia christiano populo conveniencia vel unum tantum, puta semel in anno magis quam reliquum, scilicet cottidie vel frequenter. Si datur primum, scilicet quod utrumque simul eque est possibile, tunc ceteris paribus fatua et nociva est adoptacio supradicta. Nam irracionabile est sine causa eligere minus bonum, obmisso magis bono, si cetera concur-

16) Contra illos, qui fugientes frequentacionem eukaristie, dicunt: Utinam semel in anno digne percipere su *(cetera abscisa sunt) A.*

[a]) suas *corr.* suos *A*; suos *B.* [b]) *lacuna in A et B sequitur.* [c]) *ita A rubr., om. B.* [d]) dignum *corr.* digne *A.* [e]) vel — digne manducare *om. (sic) B.*

[1]) *recte Ezech. XXXIV. 2—3.* [2]) *Jerem. XLVIII. 10.*

runt paria. Et [f. 29b] iniquum est pocius eligere uniri cum Christo semel in anno quam cottidie optareque magis esse participem deliciarum celestium semel in anno vel raro quam continue vel frequenter. Et ex hoc maxima videtur iniuria et violencia amori domini nostri Jhesu Christi exhiberi, quoniam ipse totus bonus et piissimus est deus, zelotes ac inportunus amator nostrarum animarum. Amorem etenim nemo habet maiorem, quam ut quis animam suam ponat[a]) pro amicis suis. Quapropter continue se ingerit et ad instar inportune irrumpit nobiscum continue ad manducandum cottidie et frequenter nobis[b]) ad communicandum. Inde est illud Luc. XX. c.[1]): „Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum." Et ad hoc est illud Apoc. IIIo[2]): „Ego sto ad hostium et pulso. Et si quis vocem meam audierit et apperuerit ianuam, intrabo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum"; item Cantic. V.[3]): „Aperi michi, soror mea, amica mea, columba mea, inmaculata mea, quia caput meum plenum est rore et cincinni mei guttis noccium." Et Mt. XV.[4]): „Venite ad me omnes, qui laboratis et honerati estis, et ego reficiam vos"; item illud[5]): „Ecce, ego vobiscum sum usque ad consumacionem seculi", et multa similia, per que pius dominus Jhesus amorem suum et desiderium exprimit cum filiis hominum suas delicias frequentandi manendique continue in suis dilectissimis animabus. Quam ob causam anima iusti sedes esse sapiencie est per sapientem diffinita[6]). Et secundum apostolum Christus est dei virtus et dei sapiencia[7]), et ipsa est, que dicit[8]): „Edent me et adhuc esurient, bibunt et adhuc sicient", quoniam „delicie mee esse cum filiis hominum"[9]). Propter quod ineffabilis inmensitas divine sapiencie „edificavit sibi domum et[c]) excidit columnas VII, ponens [?] men[sam], propo[suit] pa[nem] et vi[num], misit an[cillas] su[as] di[cere] invi[tatis], ut ve[niant], quia para[ta] sunt omnia"[10]). Que omnia proprie ad literam in hoc cottidiano pane supersubstanciali sunt completa et perfecta. De quo scriptum est[11]): „Quam magna multitudo dulcedinis tue, domine, quam

---

[a]) *add. A in marg.* [b]) nobiscum *(sic) B.* [c]) *om. A et B.*

[1]) *recte Lucae XXII. 15.* [2]) *Apoc. III. 20.* [3]) *Cantic. V. 2.* [4]) *recte Matth. XI. 28.* [5]) *Matth. XXVIII. 20.* [6]) *Cf. Sap. IX. 10.* [7]) *Cf. I. Cor. I. 24.* [8]) *Eccli. XXIV 29.* [9]) *Prov. VIII. 31.* [10]) *Cf. Proverb. IX. 1 sq., sed bibliae textus valde discrepat.* [11]) *Psalm. XXX. 20.*

abscondisti timentibus te." Tunc ad propositum: „Perfecisti eis, qui sperant in te in conspectu filiorum hominum." Et ut vicem sue dignacioni suisque desideriis repundamus, nobis optandum et orandum instituit, ut frequentissime et cottidie, non solum ter in anno vel semel, petamus et dicamus: „Panem nostrum cottidianum"; et quia cottidiane visitacioni ac dulcissime gracie creberrimeque acceleracioni sue ad nostra contubernia ydonee occurramus, adiunxit notanter iterandum: „Da nobis hodie". Super quo dicit beatus Bernhardus[1]): „Cur, queso, tantum festinas[a]) esse nobiscum? Quare non differs usque cras? Si sic amor nostri te urget, ut differre nequeas, quin statim velis esse nobiscum, nec nos amplius differre debemus. Si cottidie vis cibus noster esse, nescio, quid dicam de tanta[b]) benivolencia tua, quia in illis thesauris clemencie tue abissus multa. Ideo nil aliud scio dicere, nisi ex quo semper vis esse nobiscum, nos[c]) omni[d]) tempore sumus[e]) tecum". Hec ille.

Sane igitur[f]) dixi illam wlgatam supradictam opinionem esse satis irracionabilem et crudelem, puta eligere semel cum Christo Jhesu convivari vel ter in anno, et quod iustius et utilius nobis esset optandum et dicendum: Quis michi hoc tribuat, ut cottidie vel bis omni die, scilicet vespere et mane, possim digne corpus et sanguinem Christi bibere et manducare, qui continue atque cottidie elegit et festinat mecum, homine indigno ita familiariter convivandum? Quoniam ponere mensuram inmense dignacioni divine et numerum determinare dei sapiencie innumerabili nequaquam venit ex spiritu pietatis.

Quod si forte inquies utrumque esse inpossibile homini, puta et[g]) cottidie et semel in anno digne hunc panem celestem manducare: et hoc dato, adhuc fatue exoptasti, dicens: „Utinam semel in anno vel in tota vita digne hoc sacramentum manducarem", tum quia secundum tuam opinionem id[h]), quod est inpossibile, frustra elegisti, tum quia non videbitur tunc racio, quare pocius semel in anno quam cottidie eligebas, dato per te, quod utrumque sit possibile. Si autem unum tibi magis possi-

5) [Panem] nostrum quottidianum da, etc. *A.*

[a]) festinitas *corr.* festinas *A.* [b]) detenta *corr.* de tanta *A.* [c]) non *corr.* nos *A*; non *B.* [d]) omnino *corr.* omni *A.* [e]) *post corr. A.* [f]) ergo *B.* [g]) *om. B.* [h]) *ita A*; illud (id) *B.*

[1]) *Cf. S.Bernardi Claraev. serm. de verbis domini in coena, s. XIII, ap. Migne, PL, t. 184, p. 942.*

bile quam reliquum esse videretur, scilicet semel vel raro digne sumere hoc divinum sacramentum, quam cottidie et frequenter, et idcirco hoc esse sanxisti pocius eligendum, tunc vide, queso, beatum Ambrosium et Augustinum, Jeronimum et Crisostomum et multos alios doctores, qui huic insane tue opinioni patulo adversantur, quorum dicta post in tractatu tercio reperies de hac materia recollecta [1]).

Capitulum undecimum [a]).

[f. 30a] Sed neque eciam ullam pro tua fantasia poteris adducere racionem, quoniam ceteris paribus, si raro accedentes ad divinum sacramentum, ut in pluribus, velut tu asseris, dignius id acceptarent, quam hii, qui sepe, vel hoc esset ideo, quod scilicet illud requireret ex sua natura iste vivus panis. Sed hoc dici nequaquam poterit, si paulo ante deducta perpendantur, quoniam, ut dictum est, ideo sapiencia divina in statu cibi et potus communicandam se hominibus prebuit, ut per hoc innuat sui creberrimam sumpcionem, continuam manducacionem[b]) et intimam secundum spiritum digescionem. Propter quod dictum est [2]): „Edent me et adhuc esurient, bibent et adhuc sicient." Ad idem loquitur Hugo super prologum Angelice Jerarchie, dicens [3]): „Sapiencia increata, que se per invisibilia manifestat, volens ostendere, quomodo ipsa sit animarum cibus et refeccio, propterea assumptam carnem nobis in edulum proposuit, ut per cibum carnis nos ad gustum invitaret deitatis." Vel hoc fieret ideo, quia raro accedentes se longius et per consequens dignius prepararent, ut est per abstinencias, oraciones et elemosinas ad hoc divinum sacramentum. Et isto dato, tunc primum tuam conscienciam convenio, si[c]), sic differendo per mensem vel per annum sumere hoc sacramentum, in medio tempore continue, indefesse, magis ac magis te preparas, ut[d]) dignius atque dignius disposueris ad hoc sacramentum. Inevita-

---

9) De preparacione *A*.

a) *ita A rubr.; om. B.* b) ruminacionem *corr.* manducacionem *A*. c) *om. B.* d) *corr. ab editore;* et *A et B.*

1) *v. l. III, tr. III.* 2) *Eccli. XXIV. 29.* 3) *Hugonis a S. Victore Expos. in hierarchiam caelestem s. Dionysii Areopagitae, lib. II, ap. Migne, PL, t. 175, p. 953.*

biliter tamen verum esse de frequentacione et preparacione huiusmodi arbitror id, quod per doctores a poeta traditur et probatur, scilicet: „Qui non est hodie, cras minus aptus erit."

Enimvero concesso hoc et[a]) admisso, quod iam in medium adduxisti, sequitur inconcusse, quod hii, qui frequenter sumunt, dignius eos contingit accedere quam qui raro, (1) tum quia intensius[b]) et vivacius se preparant, brevi mora eos perurgente ad preparandum; nam illos, qui raro comedunt, ut puta semel in anno, longum tempus facit remissos, ut est communiter videre pene in omnibus modernis christianis. Nam, cum per totum tempus ab ante Christo Jhesu minime vivere advertuntur[c]), vix tandem breve tempus inmediatum sumpcioni sacramenti curant utcumque se adaptare; valde etenim mora hominem resolvit, promittens emendacionem in futuro; propter quod dictum est per psalmistam[1]): „Tempus faciendi, domine, dissipaverunt legem tuam." Et propheta[2]): „Expecta, reexpecta[d]), modicum ibi, modicum ibi." Et super hoc nota Crisostomum Ad Hebreos sermone XVII.[3]): „Dic, inquit[e]), rogo, qui[f]) post annum communione participaris, XL[a] dies putas tibi sufficere ad emundacionem peccatorum tocius anni, et iterum septimana transeunte trades teipsum primis sordibus. Dic enim michi, si salvus es XL[a] diebus ab egritudine longa, iterum te mortificacionibus crebris[g]) tradas, nonne et primum laborem et peiorem mortem incurres." Et post pauca[4]): „Quadraginta dies tantum tribuis saluti anime tue. Arbitror autem, quia neque XL[a] dies tibi speras propiciandum; iocaris magis, dic michi, hec dicens: Non ab una vos in anno percepcione veto, sed volo vos sepe accedere digne, sanctis hec concessa sunt." Hec[h]) ille;

(2) tum eciam, quia[i]) ex eo dignius sumunt sacramentum, qui sepe communicant, quia hii, qui frequenter acceperunt, non tantum ab eo, quod in promptu sunt comesturi corpus Christi, intensiori solercia preparantur, sed eciam stare continue preparati coartantur ab eo, quod inmediate ante iam cenam dominicam comederunt. Et talem eorum preparacionem continuam

---

[a]) *om. A.* [b]) intencius *B.* [c]) *ita A;* abutuntur *B.* [d]) respecta *(sic) B.* [e]) *ita A;* michi *B.* [f]) quid *B.* [g]) cibis *corr. in marg.* crebris *A.* [h]) *om. B.* [i]) quia *corr.* eciam quia *A.*

[1]) *Psalm. CXVIII. 126.* [2]) *Isaiae XXVIII. 10.* [3]) *S. Joannis Chrysostomi in ep. ad Hebr. c. X, hom. XVII, ap. Migne, PG, t. 63, p. 131—132.* [4]) *ibid. p. 132.*

pretendit verbum ewangeliste inquientis [1]): „Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus, expectantibus dominum suum, quando reversatur", et cetera. Similiter: „Et vos estote parati, quia [a]) qua hora non putatis, filius hominis veniet" [2]). Sicque cottidie vel frequenter accedentibus conpendiose evenit, ut semper preparentur, et in eo, quod proficiunt, stant continue preparati;

(3) tum eciam exinde hii, qui frequenter manducant sacramentum, amplius digne preparantur, quoniam crebram vel continuam domini sui presencie in [b]) hoc agunt memoriam, efficaciter eos in idipsum iuvante et commovente frequentacione istius beatifice comescionis. Propter quod dicitur [3]): „Hoc facite in meam commemoracionem"; et: „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo" [4]). Servum autem, qui continue presens et intimus existit suo domino, neccesse continue est ipsum ydonee preparari, ac continue stare coram eius oculis preparatum, sicut scriptum est [5]): „Sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nobis". Et propheta [6]): „Ostendam tibi, quid sit bonum et quid deus requirat a te: facere utique misericordiam et iudicium et sollicitum te ambulare cum domino deo tuo";

(4) tum eciam magis digne preparati accedunt hii, qui [c]) cottidie vel sepe frequentant sacramentum, quoniam preparacio [d]) digna hominis magis venit ex virtute et efficacia [e]) istius deifici et vivi panis, quam ex ipso homine, quia non nosipsos dignos possumus facere vel preparare, sed [f. 30b] suum est hoc dignos nos efficere, sicut scriptum est [7]): „Ipse fecit nos et non ipsi nos". Unde [f]) apostolus [8]): „Fiduciam [g]) talem habemus per Christum ad deum, non quod sufficientes simus a nobis quasi ex nobis vel cogitare, sed omnis sufficiencia nostra ex deo est." Propter quod ipse est principium et finis, ipse incipit, proficit et perficit, quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt om-

---

[a]) *om. A et B.* [b]) *add. A sup. lin.* [c]) *lineae superpos. A.* [d]) *hac voce D 1. 2. excerpta sua persequuntur.* [e]) ex virtute efficaci *D 2.* [f]) et *D 2.* [g]) Fiduciam — ad deum *et postea:* a nobis — in ipso sunt omnia *om. D 1. 2.*

[1]) *Lucae XII. 35—36.* [2]) *Lucae XII. 40.* [3]) *I. Cor. XI. 25.* [4]) *Joann. VI. 57.* [5]) *Psalm. CXXII. 2.* [6]) *Michaeae VI. 8.* [7]) *Psalm. XCIX. 3.* [8]) *II. Cor. III. 4. 5.*

nia. Preparacio autem alia saltem principalis non consistit in homine, nisi habere capacem, id est bonam et subiectam voluntatem desideriis bonis ad salutem suam sufficientem[a]) et repletam[b]). Vel iterum preparacio in facultate hominis precise consistens, non videtur magis propria, quam habere contricionem pro peccatis et offerre deo sacrificium acceptabile, puta spiritum contribulatum, cor[c]) contritum et humiliatum[d]). Et hec ipsa omnia iam expressa incipit, peragit et perficit in homine hic vivus panis, de quo sermo. Enimvero ista talia longam moram ad sui preparacionem aput deum non exquirunt, veluti scriptum est[1]): „Quoniam ipse dixit, et facta sunt; mandavit, et creata sunt." Et Jeronimus[2]): „Nescit tarda molimina spiritus sancti gracia."

Capitulum duodecimum[e]).

Quod si commemores supra notatum apparatum, puta ieiunia, psalmodiam et similia, ad hoc potest congrue responderi, quod illa, in quantum sunt exercicia corporalia secundum decretum apostoli et quantum est de se, I[a] Thimo. IIII[o][f])[3]), „ad modicum sunt utilia." Et iterum, in quantum sunt a motu nostro precise, et nitimur per ea iustificari et preparari, tunc sunt per prophetam Ysaiam[4]) spurta[g]) et abhominabilia esse tamquam pannus menstruate diffinita, ergo non valde acceptabilia aut inductiva preparacionis digne ad divinum sacramentum, nisi moveantur a caritate.

Item illi[h]), qui cottidie vel frequenter communicant dominico corpori et sanguini, semper vivunt vel satagunt vivere in abstinencia et sub disciplina, et semper oraciones[i]) et elemosinas et similia satisfaccionis opera continue cumulando. Habent siquidem hoc ex suffragiis[k]) faciliter et valide ipsius sa-

---

[a]) sufflatam *corr. A in marg.* sufficientem. [b]) plenam *D 1. 2.* [c]) et cor *D 2.* [d]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Hii, qui cottidie vel frequenter comedunt ꝛc., *v. infra p. 149, lin. 25.* [e]) *ita A rubr.;* Capitulum XIII *B rubr.* [f]) *numerus posterius add. A; om. B.* [g]) *ita A;* spreta *B.* [h]) *hac voce D 1. 2. excerpta sua in cap. „5." contin. Cf. supra p. 129, n. c).* [i]) ordines *(sic) B.* [k]) *om. B.*

[1]) *Psalm. CXLVIII. 5.* [2]) *recte S. Ambrosius Sup. Luc., l. II, c. 10, ap. Migne, PL, t. XV, p. 1560; cf. S. Thomae Aq., 1—2, q. 113, 7, c., ed. Parm. II. 452.* [3]) *I. Tim. IV. 8.* [4]) *Cf. Isaiae LXIV. 6.*

cramenti, et memoria ipsius crebra et efficaci ante sumpcionem et post ardue commoniti in idipsum[a]). Continue etenim huiusmodi frequentantes hunc cibum perpetuum et secundum animam delicatum, equo[b]) animo, non per momenta et tempora simul et loca vehuntur, non valde secundum dies et tempora inmutati, cum fere et ad instar cottidie sabatizent secundum Ysaiam[c]) [1]) sabatum ex sabato, deducendo cottidie vel sepe in eis festis pascalibus celebratis per epulacionem huius agni paschalis. Sed quod dicit beatus Ambrosius super Lucam super illo verbo[d]) „cottidianum“[2]): „Accipe cottidie, quod cottidie tibi prosit. Sic vive cottidie, ut cottidie merearis accipere. Mortis enim significacio et remissio peccatorum est.“ Et paulo post ad propositum: „Si cottidie accipis, cottidie est tibi hodie[e]), Christus tibi cottidie resurgit. Hodie enim est, quando Christus resurgit“. Propter quod merito a domino dictum est ad quosdam, qui timent deum et colunt maxime vel solum mandato corporali, frustra docentes adinvenciones et doctrinas hominum. „Num quid, inquit dominus, filii sponsi possunt lugere, quamdiu est sponsus cum eis, vel ieiunare?“ Mt.[3]).

Illi autem, qui curant[f]) semel vel raro accedere ad altare, valde admodum observant dies et menses et tempora et iusticiam suam volunt constituere maxime in supradictis exerciciis corporalibus, cerimoniis et adinvencionibus hominum, credentes se per hoc iam et per omnia dignos perfecisse, per hoc in stolidam et miserabilem opinionem deducti, quod videlicet solum tunc oporteat assumere arciorem[g]) disciplinam, humiliacionem, abstinenciam, oraciones et elemosinas, dum raro vel semel in anno nituntur accedere ad sacramentum, quasi alias vivere sancte et disciplinate aut ipsi Christo non essent[h]) obligati. Quapropter postquam iam assumpserunt dominum Jhesum et corpus eius, mox dehinc laxantur in disciplina, resolvunt abstinenciam, oraciones minus continuant et[i]) in omnibus in occasionem[k]) huius

---

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Illi autem, qui curant semel vel raro accedere, estimant, quod solum oporteat tunc, *v. infra lin. 26.*

[b]) e converso *(sic) B.* [c]) *lacuna ad numerum supplendum relicta est in A.* [d]) super illo verbo *om. B.* [e]) hodie tibi hodie Christus tibi cottidie resurgit *(sic) B.* [f]) cernant *corr.* curant *A in marg.* [g]) correccionem *(sic) B.* [h]) *om. D 2.* [i]) *om. B.* [k]) in omnibus occasionibus *D 2.*

[1]) *Cf. Isaiae LXVI. 23.* [2]) *S. Ambrosii Mediol. De sacr., l. V. c. IV, ap. Migne, PL, t. XVI, p. 452—3.* [3]) *Matth. IX. 15.*

carnis et mundi assumunt libertatem. Et hoc in eis exinde evenit, videlicet quod magis ac magis post sumptam eucaristiam relaxantur, quia puta divinam eos non oportet iterum per longum tempus communionem iterare[a]).

Quod quam sit exsecrabile et dampnosum, quis sane mentis christianus dubitabit? Nam per omnia simile, ac si in presencia domini sui quam in absencia magis vivere oporteat indisciplinate aut magis in sua mensa propria vel domo decorem et honestatem sectari quam in mensa summi regis ac in convivio regis regum Jhesu Christi, cum tamen scriptum sit Proverb. XXIII° [1]): „Quando sederis, ut comedas cum principe, diligenter attende, que sunt posita ante faciem tuam, et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes potestatem in animam tuam", etc. Et iterum[2]): „Intravit rex, ut videret discumbentes et invenit hominem non habentem vestem nupcialem. Et ait illi: ‚Amice, quomodo huc intrasti[b]), non habens vestem nupcialem?'" [f. 31[a]]. Nesciunt isti miserabiles[c]), unde vel propter quod de hoc sacramento dictum est[3]): „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo."

Eapropter tu, qui raro manducas sacramentum et calumpniose, ut dictum est, agitaris, scilicet quod ante sumpcionem terribilis sacramenti vel in actu sumendi magis oporteat in timore dei conversari, quam postquam iam est assumptum et manducatum, vel quod post paschalia solempnia minus necesse est abstinere, caste et disciplinate vivere communione sacramenti expedita quam in XL[a] ante pascha, dic, obsecro, simulacione pretermota, vel continue manet in te deus et dominus tuus cum plenitudine deitatis (quoniam in Christo est omnis plenitudo divinitatis corporaliter, quem tu assumpsisti in sacramento), vel non manet. Si manet, secundum quod requirit communio sacramenti, cur dehinc relaxas disciplinam et timorem, habens iam deum et hominem glorie tibi presentem in te corporaliter continue manentem, aut quare minuis reverenciam in temporum successione, ac si iam ad illam depost quam ab ante minus esses obligatus? Si, inquam, per hoc manet in te Christus

---

[a]) *D 1. 2. contin.*: Nos clerici et sacerdotes aut religiosi, heu, iam sumus sal infatuatum ꝛc., *v. supra p. 159, lin. 18.* [b]) venisti *corr.* intrasti *A.* [c]) miseri *corr.* miserabiles *A.*

[1]) *Proverb. XXIII. 1—2.* [2]) *Lucae XXII. 11—12.* [3]) *Joann. VI. 57.*

et tu in eo, quam ob causam, rogo, iam spondes tibi libertatem vivendi mundo et tue carni et non pocius ipsi Christo, quem iam habes habundanter, postquam corpus eius manducasti de altari? Quare autem non pocius tibi inponis necessitatem de-
5 post, ut ante, continenter, iuste et pie victitandi in timore et tremore salutem tuam operando, memoria memorans, quoniam deus est tremendus, per hoc sacrificium in nobis manens, qui operatur in omnibus velle et perficere pro bona voluntate? Si autem non manet in te Christus post communionem nec tu in
10 Christo, sed venit et recessit, et ideo continue et successive derelinquis dominum deum tuum, signum illius reportans, puta quod tu relaxas disciplinam paulatimque decidis: igitur indigne ipsum assumpsisti et tibi ad iudicium, reus existens corporis et sanguinis domini, quia tam cito ipsum inhonorasti et expulsisti,
15 ipseque te, quia neque frigidus neque calidus es, sed tepidus, incipit ewomere ab ore suo [1]). Cuius signum accipis tunc manifestum, cum desiderium tuum extingwitur, memoria ipsius Jhesu inanescit, timor et amor evanescunt a tuo corde vanitate occupato. Si igitur persenseris siccine a te recedere tuum dominum,
20 accipe pro eo non mediocre consilium, redi cito ad eum iterum, plenum deitate sacramentum, quatenus dominus tuus et Jhesus tuus iterum atque iterum ad te veniat. Nam scriptum est [2]): „Ego vado et venio ad vos", donec ipsemet in te sibi prepararet mansionem", quemadmodum scriptum est: „Et ad eum veniemus
25 et mansionem aput eum faciemus."

Capitulum decimum tercium [a]).

Quod si forte tu supradictis addicias, inquiens, quod hii, qui semel in anno sumunt corpus Christi, dignius solent accedere ideo, quia [b]) magis cum timore et reverenter, quam hii, qui
30 cottidie vel frequenter accedendo, familiaritate quadam crebre communionis timorem et reverenciam [c]) iam in seipsis minuerunt, ad istam tuam opinionem seu obieccionem per multa habes in hoc libro satisfactum et specialiter infra tractatu ultimo distinccione [VII.], c° [28 et 29] [d]), ubi invenies limpide deductum,

35 [a]) *ita A; om. B.* [b]) *ita A;* ideoque *B.* [c]) timore et reverencia *B.*
[d]) *lacunae in A et B numeris ab editore adimpl.; tractatus ultimus = liber V. „De corpore Christi", saepe notatus.*

[1]) *Cf. Apoc. III. 16.* [2]) *Joann. XIV. 28. 23.*

quod familiaritas vel fastidium de hoc pleno sacramento divinitate, veluti et ad cetera spiritualia et perpetua, nequaquam evenit in hiis, qui spiritum Jhesu non habent et animales sunt, non percipientes ea, que sunt spiritus, sed ducuntur iudicio suorum sensuum et apprehensiva estimativaque sola, ut alia bruta, et tantum corporali, de quibus propriissime Judas in sua canonica loquitur, dicens [1]): „Hii sunt, qui quecumque quidem ignorant, blasphemant; quecumque autem naturaliter tamquam muta animalia norunt, in hiis corrumpimur. Ve illis, qui in via Cayn abierunt et errore Balaam mercede infusi sunt et contradiccione Chore perierunt. Hii sunt, qui in epulis suis macule convivantes", et ad propositum: „sine timore semetipsos pascentes, nubes sine aqua, que a ventis circumferuntur, arbores autumpnales, infructuose, bis mortue, eradicate, fluctus feri maris dispumantes suas confusiones, sydera errancia, quibus procella tenebrarum in eternum servata est." Et isti tales sive sepe sive raro sacramento hoc pociantur, nequaquam digne diiudicant corpus et sanguinem domini, sed eciam neque possunt exsortes a spiritu sancto, sicut scriptum est I[a] Cor. II[o] [2]): „Animalis homo non percipit ea, que sunt spiritus." Et tales sunt, qui ad hoc sacramentum tremendum neque gerunt neque possunt gerere debitam reverenciam et timorem.

Nunc ipsis exclusis respondendum [a]) tibi iudicavi de illis, qui spiritu dei vivunt, quorum quidam raro, quidam sepe manducant et bibunt corpus et sanguinem Jhesu Christi. Dico igitur, excuciens tuam prefatam assercionem, quod hii [b]), qui cottidie vel frequenter comedunt hoc sacramentum, ampliorem reverenciam et timorem habent et exercent circa hoc sacramentum divinum, quam illi, qui raro. Nam supposita fide formata, prout in proposito debet supponi, quocienscumque acceditur ad istud sacramentum plenum maiestate [c]) divinitatis, necesse est tunc semper hominem credulum timore concuti et reverencia renovari. Patet hoc, tum [d]) quia fides ad timorem inpellit, et format

---

25) Maiorem reverenciam faciunt sacramento, qui sepius, quam qui raro percipiunt illud *A*. Quanto frequencior communio, tanto maior reverencia et timor ad sacramentum *D 2 (rubr.)*.

[a]) respondentibus *corr.* respondendum *A in marg.*; respondentibus *B*. [b]) *D 1. 2. contin.* [c]) maiestate *D 1. 2*; maiestatis *A et B*. [d]) quia cum *B*.

[1]) *Judae 10—13*. [2]) *I. Cor. II. 14*.

tunc[a]) hominem maxime ad timendum, — tum quia homo tunc recordatur presencie maiestatis divine [f. 31[b]] et domini Jhesu Christi, — tum quia racio dictat, quod[b]) ibi inmineat[c]) periculum iudicii et mortis ac subite ulcionis, si indigne[d]) accedatur, — tum quia consciencia preteritorum peccatorum et presenciùm infirmitatum et incertitudo, an puta homo odio vel amore dignus sit et reminiscencia iudicii futuri, — hec, inquam, et multa talia[e]) hominem utique fidelem deterrent, tunc maxime, quando est in actu appropinquacionis tremendo sacramento. Propter quod dicit propheta Malach.[1]): „Quis stabit ad videndum eum?[f])." Et sicuti habetur I. Reg. VI°.[2]): „Dixerunt viri Bethsamite" super visione sola arche domini, que erat figura istius sacramenti: „Quis, inquiunt, poterit stare in conspectu domini dei sancti huius, ad quem ascendet a nobis?"

Hiis sic positis arguitur: Illi amplius habent reverencie et timoris, qui sepius et notabilius atque expressius appropinquant ad presenciam dei tremendi, sicut scriptum est Hebr. X.[3]): „Horrendum est incidere in manus dei viventis." Sed illi, qui cottidie vel sepe manducant hoc sacramentum, sunt huiusmodi, igitur magis habundant reverencia et timore.

Item timor ad deum et reverencia in homine fideli solum vel maxime ex consideracione seu memoria dei generatur, sicut scriptum est Abacuk III°[4]): „Domine, audivi auditum tuum et timui; consideravi opera tua et expavi." Et iterum[5]): „O rex gencium, quis non timebit te", subaudis memorans tui? Unde Ptolomeus in prohemio[g]) Almagesti[6]) dicit hanc sentenciam, quod scilicet memoria dei agi non valet nisi cum quadam reverencia ad deum et timore. Sed illi, qui cottidie sumunt hoc sacramentum, sepius agunt memoriam domini dei sui, quoniam manducant et bibunt eius corpus et sanguinem preciosum, quam hii, qui raro, vel ad minus forcius moventur ad memorandum et timendum. Ideo[h]) dictum est a domino[7]): „Cocienscunque hec feceritis, in mei memoriam facietis." Et apostolus[8]): „Quo-

---

[a]) *om. D 2.* [b]) quia *D 2.* [c]) inminet *D 2.* [d]) sive digne *(sic) B.* [e]) alia *corr.* talia *A et D 2.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Unde Ptolomeus ɔc., *v. infra lin. 25.* [g]) prologo *D 2.* [h]) Ideo — donec veniat *om. D 1. 2.*

[1]) *Malach. III. 2.* [2]) *I. Reg. VI. 20.* [3]) *Hebr. X. 31.* [4]) *Habacuc III. 1.* [5]) *Jerem. X. 7.* [6]) *hanc sententiam Cl. Ptolemaei in prohemio Almagesti (cf. edit. Paris. 1813) invenire non potuimus.* [7]) *Cf. Lucae XXII. 19 (discrepat).* [8]) *I. Cor. XI. 26.*

cienscumque manducabitis hunc panem et calicem biberitis, mortem domini anuncciabitis, donec veniat."

Illi igitur fideles, qui raro accedunt ad sacramentum domini, intense quidem timent, dum accedunt, sed timor in eis continue relaxatur et reverencia, nisi iterum atque iterum per idem renoventur. Sed hii, qui frequenter sumunt, semper habent timorem et reverenciam filialem, quia eam semper nutriunt, sacramentum iterando. Presencia quoque Christi Jhesu corporis in eis timorem et reverenciam supportat atque reminiscencia temporis nuper preteriti, in quo erant repleti divino sacramento, et temporis futuri, in quo statim iterum intendunt dei et domini sui corpori sociari[a]). Et inde fit, quod semper gerunt in se maiorem reverenciam et timorem[b]).

Capitulum decimum quartum[c]).

Sunt adhuc quidam et magni viri, qui in suis scriptis reliquerunt, quod scilicet maxime mulieribus non sit istud maiestatis sacramentum cottidie vel alias sepe ministrandum, tum quia sunt vel solent esse inmunde a façie passionis menstruorum, tum quia sunt communiter leves persone et per consequens facile transmutabiles in earum conversacione ad oppositam qualitatem.

Et istos, ut verum fatear, magis libet mirari quam imitari[d]), puta quod tam illustres homines ita posuerunt iam in nowa creatura, Christum induta, videlicet spirituali et celesti populo christiano, nisi forte non communiter hoc suum dictum volunt accipi, puta non ad omnes feminas, sed solum ad illas, que degenerantes a christiana morum gravitate, se prorsus indignas faciunt seu exhibent, non dico crebra, sed eciam annua communione sacramenti per mentem suam fluxam et despicabilem conversacionem et inmundam. Quod si sic intelligunt, tunc non videbitur racio, quare tantum sexum mulierum hoc dicendo expresserunt, cum et de viris, ymmo plus de viris, quia magis ra-

---

15) Ut Albertus Magnus tractatu de eukaristia capitulo penultimo in fine capituli *A*.

[a]) *ita A;* saciari *B*. [b]) *D 1. 2. contin.:* Istis temporibus surgunt mulieres &c., *v. infra p. 162, lin. 27.* [c]) *ita A rubr.; om. B.* [d]) quam imitari *om. B.*

cione nature firmioris culpabiles in quolibet peccato, dictum ipsorum deberet intelligi vel glosari, ita quod dicatur non de feminis natura, sed de effeminatis per vicium, de quibus scriptum est[1]): „Effeminati dominabuntur eis."

Quod si sine ulla distinccione omnem passim sexum muliebrem significent, quod puta, si et dum viri ad crebram communionem sacramenti admittuntur, tunc virgines et vidue et alii sexus feminei deberent ab eo sequestrari, quod satis crudele esset in ecclesia contra mulieres affirmare, maxime puta in perfecto populo christiano. Quem populum sancti prophete et apostoli per multa extollentes, nullibi inter viros et mulieres fecerunt ullam seccionem et principaliter quoad divinorum sacramentorum exercicium et fruicionem, sed, prout dicit apostolus[2]): „Unus panis, unum baptisma, una fides, unus dominus, unus deus et pater omnium." Quod siccubi faciunt de mulieribus in malo mencionem, ut est illud Sapientis Ecclesiastici[a])[3]): „Melior est iniquitas viri quam mulier bene faciens", et similia plurima in prophetis, illa manifeste notant vicium animorum tam viri quam femine, sed non sexum vel naturam feminarum. Nec obstat, quod apostolus II. Thimo. II. e.[4]) mulieribus in ecclesia docere non permittit, vel quod I. Cor. XI.[5]) mandat [f. 32a] mulieribus velare caput suum in medio angelorum; per ea nempe apostolus non abigit mulieres a dei sacramentis, sed edificat sancte ecclesie ordinem et honestatem, ut cuilibet[b]) evidenter in textu relucet secundum veritatem sacramenti.

Sed salva illorum reverencia, neque posicio ipsorum est[c]) consentanea moribus ecclesie vel scripture aut racioni. Non quidem moribus ecclesia, quoniam a principio, puta in primitivorum ecclesia cum diebus singulis passim fideles Christi per multa centena annorum dei sacramentum manducabant et deinde usque modo, numquam visum est vel auditum, quod scilicet secundum magis vel minus sumendi sacramenta dei ecclesia faceret inter viros et feminas differenciam vel ullam illius mencionem. Nam secundum apostolum[6]) in Christo iam non est

---

a) *ad numerum supplendum lacuna relicta est in A et B.* b) quilibet *corr.* cuilibet *A.* c) *om. B.*

1) *Isaiae III. 4.* 2) *Ephes. IV. 5, ubi* unus panis *non legitur.* 3) *Eccli. XLII. 14.* 4) *recte I. Timot. II. 12.* 5) *Cf. I. Cor. XI. 5—10.* 6) *Cf. Rom. X. 12.*

distinccio Judei et Greci, masculi et femine, sed omnes sunt unum in Christo.

At neque opinioni ipsorum concordat sancta scriptura, sed magis adversatur, quantum ad id, quod indignificant eciam preclaram et castam generacionem virginum et viduarum nec non coniugatarum beatarum, cum tamen sancta scriptura multis laudum easdem preconiis extollit variisque titulis privilegiorum dotat ac benedicit; que producere in medium ad presens obmitto et propter brevitatem sectandam et propter hoc, quod ea satis nota sunt cuilibet scripturas meditanti.

Enimvero videntur isti contra decreta canonis disiungere id, quod deus coniunxit, quoniam dominus Jhesus Christus congregavit omnes pariter in suum corpus misticum secundum veritatem et spiritum, nullam faciens inter mulieres vel masculos differenciam, secundum quod et apostolus Hebr. XIII° b. loquitur [1]): „Honorabile connubium in omnibus et thorus immaculatus." Quo contra isti[a]) indulgent viris sepe tradi corpus et sanguinem, feminas autem inde censent excludendas, cum tamen manifeste dicit apostolus, quod in Christo Jhesu neque vir sine muliere neque mulier sine viro[b]) [2]); et iterum [3]): „In Christo enim neque masculus neque femina, sed nova creatura"[b]).

Sanaque racio istorum, de quibus sermo, expugnat opinionem, qui iudicant mulieres esse inferiores viris quoad crebram sacramenti altaris communionem. Et primo sic: Illud, quod est a primo et principali domino omnibus eque datum et concessum, tam mulieribus quam viris, [a]dispensatoribus debet similiter illud utrisque poscentibus equaliter ministrari. Sed sic est, quod sacramentum altaris quoad plebeios, de quibus sermo texitur, eque mulieribus et viris est a domino prestitum: igitur eque debet eis poscentibus ministrari. Neque enim minister audeat illud inmundum vel indignum reputare, quod iam deus suo spiritu et gracia emundavit et assumpsit, quemadmodum dictum[c]) est Petro vicibus iteratis, id est notanter et ponderose et Act. X. c. [4]): „Quod deus purificavit, tu ne commune dixeris";

---

[a]) *ita A;* ista *B.* [b]) *lacuna in A, spatium ad locum bibliae adscribendum relinquens.* [c]) scriptum *corr.* dictum *A.*

[1]) *Hebr. XIII. 4.* [2]) *I. Cor. XI. 11.* [3]) *Galat. III. 28.*
[4]) *Act. X. 15.*

et Petrus paulo post [1]): „Michi ostendit dominus neminem communem aut immundum dicere hominem", etc.

Item si viri secundum illos digniores essent habiti vel sepe vel cottidie hoc gratissimum sacramentum biberent et manducarent quam mulieres, procul dubio hoc non esset racione sexus, quia ille nichil[a]) facit ad propositum salutis in Christo Jhesu secundum paulo ante allegata, quia scriptum est[b]) [2]): „Caro et sanguis regnum dei non possidebunt", — ergo illud esset maxime racione virtutis animi et conversacionis[c]) digne in religione christiana.

Ex quo consequens inferetur in consequencia evidenti, quod si videlicet mulieres virtutibus animi ex[s]uperent vel viris equipar[ar]entur, ac in conversacione tam digna vel digniori quam viri, tunc saltem tales, que eiusmodi sunt, merito tam crebre vel crebrius quam viri essent ad hoc nostrum communissimum sacramentum admittende ac promovende[d]). Sed quia tam notorium est, quod inficiari non possit, quod scilicet nunc et semper in Christo sancte mulieres tam virtuose vivunt et vixerunt sicut confavente eisdem divina bonitate, ut contemptum sue matris Eve reformarent, quod sicut mulieres viros precesserunt in suscipiendo Christum in hunc mundum ac omnium virtutum primordia, veluti patet in Maria, dei matre gloriosa, suscipiendo quoque Christum Jhesum ab inferis per resurreccionem[e]) revertentem, quemadmodum manifestum est in Maria Magdalena et aliis duabus, quibus datum est, ut apostolis, beatis viris, ipse essent apostole nunccieque resurreccionis domini Jhesu Christi: ita dico dehinc semper usque modo ad ea, que dei sunt[f]), ut est fidei, spei et caritatis, oracionis, penitencie, abstinencie, castitatis, humilitatis et operum misericordie atque singularum exercicia virtutum, mulieres, que in Christo Jhesu existunt, ut plurimum viros antecurrunt. Si igitur talia in ipsis videntur et probantur, cur, rogo, magis quam viri essent a sacra et crebra communione removende?

Item ad idem sic: Sicut apud deum iudicium est sine ulla

---

18) Mulieres viros precedunt in v[irtutibus] *A*.

[a]) *post corr. A.* [b]) *lacuna sequitur in A.* [c]) *corr. ab ed.;* conversacione *A et B.* [d]) *post corr. A;* admittendo ac promovendo *B.* [e]) *post corr. in marg. A.* [f]) *om. B.*

[1]) *Act. X. 28.* [2]) *I. Cor. XV. 50.*

acceptacione personarum, sicut scriptum est Act. X[o] [1]): „In veritate, inquid, didici, quod non sit accepcio personarum aput deum, sed in omni gente, qui facit iusticiam, acceptus est illi", ergo neque aput ministros seu dispensatores debet esse accepcio personarum et principaliter in largicione istius sacramenti, de quo sermo, cum ex scripturis, ut superius deductum est, reluceat, [f. 32[b]] quod puta illud, quamvis commune est[a]) omnium, simpliciter tamen aliqualiter magis pauperibus et parvulis est preparatum, sicut evangelium Luce innuit [2]): „Cum invitati venire noluerint, pauperes, ceci, claudi et debiles sunt introducti." Et psalmista dicit [3]): „Parasti in dulcedine tua pauperi, deus." Et iterum [4]): „Edent pauperes et saturabuntur." Fieret autem accepcio personarum manifeste, si, mulieribus exclusis, viris solum concederetur frequencior seu cottidiana communio sacramenti.

Capitulum decimum quintum [b]).

Nunc restat excludere ea, que movebant predictos ad swadendum et firmandum, quod mulieres non sunt cottidie vel tam sepe ad epulacionem cum Christo de altari admittende; que sunt infirmitas vel alias mollicies animi et passio menstruorum.

In primo vero nullam habent defensionem, quoniam nullus, neque vir neque mulier, propter infirmitatem animi, dummodo alias fideliter sacramentum postulat, est a sacramentis excludendus, quinymmo magis alliciendus et inducendus, velut pius redemptor in se exhibuit, dicens M[t]. XI. [5]): „Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos." Et apostolus[c]) [6]): „Que infirma sunt, elegit deus, ut forcia queque confundat." Hinc quoque potest evidens racio et causa illius elici, quod modico superius est assumptum, puta quod mulieres, que sunt in Christo, in hoc tempore viros in virtutibus antecurrunt. Nam fortitudo innata, valor et sciencia et omnis habilitas et divicie huius seculi aliaque omnia corporis et anime bona habent naturam[d]) deducere hominem ad superbiam et ad

---

[a]) *om. B.* [b]) *ita A rubr.; om. B.* [c]) *lacuna sequitur in A et B.* [d]) *post corr. A;* naturaliter *B.*

[1]) *Act. X. 34.* [2]) *Lucae XIV. 21. (non accurate affertur).* [3]) *Psalm. LXVII. 12.* [4]) *Psalm. XXI. 27.* [5]) *Matth. XI. 28.* [6]) *I. Cor. I. 27.*

sibi ipsi conplacere, secundum quod scriptum est[1]): „Sciencia inflat", et per consequens reddunt hominem quoad illud ingratum deo et indispositum ad dei munificenciam, prout de hoc est verbum beati Bernhardi super Cantica sermone XXXV.[2]): „Graciarum cessat decursus, ubi recursus non fuerit, nec modo nichil augetur ingrato, sed quod accipit, vertitur ei in perniciem, fidelis autem in modico dignus censetur munere ampliori." Sic per contrarium infirmitas anime, corporis simplicitas, temptacio, paupertas et omnis indisposicio adversa carni et sanguini habent proprium hoc facere hominem humiliatum et contritum et sibi ipsi displicere, que hominem disponunt et faciunt secundum hoc eum valde capacem divinarum graciarum. Nam pro eo dictum est Ysaie ultimo[3]): „Ad quem respiciam nisi super pauperculum et contritum et trementem sermones meos?" Et dominus in ewangelio Mt.[a])[4]): „Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum." Et apostolus[a])[5]): „Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi."

Et ex hiis evenit[b]) manifeste, scilicet quod sicut[c]) in tempore mortalitatis Christi, sic et in hiis temporibus nostris periculosis magistri plebium et sacerdotes, qui in scripturis quam plurimum viri a virtute et alias propter excellenciam virium per anthonomasiam sunt nuncupati, ut primo Regum[d]) IIo. e.[6]): „Dixit Heli ad sacerdotes, filios suos: Quare, inquit, facitis res huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas ab omni populo? Nolite, filii mei, non est enim bona fama, quam ego audio, ut transgredi faciatis populum domini"; tunc ad propositum: „Si peccaverit vir in virum, placari potest ei deus. Si autem in deum peccaverit vir, quis orabit pro eo?"; perinde eciam magistri plebis et prophete viri dei a veritate scripture plurimum dicebantur, ut IIIo. Reg. XX. e.[7]): „Et accedens vir unus dei dixit ad regem Israel", et IIIIo Reg. Vo[8]): „Reversusque Aman[e]) ad virum dei cum universo comitatu", et precipue ad propositum Ysa. XXVIIIo, ubi dicitur[9]): „Sacerdos et propheta nescierunt pre ebrietate, absorpti sunt a vino, erraverunt pre ebrie-

---

[a]) *lacuna sequitur in A et B.* [b]) convenit *B.* [c]) sint *corr.* sicut *A.* [d]) *add. A in marg.* [e]) Neaman *B (et biblia).*

[1]) *I. Cor. VIII. 1.* [2]) *verbum hoc in S. Bernhardi Claraev. serm. XXXV. sup. Cant. (cf. Migne, PL, t. 183, p. 962—966) non invenitur.* [3]) *Isaiae LXVI. 2.* [4]) *Matth. V. 3.* [5]) *II. Cor. XII. 9.* [6]) *I. Reg. II. 23—25.* [7]) *III. Reg. XX. 28.* [8]) *IV. Reg. V. 15.* [9]) *Isaiae XXVIII. 7—9.*

tate, nescierunt videntem, ignoraverunt iudicium; omnes enim mense eorum replete sunt vomitu, sordiumque, ita ut non sit locus iuxta; quem docebit scienciam et quem intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, awlsos ab uberibus"; et modico[a]) post multum ad propositum[1]): „Propter hoc audite verbum domini, viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Jerusalem", etc.: Hii, inquam, tales „viri", sed „illusores" [nuncupantur][b]), quia sunt a superbia fermentati et inceperunt sibi ipsis ex dei donis simul et ex naturalibus conplacere et in clero elevari. Et quia, cum deum congnovissent, non sicut deum glorificaverunt, ideo abiecit eos deus et dedit eos in reprobum sensum, ut dicentes se esse sapientes, stulti fiant[2]). Et elegit sibi parvulos de plebeis et rudibus, et ditavit suis carismatibus, ut cum principibus sedeant et solium glorie teneant[3]). Sicque deposuit potentes de sede et exaltavit[c]) humiles. Esurientes inplevit bonis et divites dimisit inanes[4]). Et tunc inpletum est illud, quod filius ad patrem, in spiritu exultans, loquitur, dicens M[t]. XI[5]): „Confiteor[d]) tibi, pater domine celi, quia abscondisti hec a prudentibus et sapientibus et revelasti ea parvulis."

Conformiter hic senciendum est et de feminis, de quibus sermo, quia viri, existentes primi et maiores natu in virtute, in suis cogitacionibus evanescunt converteruntque se communiter ad vanitatem et pompam huius mundi ita [f. 33[a]], ut in eis Jhesus crucifixus querat virum et non inveniat, sicut scriptum est Isaie LIX. f.[6]): „Et vidit deus, quia non est vir, et apporiatus est, quia non est, qui occurrat."[e]) Vix habet, inquam, dominus Jhesus in viris, ubi caput suum reclinet[7]), quoniam omnes declinaverunt in unum, simul inutiles facti sunt; non est in eis, qui faciat bonum, non est usque ad unum[8]). Quapropter merito et oportune dominus virtutum et rex glorie convertit se ad infirma huius mundi et abiecta[9]), puta ad sexum muliebrem, ut saltim in hiis et per eas suas virtutes operetur in eisque et per eas victoriam de Leviatan sorciatur. Et tunc inpletus est sermo, qui scriptus est: „Inimicicias ponam inter te et mulierem, semen

---

[a]) modicum *B.* [b]) *add. ab ed.* [c]) exultavit *A.* [d]) confitebor *B.*
[e]) *lacuna sequitur in A et B.*

[1]) *Isaiae XXVIII. 14.* [2]) *Cf. Rom. I. 22 et 28.* [3]) *Cf. I. Reg. II. 8.*
[4]) *Cf. Lucae I. 52—53.* [5]) *Matth. XI. 25.* [6]) *Isaiae LIX. 16.*
[7]) *Cf. Matth. VIII. 20.* [8]) *Cf. Rom. III. 12.* [9]) *Cf. I. Cor. I. 27.*

tuum et semen mulieris, et ipsa conteret caput tuum", Gen. III° [1]), ut ita Jhesus ipse solus mirabilis et deus fortis patulo reluceat. Cui psallitur sapienter [2]): „Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Ex ore infancium et lactencium perfecisti laudem, ut destruas inimicum et ultorem."

Multum [a]) igitur profecto in hiis et paulo ante diebus et supra estimacionem communem wlgus plebium plerosque sacerdotes, magistros et religiosos in omni virtute et donis Christi antecellunt, quod quilibet magis et melius potest experiri et oculis suis contemplari quam sermone explicare vel stilo exarare [b]), ut iam modicum sit dictum verbum prophete [3]): „Et erit sicut populus, sic sacerdos", sed magis proprie: amplius populus quam sacerdos in omni fide, spe et caritate et vita religiosa; sed neque eciam quoad aliquos proprie valeat dici: sicut populus, sic sacerdos, sed magis: sicut mulieres, sic sacerdos, quoniam hii, qui in supremo gradu virorum in populo esse [c]) debuerant, per molliciem, superbiam atque avariciam delapsi, in mulieres secundum interiorem hominem sunt mutati, ut iam veritas verbi dei expresse et iuste ad eos loquatur [d]), dicens [4]): „Ve impio in malum; retribucio enim manuum eius fiet ei; populum meum exactores sui spoliaverunt." Et ecce, ad propositum: „Mulieres dominate sunt eis", Ysaie III°. e. [5]) Item eiusdem XIX. e. [6]): „In die illa erit Egiptus quasi mulieres, et stupebunt et timebunt." Ad idem et eiusdem XXXII. d. [7]): „Princeps ea, que digna sunt principe, cogitabit [8]) et ipse super duces stabit." Et tunc ad propositum [8]): „Mulieres opulente, surgite et audite vocem meam; filie confidentes, percipite auribus eloquium meum; per dies et annos vos conturbamini, confidentes." Ecce, quam plane notet iste sermo divinus effeminatos nos, modernos clericos et sacerdotes, et ita in multis eciam aliis locis prophetarum. Femine quoque, in infimo gradu pro condicione sue nature fragilis locate, ecce, iam virum, id est Christum Jhesum, indute, secundum quod scriptum est Ro. XIII. g. [9]): „Induimini dominum nostrum Jhe-

---

[a]) Multo *B.* [b]) vel stilo exarare *om. B.* [c]) suo esse, *sed* suo *delet. in cod. A.* [d]) loquitur *B.* [e]) congregabit *(sic) B.*

[1]) *Genes. III. 15.* [2]) *Psalm. VIII. 2 et 4.* [3]) *Isaiae XXIV. 2.* [4]) *Isaiae III. 11—12.* [5]) *Isaiae III. 12.* [6]) *Isaiae XIX. 16.* [7]) *Isaiae XXXII, 8.* [8]) *Isaiae XXXII. 9.* [9]) *Roman. XIII. 14.*

sum Christum", excellentissimorum virorum gloriam rapuerunt viriliter, in Christo Jhesu et in omni virtute operando, ut iam non quidem mulieres, sed viragines merito appellentur. Nam cum sacerdotes stertunt et nauseant, vix debito et officio et alias raro missas sanctissimas dignati celebrare, ecce, mulieres summis desideriis et studiis festinant cottidie, vel quanto eis sepius potest fieri, corpus et sanguinem Jhesu Christi manducare et potare. Hec siquidem est mutacio dextre excelsi. Non glorientur igitur, consulo, religiosi et sacerdotes, inquientes: Ex quo nos sacerdotes vel nos religiosi non omni die et vix raro accedimus ad sacramentum deo plenum, quomodo igitur mulieres hoc exoptant?, — sed nosse debemus, quod potens sit[a]) deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe. Quapropter non tantum mulieres, sed meretrices et publicani peccatores precedent nos in regnum celorum, o degeneri[b]) sacerdotes et religiosi!

Capitulum decimum sextum[c]).

Unde nos, infausti clerici[d]) et sacerdotes ac religiosi, inconcussum[e]) reportamus argumentum, quod heu, heu, iam sumus[f]) sal infatuatum effecti, quod ad nichilum valet ultra, nisi ut foras mittatur et conculcetur ab hominibus, lapidesque sanctuarii dispersi in angulis omnium platearum[1]). Verum non inmerito, quia[g]), dum studuimus soli deo placere pro eo, quod dedit nobis fungi sacerdocio et habere laudem in nomine ipsius dignatusque est peculiaris esse pars nostra et hereditas, sicut scriptum est[2]): „Filiis Aaron non dabitis partem inter filios Israel; ego enim ero pars eorum et hereditas", et iuste et sancte nobis ipsis displicuimus iuxta doctrinam nostri magistri inquientis Luc.[h])[3]): „Cum omnia feceritis, dicite, quia inutiles servi sumus", et: „Si qui wlt venire post me, abneget semet ipsum et tollat crucem suam et sequatur me"[i])[4]): Ideo merito[k]) deo[l])

---

[a]) est *B.* [b]) de genere *corr.* degeneri *A;* degeneres *B.* [c]) *ita A rubr.; om. B.* [d]) Nos clerici oc., *ita D 1. 2. contin.* [e]) inconcussum — quod heu *om. D 1.* [f]) simus *A.* [g]) quia peccamus in fratrem nostrum oc., *D 1. 2., v. p. 160, lin. 32.* [h]) *posterius suppl. A; lacuna post* Luc. *in B.* [i]) *lacuna sequitur in A.* [k]) *post corr. A.* [l]) *add. A in marg.*

[1]) *Cf. Matth. V. 13 et Thren. IV. 1.* [2]) *Cf. Num. XVIII. 20 (discrepat).* [3]) *Lucae XVII. 10.* [4]) *Matth. XVI. 24.*

et hominibus tunc summe placuimus, sicut de quodam sacerdote scriptum est Ecclesiastici[a])[1]): „Dilectus deo et hominibus."

Fuimus quoque dei testimonio dii et filii excelsi omnes, genus quoque electum, regale sacerdocium, gens sancta.[2]) Cum autem sic dilecti, incrassati, dilatati incepimus nobis ipsis conplacere in diviciis et honore, tunc mox incepimus deo et hominibus displicere, nimis iam fermento phariseorum, quod est ypocrisis, fermentati, a donis Christi Jhesu et ab honore spoliati, [f. 33b] sicut dies hodierna attestatur, in quo miro modo et indicabili[b]) populus oblique respicit religiosos et sacerdotes nec iam est audire aliud in populo nisi iudicia, reprehensionem et detracciones religiosorum et sacerdotum. Et non tantum iam de communitate magni et parvi sacerdotibus non obediunt et eos parvipendunt vel, ut dignum foret, venerentur[c]), sed eciam quandam displicenciam communionem habere et tractatum cum clericis et religiosis horrent[d]) et fugiunt ab eorum contubernio et societate, secundum quod commune est in populo dicere: „Non habeas commune cum clerico et sacerdote. Quod si contingat aliquid cum eis adversis agere vel si ceperis clericum ledere, occide eum sine mora, ne depost ab ipso sis fatigatus." Et in tantum iam nos, o sacerdotes, sumus foras missi a gracia Jhesu et ab hominibus non inpune conculcati, ut—tacens de michi similibus—meam circa hoc producam temptacionem, quod pluries fideliter hoc contemplans, elegit suspendium anima mea, ymmo concupivi magis esse subulcus in villa vel pastor peccorum inter plebeios, quam sacerdos, et hoc multo tempore et creberrime, sicut dominus Jhesus hoc in consciencia mea attestatur.

Utinam igitur hodie, o dei altissimi sacerdotes, vel sic iam vilificati et destituti, nobis ipsis non placeamus redeamusque, peccatores, ad cor essemusque querularii de nostris iniuriis et contemptu, sed in veritate cum filiis Jacob et penitencia ducti dicamus Gen.[e])[3]): „Merito hec patimur, quia[f]) peccavimus in fratrem nostrum", scilicet dominum nostrum[g]) Jhesum Christum, quem vendidimus et tota die vendere non cessamus multipliciter et

---

3) De sacerdotum dignitate et abiectione *A*.

a) *lacuna sequitur in A.* b) iniudicabili *corr.* indicabili *A*; iniudicabili *B.* c) reverentur *B.* d) *add. A in marg.* e) *lacuna sequitur in A.* f) *hic D 1. 2. contin., ut superius p. 159, n. g) annotatum est.* g) *om. D.*

1) *Eccli. XLV. 1.* 2) *Cf. I. Petri II. 9.* 3) *Genes. XLII. 21.*

varie in dei ecclesia et eius carismatibus nostram avariciam insectando atque negociaciones in sacramentis Christi exercendo. Unde in veritate et superhabundanter inpletum verbum domini in nobis videmus per prophetam prophetatum[1]): „A maiore usque ad minorem omnes avaricie student et[a]) a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.“ Et cum dolore fateamur in nobis inpleri veritatem ewangelii de sale in sterquilinium proiecto. Et quia supra omnes elevati, nobis placuimus, nunc infra omnes secundum demerita collocati, humiliemus[b]) valde spiritum nostrum iuxta consilium sapientis[2]): „Quanto maior es, inquit, humilia te in omnibus“; si[c]) volumus[d]) deo et hominibus esse iterum, sicut ante fuimus, dilecti, studeamus nobis ipsis displicere et odire nostram malam et fermentatam animam, inquiendo: Anima nostra repleta est malis et vita nostra inferno[e]) apropinquavit.[3])

Et si volumus recuperare honorem patrum nostrorum et ipsorum dignitate investiri, iterum dico, quod nos[f]) ipsos non cessemus in omnibus minimos[g]) exhibere, prout quilibet considerans hodie et semper videre poterit, quomodo et qualiter grate[h]) sacerdotes humiles in plebibus amantur et honorantur[i]), quoniam sic necesse est accidere secundum legem et regulas Jhesu Christi, ubi dictum est[4]): „Qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur.“ Et iterum[k])[5]): „Reges gencium dominantur eorum, et qui potestatem exercent, benefici vocantur. Non ita erit inter vos, sed qui maior est vestrum, fiat sicut minor“, etc.

Et iterum: Si cupimus, ut nobis fiat sicut apostolis obediencia et reverencia debita, nos ipsi verbo dei summe satagamus obedire. Et si placet nobis, ut corda plebis ad nos et ad verba nostra sint conversa, nos ipsi nostra corda ad populum in omni amore et sollicitudine convertamus, quatenus in-

---

16) Per quid honor sacerdotis acquiritur *D 2.*

a) et — proiecto *om. D 1.* b) secunde merita *(sic)* sumus collocati *D 2;* humiliemus — in omnibus *om. D 1. 2.* c) Si ergo *D 1. 2.* d) voluimus *B.* e) in inferno *corr.* inferno *A;* in inferno *D 2.* f) nosmet *D 2.* g) ministros *(sic) D 1.* h) *om. A (deletum) et D 2.* i) honorantur, quia „qui se humiliat, exaltabitur“, et iterum: „Si cupimus“ ɔc., *D 1. 2.* k) *lacuna sequitur in A.*

1) *Jerem. VI. 13.* 2) *Eccli. III. 20.* 3) *Cf. Psalm. LXXXVII. 4.* 4) *Lucae XIV. 11.* 5) *Lucae XXII. 25—26 (non accurate allegat.).*

pleatur sermo, qui scriptus est[1]), quod Helias[a]) quidem venturus est et convertet corda patrum ad filios, corda quoque filiorum ad suos patres. Et inde fient ruine antique reparate Helyasque[b]) veniens, restaurabit omnia, et Sodoma redibit in antiquam dignitatem.

Capitulum decimum septimum[c]).

Nunc quoque iterum ad disputacionem de communicacione crebra mulierum revertamur. Et sicut nuper de comparacione virorum in plebe, id est sacerdotum et religiosorum et magistrorum atque plebeiorum simplicium dictum est, quod puta ob superbiam eorum et yppocrisim, sapientibus et prudentibus huius seculi proiectis, dominus suam salutem parvulis de plebe eo habundancius revelare voluit atque ministrare, ita conformiter dicendum est in communi de comparacione virorum et mulierum quoad capacitatem donorum Jhesu Christi, quoniam[d]) in hiis diebus viri precipue, suorum bonorum naturalium seu virium conscii, nesciunt humiliare seipsos neque portare, extra castra exeundo, obprobrium Jhesu Christi[2]). Qui si forte quippiam huiusmodi assecuntur et prepollent in graciis aliquibus, mox sibi ipsis inde complacendo, suis conatibus ascribunt sicque fideles se non exhibent domino Jhesu Christo.

Deus igitur et dominus Jhesus, dives in omnes[3]), proinde viris talibus relictis, ut plurimum, suos thezauros atque divicias transfert ad mulieres secundum illud, quod iam erat superius allegatum[e])[4]): „Quia que infirma sunt, elegit deus, ut confundat forcia." Et per hoc istis[f]) temporibus surgunt mulieres, virgines[g]) et vidue, et apprehendunt disciplinam, agunt strennue penitenciam, properant ad divina sacramenta et preripiunt viris regnum celorum circa vanitatem huius seculi occupatis. Ea-

---

25) Mulieres magis religiose viris *A*.

[a]) Helias convertet corda patrum ad filios et e contra. Et inde — dignitatem *D 1. 2., continuantes ita:* Quanto populus christianus magis expertus oc.

[b]) Helyas quoque *B*. [c]) *ita A rubr.; om. B*. [d]) qui *(sic) B*.

[e]) *lacuna sequitur in A*. [f]) *contin. D 1. 2*. [g]) et virgines *D 2*.

[1]) *Malach. IV. 5—6*. [2]) *Cf. Hebr. XIII. 13*. [3]) *Cf. Rom. X. 12*.

[4]) *I. Cor. I. 27*.

propter hodie est videre gentem [f. 34a] mulierum replere[a]) templa in oracionibus, occupare loca in sermonibus, sese representare per confessionem sacerdotibus gemitibus et lacrimis uberrimis, replere maxillas continuis devocionibus, sumere gaudiose sacramentum altaris singulis diebus, perfecte relinquere pompam mundi cum suis oblectacionibus, caritate Christi Jhesu magis ac magis habundantes, ea, que domini sunt, incessanter cogitantes, revelaciones a Christo et prophecias visitacionesque crebras et singulares grate suscipientes. Hiis inquam omnibus et aliis, ut videtur, amplius cencies[b]) ditantur femine in hoc tempore, quam viri quicumque vel sacerdotes.

Unde nunc videtur prophecia et familiaritas maior cum sancto spiritu translata ad mulieres, quibus magna misteria dei revelantur, veluti manifestum est in Hyldegarde[c]) [1]), gloriosa virgine, et in Brigida, sancta et venerabili matrona[2]), necnon inquam pluribus aliis dignis deo feminis, quas Parysiis et in Roma et in Nuerberg et multo amplius in civitate Pragensi vidi, probavi et dominum Jhesum in suis operibus et dignacionem sum admiratus[d]).

Qua racione igitur et quomodo tales digne deo persone non erunt pre[e]) viris sedentibus[f]) in desidia ad dei sacramenta eligende et invitande atque ad crebram communionem admittende? Aut illud, quod dominus cogitavit, quis poterit infirmare, et illis, quibus seipsum dominus in tantum familiariter tribuit, quis audebit eius sacramenta denegare? Quemadmodum scriptum est Act.[g])[3]): „Quis prohibebit, ut non baptizentur hii, qui spiritum sanctum receperunt?“, quoniam „ad edificacionem posuit nos spiritus sanctus et non ad destruccionem.“ IIo Cor. ultimo.[4])

De secundo autem, puta de passione menstruorum, scilicet quod non inpediant mulieres alias dignas sepe vel[h]) cottidie sacramento altaris communicare et quod neque sacer-

---

[a]) repellere *corr.* replere *A.* [b]) censies *D 2.* [c]) Hynldegarde *D 2.* [d]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Hii, qui sobrie oc., *v. infra p. 165, lin. 8.* [e]) pro *(sic) B.* [f]) *corr. ab ed.;* scientibus *A et B.* [g]) *lacuna sequitur in A et B.* [h]) *post corr. A.*

[1]) *de b. Hildegarde, O. S. B., v. Wetzer-Welte, KL, V², p. 2061—2074, et Herzog-Hauck, RE, VIII³, p. 71—72, ubi et alia scripta annotata sunt.*

[2]) *de b. Birgitta v. ibidem, KL, II², 855—857, et RE, III³, 239—244.*

[3]) *Cf. Act. VIII. 36 (discrepat).* [4]) *II. Cor. XIII. 10.*

dotes debent perscrutare talia secreta nature earum in confessione, quia non est necesse neque utile et alias est pudendum, de hoc satis habes tractatu V. huius, dist. [IX.], c. [2]. Illi enim, qui tales infirmitates naturales, que sunt sine omni culpa et mentis contagione, in Christi fidelibus magnipendunt, multum preferre frontem phariseorum videntur, duci solum iudicio corporali, quia illa in lege perfecta ewangelica non pensantur, sicut scriptum est[a])[1]): „Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quidquam." Et apostolus[a])[2]): „Corporalis exercitacio ad modicum utilis est, pietas ad omnia valet."

Capitulum duodevigesimum[b]).

Istis omnibus sic ordinatis et discussis hoc volo persuasum iri et collectum, videlicet quod ex scripturis veteris instrumenti cottidiana vel ad minus frequens comescio corporis et sanguinis Jhesu crucifixi a plebeya multitudine est varie premonstrata et persuasa lympide et irrefragabiliter per sacrificia, presagia, prophecias et doctrinas. Quod si hoc videbitur cuiquam minime concedendum, illud tamen sine contradiccione aliqua ex hiis, que dicta sunt, concedi oportebit, quod scilicet scriptura legis et prophetarum multo magis promovet et favet asercioni eorum, qui dicunt cottidie vel sepe corpore et sanguine Christi saciandos, quam eorum opinioni, qui hoc ipsum abhorrent atque negant.

Ego tamen per ista omnia, que conpegi, deo duce et Christo Jhesu, non aliud institui affirmandum vel tenendum, quam[c]) id, quod canonica scriptura tenendum decrevit et quod affirmant et tenent prisci et moderni doctores infra in 3° tractatu huius libri per totum allegati et collecti[3]), scilicet primo [1], ut christianus quilibet sue devocioni et sue libertati relinquatur, fretus instinctu spiritus sancti et consilio sacerdotis providi et fidelis, quocienscumque velit nolitne hoc sacramentum manducare, et quod in nullo communitas plebis christiane debet choar-

---

[a]) *lacuna sequitur in A et B.* [b]) *ita A rubr.; om. B.* [c]) quam — tenendum *om. B (sic).*

[1]) *Joann. VI. 64.* [2]) *I. Tim. IV. 8.* [3]) *v. l. III. tr. III.*

tari[a]), ut scilicet dies vel menses aut quelibet anni tempora observentur, subaudis tali tempore anni vel tali die, ita quod non alio ad hunc cibum accedendum, quoniam illud dominus satis in ewangelio innuit, dicens [1]): „Quocienscumque hec feceritis", etc. Similiter Paulus apostolus [2]): „Quocienscumque enim manducabitis hunc panem et calicem bibetis, mortem domini anunciabitis, donec veniat."

Et dico ulterius [2], quod hii[b]), qui sobrie, iuste et pie vivunt in hoc mundo, illi semper accedunt[c]) et illis est semper dandum[d]) ordine et statutis ecclesie observatis. Et[e]) illud est verbum beati Crisostomi ad Hebr. et plurimorum sanctorum doctorum, prout infra declaratur [3]).

Et amplius pono tenendum [3], quod alii[f]) desides et sue salutis negligentes de plebe sunt per suos presbiteros movendi, invitandi et hortandi, cuiuscumque status alias liciti vel condicionis existant, ut digne venientes sepe vel saltem omni die dominico manducent et bibant corpus et sanguinem Jhesu Christi[g]). Et illud est documentum beati Augustini, prout infra suo in loco exponetur [4]).

Et dico amplius [4], quod sacerdotes vel dispensatores dei sacramentorum, qui pascunt semetipsos [f. 34b] et suas plebes negligunt et contempnunt ad mensam hanc venire et hortari, tamquam servi pigri et infideles sui domini durissimum iudicium expectabunt. Et illud dictum puto esse manifeste Jhesu Christi, quemadmodum supra per plurima est deductum et Jhesu duce inferius in dicendis deducetur[h]).

---

8) Qui sunt, qui sepe communicare debent et quibus sepe dandum est, nota *D 1.*

[a]) cohartari *B.* [b]) *D 1. 2. contin.* [c]) accedant *A.* [d]) dandum sacramentum deificum *D 1. 2.* [e]) Et illud — declaratur. Et *om. D 1. 2.* [f]) *om. D 1. 2.* [g]) *post hanc vocem in D 1. 2. sequitur:* Explicit. Hec per totum Magister Matthias (Parisiensis) in primo tractatu, qui est de probacione spirituum et de quotidiana et frequenti manducacione corporis piissimi Jhesu crucifixi. *Quod explicit D 2. iam post voces:* statutis ecclesie observatis *ponit ac nunc solum voce* Ibidem *terminat.* [h]) *residuum folii 34b in cod. A vacuum est, sed „nichil deficit."*

[1]) *hic locus in Vulgata non legitur, v. etiam supra.* [2]) *I. Cor. XI. 26.* [3]) *v. l. III. tr. III.* [4]) *Cf. l. III, tr. III, c. 25.*

LIBER SECUNDUS[a]).
DE DISCRECIONE SPIRITUUM IN PROPHETIS ET EVANGELIO[b]).

Capitulum prologi primum[c]).

[f. 35a] Nunc[d]) restat[e]) inquirendum aliquas[f]) regulas de Novo Testamento pro discrecione spirituum[g]) in prophetis et maxime in[h]) ypocrisi modernorum christianorum falsorum denudanda et vitanda.

Pro quo est diligencius advertendum, quod scilicet[i]), quemadmodum in Lege Veteri, ut dictum est in libro precedenti in principio[k])[1]), dominus spirituum[l]) omnis carnis non

---

1) 2us liber *A*.

a) *ita A; om. omnes codices ceteri (BEFGHI).* b) *in cod. A titulus hic suppletus est manu saec. XVI; om. B; E hunc titulum praebet ad calcem fol. super.:* Incipit tractatus de ypocrisi et eius speciebus cum regulis sibi annexis et particulatim declaratis per capitula eius introducta, collectus per Magistrum Mathiam de Cracovia *(sic)*, et sequitur prologus. — *G habet*: Incipit tractatus de ypocrisi et eius speciebus cum regulis sibi annexis et particulatim declaratis per capitula eius introducta. Incipit prologus. — *E, H et I rubr.:* Incipit tractatus de ypocrisi et eius speciebus cum regulis sibi annexis et particulatim declaratis per capitula eius introducta. c) *ita A rubr.; om. B; de cod. EFGHI cf. notam praecedentem.* d) *scripturae caracteres, quibus tractatus hic in codice prototypo A exaratus est, paululum discrepant a caracteribus tractatus praecedentis et subsequentis: altiores enim sunt et crassiores minusque decori atque accurati.* e) instat *F.* f) *om. E.* g) spiritus *E.* h) de *E.* i) sanctam *(sic) B.* k) ut — in principio *om. BFGHI.* l) spiritu *(sic) E.*

1) *v. superius p. 27—29.*

neglexit suum dilectum populum et hereditatem electam, quin[a]) provideret suis de remedio aliquo contra spiritum mendacii, timorem nocturnum, contra sagittam volantem in die et negocium perambulans in tenebris, etc.[b])[1]), sed providit[c]) sufficienter eidem, quid agere deberent[d]), ut videlicet, macerie[e]) legis ei circumposita et preceptorum, in eis ambularent, incursus spirituum malignorum et demonium[f]) meridianum[g])[2]) evaderent[h]); similiter et veritate legis et prophetarum conscripta et promulgata circumdedit, adiciens quasdam notabiles regulas, de[i]) quibus iam dictum est in superiori tractatu[3]), per quas posset dei populus spiritum mendacii et spiritum veritatis manifeste iudicare, iudicando evitare, evitando eius tenebris non involvi: ita eciam et multo forcius in lege perfecta ewangelii regulas notabiles adhibuit in maiori numero et maiori arte sancti spiritus conpositas atque diligenciori studio exquisitas quam in legis veteris instrumento. Quod ex altissima dispensacione dei est provisum ideo, quia Sathan[k]) maiorem operam adhibuit ad dei electos invadendos tunc, cum vidit dei electos maiori gracia habundari[l]) lumineque[m]) gracie Jhesu in hominibus adaucto[n]) pro ipsius discipulis[o]) indagandis, ipse Sathan nichilominus secundum eius[p]) altitudinem omne[q]) sublime conspiciens, magis apposuit, ut absconderet laqueos claritatemque ewangelii in suis asseclis[r]) obscuraret, tantum[s]) ut audacter dicat ad semet: Quis videbit eos?[t]) Cuius gracia multiplicavit[u]) inposteros et suos pseudoapostolos super numerum, presertim hiis infaustis[v]) temporibus et novissimis diebus, eosdem[w]) veste ovili[x]) superinduens, omni similitudine[y]) sanctorum, scilicet simulachris omnium virtutum cum religiositate,

---

17) De ypocrisi *D 1. 2. rubr.* Tractatus de ypocrisi *F. I. D 1. rubr.*

a) quomodo *B.* b) *om. FGHI.* c) providet *I.* d) deberet *H et I.* e) *ita A et B;* memoria *EI;* materie *FGH.* f) demonum *EFG.* g) *ita A et B;* mendacium *EFGHI.* h) evaderet *E.* i) de — tractatu *om. EFGHI.* k) *hac voce in D 1. 2. excerpta de tractatu secundo incipiunt.* l) habundare *D 1. 2.* m) lumenque *D 2, EFHI.* n) adaucta *I.* o) discipulis *corr.* disciplinis *A in m.;* disciplinis *(sic) B et D 1.;* disciplinis *corr.* discipulis *D 2. in m.;* discipulis *EFG;* decipulis *H et I.* p) *om. EFGHI.* q) omnes *EGI.* r) aseclis *A et F.* s) in tantum *E.* t) Quis videbit eos *om. D 2.* u) multiplicabit *G et I.* v) *om. E.* w) quosdem *(sic) I.* x) oviva *(sic) E.* y) *ita FGHI;* omnem similitudinem *cet. cod.*

1) *Cf. Psalm. XC. 5—6.* 2) *Cf. Psalm. XC. 6.* 3) *v. pag. 27.*

omni scriptura et sapiencia et honestate circumposuit et depinxit ita, ut in talibus filius[a]) iniquitatis super omne, quod deus colitur aut dicitur, superbe elevetur[1]). Unde tam periculosa[b]) tempora nos invenerunt, ut in errorem, si fieri posset, eciam et electi inducantur[c])[2]).

Hoc ergo dominus Jhesus previdens et eius spiritu inspirati apostoli et doctores ecclesie, plurimas regulas limpide posuerunt, non nescientes[d]) studia Sathan et astuciam eius, sicud scriptum est[3]): „Non enim ignoramus cogitaciones eius"; et alibi[e])[4]): „Denudasti fundamentum eius usque collum", — per quas regulas possent hii, qui Christi Jhesu caritatem exspirant[f]), se in medio demonum et prave nacionis[5]) positi gubernare et non incurrere prefatas regulas multitudinis funeste in posterum.

De quibus regulis Jhesu crucifixo[g]) propicio aliquas saltim[h]) notabiliores et ad ceptum[i]) propositum accomodas edisseram[k]), plurimas obmittendo inquisicioni aliorum: non quidem condendo[l]) de novo vel statuendo ausu temerario, sed in scripturis sanctis et canonicis eas positas in diversis et per diversa in unam summam compendiosiorem et magis claram[m]) cupienti videre et discernere veritatem sanctitatis christiane conportabo, — de qua veritate Joh.[n])[6]) Christus rogat[o]) patrem[p]), dicens: „Pater, sanctifica[q]) eos in veritate, sermo tuus veritas est." Et apostolus[r])[7]): „Renovamini spiritu mentis vestre, et induamini hominem novum, qui secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis," — a sanctitate ypocritarum, que[s]) non est in veritate dei et domini Jhesu[t]), sed ficta secundum species sanctitatis et religiositatis, colorata[u]) quidem et

---

[a]) filiis *(sic) D 2.* [b]) perniciosa *EFGHI.* [c]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Quamvis itaque competenter, *v. inferius p. 169, l. 16.* [d]) *ita A et B;* scientes *tantum EFGHI.* [e]) alibi per prophetam *EFGHI.* [f]) expirant *FH.* [g]) *om. I.* [h]) *ita A et I;* saltem *EFGH.* [i]) ad acceptum *E;* ad certum *H.* [k]) et inseram *(sic) F.* [l]) siquidem contendo *(sic) I.* [m]) planam *E.* [n]) Joh. *(lacuna) A et B;* Joh. XVII°, ubi *EF;* scribitur Joh. XVII°, ubi *GHI.* [o]) rogabat *H.* [p]) patrem suum *EFGHI.* [q]) pacifica *E.* [r]) Paulus Eph. IIII° *EH;* Paulus ad Eph. IIII° *FGI.* [s]) que sanctitas *FGHI.* [t]) Jhesu Christi *F.* [u]) colorata *E;* coloratas *cet. cod.*

[1]) *Cf. II. Thess. II. 4.* [2]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [3]) *II. Corinth. II. 11.* [4]) *Habac. III. 13.* [5]) *Cf. Philipp. II. 15.* [6]) *Joann. XVII. 17.* [7]) *Ephes. IV. 23—24.*

multum apparens[a]) penes tradiciones et adinvenciones[b]) hominum ac[c]) mandata[d]), sed sine spiritu Jhesu et virtute et gracia, [f. 35[b]] que per Christum Jhesum facta sunt, sicut scriptum est Joh. I.[1]): „Lex per Moysem[e]) data est, gracia et veritas per Jhesum Christum facta est.“ De qua sanctitate ficta aut sic composita ex cerimoniis et studiis hominum multa loquitur Christus et eius apostoli, prout infra per[f]) plurima apparebit[g]). Unde[h]) dominus[i])[2]): „Attendite vobis a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces.“ Et apostolus[k])[3]): „Attendite vobis et universo gregi vestro[l])“, etc.

Ecce, quomodo pius Jhesus et eius apostoli iubent et docent valde attendendum et vigilandum contra huiusmodi nocivos lupes, raptores[m]) animarum preciosarum et magno precio, id est sanguine cordis filii dei redemptarum, videlicet[n]) seductores et pseudoprophetas. Quamvis[o]) vero[p]) competenter vigilatur contra hereticos et vigilatum est dudum copiose per doctores, tamen contra nocentissimos ypocritas et luciformes non puto esse satis attentos usque modo christos[q]) dei neque satis vigilare[r]). Nam[s]) quia sunt periculosissimi, quamvis difficilimi congnosci aut tales esse probari[t]) et pene inpossibiles evitari, tamen non ideo vigilandum non est contra ipsos pseudo christos[u]), sed eo amplius attendendum secundum Christi et apostolorum eius[v]) mandata ac hortamenta[w]) et tanto amplius suscipienda[x]) grate[y]) et amplexanda[z]) a Christi fidelibus omnia gubernacula et[aa]) scripture, que declarant ypocrysym et denudant[bb]) ypocritas[cc]).

---

18) Contra ypocritas *D 2. rubr.*

25) Dando *H in m.*

a) apparens *E;* apparentes *cet. cod.* b) *post corr. A.* c) et *corr.* ac *A.* d) mandati *AB;* mandata *EFGHI.* e) Moysen *EFGHI.* f) *om. EFGHI.* g) apparebunt *FGHI.* h) *add. A in m.* i) dominus dixit Mt. VII° *EFGHI.* k) apostolus Act. XX. *EFGHI.* l) vestro, in quo posuit vos spiritus sanctus episcopos, etc. *EFGHI.* m) rapaces *H.* n) *post corr. A.* o) *contin. D 1. 2, v. superius p. 168, lin. 5.* p) itaque *D 1. 2;* enim *EFGHI.* q) christianos *D 2.* r) attentos neque satis vigilare usque modo servos dei *EFGHI.* s) Neque *D 1. 2.* t) congnosci et probari *tantum EFGHI.* u) christianos *D 2.* v) *om. I.* w) ortamenta *EGI.* x) sciscitanda (suscitanda?) *E.* y) grata *G.* z) et amplexanda *om. EFGHI.* aa) *om. EFGHI.* bb) nudant *E.* cc) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Est autem ypocrisis oc., *v. infra p. 175, lin. 16.*

1) *Joann. I. 17.* 2) *Matth. VII. 15.* 3) *Act. XX. 28.*

Propter quam ergo causam et qua racione quidam libri ordinatissimi utique et subtiles et[a]) referti doctrinis salubribus et monimentis contra ypocrisim et ypocritas, quos collegit venerabile collegium magistrorum in Theologia Parisyensis sacratissime universitatis, non sunt suscepti digne ab ecclesia, aut cur sunt reprobati ab episcopo Romano, forte utile esset modo deducere in questionem, cum libri per omnia, ut dictum est[b]), experiuntur[c]) manifeste utiles contra pericula novissimorum et modernorum temporum, et ita pleni solidis scripturis et autentici atque digesti per[d]) prefatorum multitudinem[e]) doctorum catholicorum et sapientum, quod nusquam in[f]) eis non tantum error quis non apparet, sed nec[f]) verbum ullum, quod posset offendere pias aures[1]).

Quamvis autem, ut dicit Cryssostomus et doctores alii, ita Sathan habundat astucia atque sagaciter transfigurat suos ypocritas in angelos lucis, et omnia, que conspicit habere filios dei in veritate, illa vel similia procurat suos ypocritas[g]) in iniquitate et simulacione in tantum, quod sola caritas manet in filiis regni, qua dividuntur ac[h]) possunt[i]) dividi a filiis perdicionis: tamen nichilominus caritate eadem supposita, ut supradictum est, prophete, sancti[k]) apostoli et doctores multum laboraverunt ad ypocrisim detegendam et multa gubernacula et[l]) doctrinas[m]) expresse posuerunt, per que sancti et iusti quidem possunt iudicari in hac vita et per que possunt iniqui et simulatores discerni in via et simplicitate sanctorum

---

4) Tractatus magistrorum Parisiensium contra yppocritas non receptus *A*.

[a]) *om. I.* [b]) est *add. A sup. lin.* [c]) exprimunt sentencias *EFGHI.* [d]) per *EFGH;* pre *false cet. cod.* [e]) multitudine *AEFH.* [f]) *om. I.* [g]) ypocritas hin: *E;* ypocritas habere *FGHI.* [h]) et *corr.* ac *A;* ac *B;* et *EFGHI.* [i]) possent *I.* [k]) prophete sancti *A, B;* prophete et sancti *EFGHI.* [l]) *om. B.* [m]) doctores *corr.* doctrinas *A.*

[1]) *auctor hic tangit tractatum Guillelmi de Sancto Amore, intitulatum „De periculis novissimorum temporum", quem papa Alexander IV. anno 1256 damnavit ob invectiones adversus ordines mendicantes in illo contentas. Cf. Féret, La faculté de théologie de Paris, t. II, p. 47—83 et p. 215—225, Denifle, Chartularium universitatis Parisiensis, t. I, num. 256, n. 6, 288 sq. et Hurter, Nomenclator litterarius, t. IV, p. 239, n. 1. Matthias de Janow tractatum hunc inseruit in suum tractatum de Antichristo (Regularum l. III. tr. V, dist. X, cod. A ff. 183[a]—198[a]).*

evitari. Non enim sine magno pondere dictum esse[a]) credendum est a fideli Jhesu[1]): „Attendite vobis a fermento phariseorum, quod est ypocrisis." Et alibi[2]): „A fructibus eorum congnoscetis eos".

Non itaque[b]) labor superfluus michi visus est conquirere monita et fulcimenta ex scripturis[c]) contra ypocrisim maxime, que ut tabes serpit in istis modernis temporibus et novissimis ac[d]) ultimis[e]) ulteriusque[f]) iam veluti mare inundat[g]) mirabiliter per suas mirabiles[h]) elaciones in tantum, quod fere omnes montes et colles ecclesie[i]) Christi cooperuit. Et ipsi septem spiritus nequiores[3]) ingressi in domum a spiritu Jhesu desolatam propter abhominacionem in loco sancto iam positam sunt, qui[k]) continue movent et exagitant fluctus illius feri maris, a quibus nisi[l]) custodiat dominus[m]) Civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam[n]), Jhesus Christus, qui non dormitat neque dormiet, sed vincit et regnat in secula seculorum. Amen[o]).

Capitulum prologi secundum[p]).

[f. 36a] Protestor autem hic et notum facio universis, ad quos scripta vel scribenda pervenerint, quod, dum[q]) multa loquens et disputans de ypocrisis[r]) pessima iniquitate et ypocritis, frequenter facio mencionem de clericis, sacerdotibus diversorum graduum et condicionum atque de monachis et religiosis invective contra huiusmodi, qui sunt ypocrite, et quandoque corripiendo descendo ad speciem statuum, ordinum[s]) atque graduum ipsorum, nequaquam sanctos et dignos clericos, sacerdotes et monachos inpungno neque intendo quidquam dicere, quod ullomodo per directum vel indirectum possit[t]) sanctorum

---

[a]) est *corr.* esse *A in m.* [b]) ita *H.* [c]) ex scripturis sanctis [sacris *E*] et canonicis [canonibus *E*], et specialiter ex lege dei *EFGHI.* [d]) aut *corr.* ac *A.* [e]) *add. A in m.* [f]) ulterius *om. B.* [g]) *ita ABFGH;* habundat *E;* redundat *I.* [h]) *om.EFGHI.* [i]) *om. EI.* [k]) sunt, qui *om. E;* iam positam, qui [que *H*] *FGHI.* [l]) *ita EFGHI;* nos *AB.* [m]) *ita EFGHI;* ab eisdem *AB.* [n]) eam, et ipse est *EFGHI.* [o]) Hic nota bene *add. I alia manu.* [p]) *ita A rubr.; om. ccd. ceteri; E habet:* Protestacio ad universitatem; *F rubr.:* Capitulum de protestacione, etc.; *G rubr.:* Protestacio. [q]) *ita AB;* cum *EFGHI.* [r]) yppocrisi *BEF.* [s]) ordinem *(sic) BE.* [t]) posset *FGHI.*

[1]) *Lucae XII. 1.* [2]) *Matth. VII. 16.* [3]) *Cf. Matth. XII. 45.*

huiusmodi statui vel gradui aut honori[a]) derogari[b]). Quinymmo quia[c]) pro sancta dei ecclesia, dulcissima matre mea christiana et nupta domini mei piissimi, Jhesu Christi, zelo zelatus sum mox a iuventute mea, usque dum evacuavi ea, que sunt parvuli,[1]) et factus vir, adhuc amplius zelus domus domini Jhesu crucifixi dei mei comedit me[2]), et quia diligo decorem domus domini[3]) et per consequens quemlibet statum, gradum, condicionem, officium et consuetudinem[d]) sancte ecclesie, diligo[e]) omnem gradum, ordinem[f]), religionem et conventum clericorum, sacerdotum, monachorum[g]) et religiosorum sanctorum, et quia inquam diligo, teneo[h]) et profiteor omnia, que sanctissima mater mea ecclesia catholica Romana[i]), id est dominus papa cum suis cardinalibus et ceteris coepiscopis et sanctis patribus usque ad papam Boniffacium 9.[k]), decrevit, ordinavit et statuit et consecravit[l]), omnia inquam illa, quia sincera fide diligo et confiteor[m]) facta in nomine Jhesu Christi: Ideo contra ypocritas et ypocrisim eorum istos libros conscripsi et singula in eisdem collegi, quanto magis prope et[n]) proprie ypocrisim et ypocritas persequendo et denudando, irascens et execrans ea[o]) omnia, que opus domini Jhesu et massam ecclesie eius, totam sanctam et totam pulchram, ita nunc notorie et manifeste destruxerunt et destruunt, corrumperunt et corrumpunt non iam per modicum fermenti, quod est ypocrisis, ut ait apostolus[p])[4]), sed per multorum refrigerium caritatis et per copiosum et condensatum amorem huius mundi nec non per nimiam sue iniquitatis habundanciam omnes fere prenominatos status, gradus, beneficia et officia clericorum et sacerdotum, professiones, regulas et ordines monachorum ac religionum repleverunt et refermentaverunt et abhominabilia aput deum et spiritum domini Jhesu reddiderunt, ita ut iam manifeste et ad literam compleatur sermo, qui scriptus est M[t]. 24[5]): „Cum videritis abhominacionem

---

[a]) honori bonorum *EFGHI.* [b]) derogari *ABEH;* derogare *FGI.* [c]) *add. A in m.* [d]) consuetudinem bonam *EFGHI.* [e]) *om. EFGHI.* [f]) *om. EFGHI.* [g]) *om. EFGHI.* [h]) teneor *AB.* [i]) Romana — Bonifacium 9. *om. EFGHI.* [k]) 9. *posterius add. A; om. B.* [l]) et consecravit *om. FGHI.* [m]) profiteor *E.* [n]) prope et *om. EFGHI.* [o]) illa *HI.* [p]) apostolus ad Cor. *EFGHI.*

[1]) *Cf. I. Cor. XIII. 11.* [2]) *Cf. Psalm. LXVIII. 10 et Joann. II. 17.* [3]) *Cf. Psalm. XXV. 8.* [4]) *Cf. I. Cor. V. 6.* [5]) *Matth. XXIV. 15.*

desolacionis, que dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat."

Hoc igitur accipe, qui legeris[a]) infra scripta, quod tantum contra malos et ypocritas clericos et sacerdotes et quoslibet fictos christianos sermo laborat et[b]) convertitur, ut pii et sancti christiani sint magis clarificati ac providi et[c]) gubernacula possideant pro ypocrisi, que ut venenum et tabes serpit, ubique evitanda.

Capitulum prologi secundi[d]).

Jam ergo Christi Jhesu memoria et ipsius adiutorio michi assistente assumpsi colligere aliqua universalia documenta, que placuit regulas de ypocrisi iudicanda[e]) et[f]) demonstranda appellari.

Faciam autem illud supposita principaliter[g]) fide et amore domini mei et dei mei, Jhesu crucifixi, ad edificacionem stabilem mei ipsius et aliorum Christi simplicium[h]) et humilium, qui cupiunt contra ypocritas vigilare atque sibimet attendere, ne a fermento ypocrisis perniciose corrumpantur.

Secundo, ut tempus michi redimerem, quod post studia mea et cottidianos ad vulgus[i]) sermones vacans[k]) restabat, attendens consilium sapientis, qui dicit[l]): „Scribe sapienciam, fili mi, in tempore vacuitatis."

Tercio, quatenus illud lumen intellectus, quod piissimus Jhesus michi suaviter communicans, infundebat, scripture commendans, diucius ipso perfruerer et communicarem aliis, si qui forte [f. 36b] dignentur se gubernare, sicut scriptum est[2]): „Audiens sapiens[1]), sapiencior erit, et intelligens gubernacula possidebit", et[m]) ne arguerer forte torporis et negligencie, si ea,

---

14) Primo *E.*

19) Secundo *E.* — Labor autoris *A.*

23) Tercio *E.*

28) Quarto *E.*

[a]) legis *B.* [b]) laborat et *EFGI.* [c]) ut *EFGHI.* [d]) *ita A; om. BFGHI; E habet:* Item sequitur ad idem *(rubr.:)* Maria. [e]) iudicanda *ABC,* indicanda *GHI,* indicenda *F.* [f]) *om. E.* [g]) *om. EFGHI.* [h]) fidelium *EFGHI.* [i]) wlgos *FH.* [k]) michi vacans tempus *FGHI.* [l]) sapiens sapienciam *EFGHI.* [m]) *ita AB.* Quarto *EFGHI.*

[1]) *Eccli. XXXVIII. 25 (discrepat).* [2]) *Proverb. I. 5.*

que michi dulcis Jhesus ostendit et apperuit in scripturis oculos, maxime quoad presencia secula et futura, darem dissipari in nichilum, nullum memoriale ipsorum stabile faciendo. Quia scriptum est[a] 1): „Ne retineas verbum salutis in tempore necessitatis."

Sciendum est igitur, quod de multis nimis scripturis canonicis et doctorum, que de ypocritis loquuntur, pauca volui hic[b] accipere et in certo numero[c], solum ideo, ut haberem occasionem et materiam scribendi de ypocritis et ut ponerem ad ordinem aliqualem ea, que occurerint de hac materia conscribenda.

Primo itaque, quanto possum[d] plenius, quid est ypocrisis, describam, obmittens causa brevitatis declarare singillatim partes descripcionis, et quia eciam sunt per se manifeste[e].

Secundo proposiciones[f] quatuor, quas voco regulas, summatim conscribam, singulariter eas, que ostendunt aliquem esse ypocritam.

Tercio in communi aliquas declaraciones ex scripturis signabo, addens racionem[g] atque satisfaccionem, cur ipsas regulas in illum[h] numerum, puta quatuor coartavi[i].

Quarto singulariter de qualibet earum tractatum faciam.

Quinto accedam ad alias[k] quatuor regulas ordinandas, que de directo monstrant christianum non esse ypocritam aut posse per easdem ypocrisim evitare, prorsus in composicione earum eundem[l], sicut in istis primis, ordinem observando.

Explicit prologus, incipit[m]:

---

6) Ordo dicendorum [Maria *E rubr.*] *EFGHI.*
12) Divisio libri *A.* — Primo *E.*
15) Secundo *E.*
18) Tercio *E.*
21) Quarto *E.*
22) Quinto *E.*

[a]) est *(lacuna) AB.* [b]) *om. I.* [c]) ponere *FGHI.* [d]) potest *corr.* possum *A in m.; potest EFGHI.* [e]) *ita omnes cod.* [f]) proponens *FGHI.* [g]) *post corr. A.* [h]) ipsum *B.* [i]) cohartavi *G.* [k]) illas *FGI.* [l]) earumdem *H.* [m]) *ita AB; om. GI; E ponit:* Explicit prologus et incipiunt species ypocrisis per regulas ubique determinatas. *H:* Explicit prologus istius libri, etc.

1) *Eccli. IV. 28.*

Capitulum primum[a]).

Quid est ypocrisis et quot sunt species ypocrisis[b]).

Est ergo ypocrisis diccio greca et dicitur ab „yppo“[c]), quod est „sub“, et „crysis“ „aurum“, quasi aliquid vile sub auro vel aliquid vilissimum aut nocivum, quod[d]) coopertum desuper auro ad lucrandum et decipiendum; et ideo potest ypocrisis significare extento nomine omnem falsitatem, ubi sub aliquo bono vel apparenti bono aut precioso et acceptabili exhibetur inter homines vile aut[e]) eciam[f]) nocivum.

Tamen magis applicando ad propositum et prout concernit religionem christianam ypocrisis potest describi sic:

Primo ypocrisis est conplacencia hominis in apparenti bono[g]), in religione vel moribus, et non existenti, in bono alieno inique sibi apropriato et ad proprium lucrum vel conplacenciam assumpto[h]).

Vel secundo sic[i]): ypocrisis[k]) est omne apparens bonum et non existens, volitum vel admissum in religione et non in moribus hominis pro lucro aut conplacencia hominum, contrarium ordini nature et pervertens veritatis iudicium impediensque[l]) in homine suiipsius salubrem congnicionem[m]).

Tercio[n]) sic[o]); ypocrisis est quedam in homine iniquitas et[p]) intima et occulta, que solum vel maxime in bonis et

---

3) Interpretacio ypocrisis *A*. — Nota *H*.

12) Diffiniciones ypocrisis *(rubr.:)* decem *A*. — 1ª *A rubr.* Primo *E*. 1ª *F*. Prima descrip.io *H*. Prima descripcio ippocrisis *GI*.

16) 2ª *A rubr., FGHI*. 2º *E*. Quid sit ipocrisis *D 1*. Quid est ypocrita *D 2 rubr*.

21) 3ª *A rubr., FGHI; 3º E*.

[a]) *ita A*. Capitulum primum in secundum tractatum, et primo *B*. Incipit primum capitulum istius tractatus *F rubr*. Capitulum primum *G rubr. et I; om. cet. cod*. [b]) *ita A*. Quid est ypocrisis, ostendit, et quot sunt species ypocrisis, Magistri Parisiensis *B rubr*. Quid est ypocrisis et unde dicitur et quot habet descripciones *I; om. cet. cod*. [c]) yppos *falsc omnes cod*. [d]) *ita AB; om. EFGHI*. [e]) autem *A*. [f]) et *B; om. EFGHI*. [g]) bono, videlicet *EFGHI*. [h]) assumpcio *AB;* assumpto *FHI; om. E*. [i]) Vel *et* sic *om. EFGHI*. [k]) Est autem ypocrisis omne apparens bonum ɔc., *sic contin. D 1. 2., cf. supra p. 169, lin. 27*. [l]) impediens *tantum EFGHI*. [m]) *D 1. 2. contin.:* Vel sic: Ypocrisis est omnis usus boni ɔc., *v. infra p. 177, lin. 5*. [n]) Tercia *I*. [o]) *om. EFGHI*. [p]) *om. EFGHI*.

ex bonis nascitur et maxime ex bonis a deo acceptatis[a]), exortans[b]) occulte hominem et faciens ipsum reprobum circa fidem.

Quarto[c]) ypocrisis est superbia, spiritualis et pessima, inducens hominem in magnam estimacionem de seipso et ad crudele iudicium de proximis.

Aut[d]) quinto ypocrisis est amor suiipsius nimis inordinatus et intensus, comparatus et augmentatus ex bonis naturalibus et bonis fortuitis et acquisitis moribus et maxime ex bonis fidei et religionis.

Vel[e]) sexto ypocrisis est quedam concupiscencie carnis corruptela in animo vel in spiritu, inducens eciam bona fidei christiane et dona dei et pulchriora religionis ad conplacenciam suiipsius et ad lucrum[f]) suumque comodum[g]) temporale.

Aut[h]) septimo[i]) ypocrisis est quedam intima obtenebracio[k]) vel quasi rubiginacio nata ex vita hominis tepida et negligente in fide Christi, qua homo fictam dileccionem et pietatem simulatam operans in proximos sibi[l]), quasi sit in veritate, blanditur et in ficta spe firmatur [f. 37a] et quietatur.

Aut[m]) octavo[n]) ypocrisis est quedam ignorancia sui ipsius grassa[o]) et affectata, qua homo sibi complacet solum extrinsecis consuetudinibus et exerciciis corporalibus et in specibus virtutum per diutivum tempus acquisitum, ponens suas iusticias principaliter in mandatis hominum et doctrinis.

Vel nono sic[p]): ypocrisis est fides christiana in homine, ex qua omnia, que ex deo sunt, ex magna consuetudine et usu inveterascunt homini eidem et vilescunt, et solum propter consuetudinem vel timorem humanum aut timorem servilem exercentur, et ea, que sunt ex hominibus, adinvenciones[q]), mandata aut doctrine, dummodo nova recenciaque magis[r]) appreciantur

---

3) 4a *A rubr., FGHI;* 4o *E.*
6) 5a *A rubr., FGHI;* 5o *E.*
10) 6a *A rubr., FGHI;* 6o *E.*
14) 7o *A rubr. et E;* 7a *FGHI.*
19) 8vo *A rubr.;* 8o *E;* 8a *FGHI.*
24) 9o *A rubr. et E;* 9a *FGHI.*

a) acceptis *EFGHI.* b) ita *AF;* exhortans *BGHI.* c) Quarta *I.* d) *om. EFGHI.* e) *om. EFGHI.* f) *sup. lin. A.* g) suum commodumque *FGHI.* h) *om. EFGHI.* i) 7ma *A.* k) obumbracio *F.* l) sibi ipsi *EFGHI.* m) *om. EFGHI.* n) 8va *A.* o) crassa *FGHI.* p) Vel *et* sic *om. DFGHI.* q) videlicet adinvenciones *EFGHI.* r) *om. B.*

et timentur et in tantum, ut eciam per ea deum incipiunt homines collere[a]) et timere, mandatis dei et verbo eius nichilominus neglectis et obmissis tamquam minus necessariis et iam antiquatis[b]).

Item[c]) decimo[d]) collective ex precedentibus ypocrisis[e]) est omnis usus boni vel apparentis boni aut habitacio ipsius, qui facit hominem in seipso conplacere vel in hominibus in tantum, quod abducit a vera cordis humilitate et a spiritu contribulato et corde contrito in hac vita hominis et tempore dato ad penitendum, et obnubilat christianum ad pensandum et congnoscendum in veritate dona dei in se et sic extinguit gratitudinem eius ad Christum Jhesum[f]).

Notandum est autem hic, quia ponuntur decem diffiniciones vel descripciones ypocrisis[g]), singule in aliquo differentes ab aliis secundum certas differencias, excepta ista ultima posita et decima, que solum in eo differt a ceteris, quod est communis ad omnes precedentes descripciones, ideo possunt hic enumerari et[h]) signari novem vel decem species ypocrisis et racionabiliter distingwi penes tenorem descripcionum. Ego tamen, brevitati inserviens, extraxi tantum quatuor species ypocrisis infra per longum declarandas, in quibus relique omnes species concurrunt, et subiungam alias quatuor regulas vel[i]) virtutes[k]) de sanctitate veritatis christianorum, domino Jhesu michi assistente, quatuor dictas species ypocrisis expungnantes[l]) et debellantes, quemadmodum paulo ante in prohemio est distinctum[m]).

Nunc[n]) ad fermentum phariseorum, quod[o]) est ypocrisis, declarandum redeamus. Ubi[p]) est advertendum, quod, cum[q]) spiritus inmundus in homine omnia peccata carnalia operatur, utpote gulam, luxuriam, avariciam, accidiam et hiis similia, hoc

---

5) 10° *A rubr.* Regula generalis tracta ex omnibus *E.* — 10ª generalis *FGHI.*

13) Notabile *(rubr.:)* Maria *E.*

27) Nota, unde prodeat ypocrisis *EFGHI.*

a) et collere *FGHI.* b) *om. B.* c) *om. EFGHI.* d) nono *corr.* X° *A.* e) *hac voce D 1, 2. contin.* f) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Ubi est advertendum ɔc., *v. infra lin. 28.* g) *om. H.* h) vel *GH.* i) quas *(sic) I.* k) veritates *I.* l) expurgantes *A post corr. et B.* m) deductum *EFGHI.* n) Jam nunc *EFGI.* o) quod *EGHI;* quid *cet. cod.* p) *hac voce D 1. 2. contin.* Unde *E.* q) *om. E.*

peccatum, scilicet ypocrisym[a]) septem spiritus nequiores in homine operantur; propter quod est pessimum vicium et nocentissimum, et tanto peius, quanto magis subtiliter et occulte generatur et corrumpit totam massam.

Et non potest evitari hoc vicium ab aliquo, nisi ab hiis, qui aguntur et illuminantur a spiritu Jhesu Christi. Et tale est vicium ypocrisis, quia[b]) solum vel maxime ex bonis habitis vel[c]) et acquisitis et maxime ex spiritualibus a deo acceptis generatur. Ideo quanto maiora bona et plura in religione vel spiritualia[d]) homo accipit, si non habet spiritum Jhesu vivificantem et illustrantem in intimis, tanto magis fit ypocrisis in eo et firmatur. Et inde fit, quod omnia, que aliis cedunt ad salutem et cedunt in remedium anime, illa eadem cedunt ypocritis ad maiorem[e]) corrupcionem et in novissimam dampnacionem, et omnia, que alios illuminant et gratos deo faciunt et humiles, eadem ypocritas excecant et placentes sibimet faciunt et[f]) superbos. Et nichil relinquitur, quod sic corruptos per ypocrysim emendare[g]) aut corrigere possit, nisi plage et nimie[h]) tribulaciones manifesteque confusiones, pro quo[i]) scriptum est[1]): „Sola vexacio dabit intellectum auditui", et alia scriptura dicit[k])[2]): „Imple facies eorum ignominia[l]), et [f. 37b] querent nomen tuum, domine[m])."

Unde hic est incidentaliter advertendum, quod post annos ab incarnacione domini M. CC. vel circa[n]), tunc nimia ypocrisis redundaverat in populo christiano et maxime in clero et supra modum in clero Romano, cum refriguit caritas multorum et superhabundavit iniquitas, cum ecclesia Christi[o]) pace

---

5) Cautele ypocrisis *(rubr.:)* Maria *E.* — Cautela ypocrisis *FGHI.*

17) Remedium contra ypocrisim *EFGHI.*

23) Maxima ypocrisis circa annum 1200. Nota. *A.* — Notabile, quam diu incepta est ypocrisis *E.* — De tempore, quo ypocrisis inundavit, et in quo loco, et de effectibus eius *FGHI.*

[a]) ypocrisis *B.* [b]) quod *D 2.* [c]) *om. B D 1. 2. EFGHI.* [d]) vel spiritualia *om. EFGHI.* [e]) ad maiorem ypocritis *AB; om. D 1. 2;* ypocrisis *EFGHI.* [f]) *om. FGI.* [g]) emundare *B.* [h]) plage [plane *E*] mine et *EFGHI.* [i]) hoc *E.* [k]) *loco* alia scriptura dicit *tantum* iterum *ponunt D 1. 2.* [l]) *G sup. lin. add.* confusione *et in marg.* pohanyeny; *I superscr.* o pohanienie. [m]) *D 1. 2. contin.:* Et propter hoc, v. *infra p. 179, lin. 18.* [n]) vel circa *om. EFGHI.* [o]) *om. EFGHI.*

[1]) *Isaiae XXVIII. 19.* [2]) *Psalm. LXXXII. 17.*

huius mundi summa[a]) atque diviciis et gloria habundavit. Et tunc ypocrite totam ecclesiam sanctorum nimium repleverunt et gravaverunt[b]), et tunc de aperto puteo[c]) abissi fumus exalavit et de fumo exiverunt locuste nimium multe et nocive, quarum descripcionem in subsequentibus[1]) invenies copiose. Et tunc illa magna mulier fornicaria, sedens super aquas multas, posuit se super bestiam coccineam, de quo[d]) me sermo multus inferius[2]) prestolatur[e]). Et tunc puto illum magnum Antichristum et famosum pertransisse, quicumque fuerit ille[f]), de quo eciam[g]) inferius habes longum[h]) tractatum[3]) conpilatum. Cuius dehinc corpus inpinqwatum[i]) et dilatatum nimis fuit per totam ecclesiam, et hec[k]) est multitudo ypocritarum et christianorum hunc mundum amancium, seu qui post hoc seculum abierunt[l]). Cuius Antichristi brachia stant usque modo atque eius universe familie nimia[m]) multitudo.

Tunc dico ad propositum, quod dominus noster Jhesus Christus, providens suis electis miseransque sue inclite[n]) ecclesie sanctorum et[o]) propter hoc volens abreviare[p]) dies illos et regnum funestum ypocritarum, — de[q]) quibus diebus scriptum precessit[4]): „Nisi, inquit, breviati essent dies illi, non fieret salva omnis caro: breviabuntur autem propter electos", — permisit et procuravit fieri multas plagas magnas et pessimas in ecclesia, videlicet multa bella et strages ex parte gencium et paganorum infinita prelia et exicialia, intestina[r]) et inter seipsos christianorum[s]). Inde venerunt societates multe[t]) horribiles hominum pessimorum. Indeque mortalitates[u]) et pestilencie et fames et terre motus terribiles et alia multa horribilia portenta

---

8) Antichristus magnus *A rubr.* De Antichristo *E.*
22) Plage ypocritarum *D 2. rubr.*

[a]) mundissima *corr.* mundi summa *A in m.; mundissima B;* pessima *EFGHI.* [b]) et gravaverunt *A et B;* et aggravaverunt *E;* atque gravaverunt *FGHI.* [c]) putei *AB.* [d]) de qua *EFGHI.* [e]) prestulatur *H.* [f]) *om. BH.* [g]) *om. B.* [h]) magnum *EFGHI.* [i]) in *sup. lin. add. A.* [k]) hoc *E.* [l]) habierunt *H.* [m]) innumera *EFGHI.* [n]) *om. EFGHI.* [o]) *contin. D 1. 2.* [p]) abreviare dominus noster Jhesus Christus *D 1. 2.* [q]) de — propter electos *om. D 2.* [r]) et exicialia intestina *om. E.* [s]) christianos *D 2; om. EFGHI.* [t]) multo *B.* [u]) indeque mortalitates *om. B.*

[1]) *Cf. l. III, tr. V, dist. IX, c. 9.* [2]) *Cf. l. III, tr. VI, passim.*
[3]) *vid. l. III, tr. V „de Antichristo".* [4]) *Matth. XXIV. 22.*

et signa ire dei et furoris. Que omnia non aliud fuerunt quam remedia contra multitudinem funestam ypocritarum et ad ipsorum vel destruccionem vel provocacionem[a]) ad penitenciam et [ad] liberacionem dei electorum de tribulacione eorum maxima et pessima et de potestate et regimine[b]) iniquorum[c]): quoniam, ut dictum est, eos, quos semel ypocrisis fermentum inficit[d]) et corrumpit[e]), iam[f]) bona dei non emendant[g]) neque provocant ad penitenciam, sed magis talia perducunt[h]) ipsos[i]) ad conplacenciam in se et superbiam spiritualem et sathanicam et per consequens in[k]) intimam cecitatem. Mala autem[l]), pene et plage, solum habent[m]) talibus vix forte aperire oculos eorum et ingerere ipsis[n]) ypocritis suiipsius congnicionem[o]). Propter quod ubicumque in scripturis fit interpretacio malorum per apostolos vel[p]) prophetas aut alias[q]) a verbo dei, solum vel maxime fit contra ypocritas, quod quidem facile videre poterit omnis, qui legit[r]) scripturam Veteris et Novi Testamenti.

Capitulum secundum[s]).

Enumerantur regule octo ad ypocrisim vel non ypocrisim iudicandam[t]).

Placuit ergo hic octo proposiciones colligere[u]) ad ypocrisim deprehendendam et expurgandam: quatuor, que[v]) ostendunt quemquam esse ypocritam, et quatuor, que probant hominem non esse ypocritam. Que demonstrant hominem esse ypocritam, sunt iste:

Prima est, facta professione christiana, primum respectum habere ad seipsum, et ideo amare sua, placere sibi et suis, mag-

---

21) Nota bene subscripta *A*.

26) 1ª *H*.

a) promocionem *D 2*. b) de regimine *BG*. c) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Mala enim, pene et plage oc., *v. lin. 10*. d) interficit *EFGH;* interfecit *I*. e) corrupit *I*. f) *om. E*. g) emundant *B*. h) producunt *I*. i) *om. E*. k) *ita EGHI; om. AB*. l) Mala enim oc., *contin. D 1. 2.* m) *om. D 2*. n) ipsius *corr.* ipsis *A*. o) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Ista autem 4or oc., *v. infra p. 181, lin. 12*. p) et *EFGHI*. q) alios *B*. r) legerit *FGHI*. s) *ita AB rubr. I.* [Sequitur *H*] Capitulum secundum, in quo *EFGH*. t) *ita omnes cod.* u) ponere *EFHI*. v) *A post corr.*

nificare se[a]) per propria, iustificare se ex suis, separare se in suis, eciam[b]) in eis, que sunt religionis christiane.

Secunda est sub confessione fidei Jhesu Christi habere primum motum et[c]) respectum ad acquirenda bona huius mundi eciam per ea, que sunt religionis christiane.

Tercia est christianum primum propter se et a se querere suam iusticiam, eciam in eis, que sunt religionis christiane.

Quarta est christianum primum respectum habere ad commodum vite presentis et cum hoc atque pro eo Christum sequi et ea, que sunt religionis christiane, adimplere.

Aut ita:

Prima est[d]): amare se et placere sibi ipsi, eciam in hiis que sunt religionis Christi[e]).

Secunda est[f]): amare vitam huius seculi et querere, eciam per ea, que sunt religionis christiane.

Tercia est[g]): amare suam propriam iusticiam et exinde[h]) querere seipsum iustificare per ea, que sunt religionis christiane, solum consuetudinaria et corporalia[i]).

Quarta est[k]): amare proprium commodum et primum ipsum querere precipuis studiis et postea et[l]) propter hoc dominum Jhesum Christum[m]).

Regule, que demonstrant christianum non esse ypocritam, sunt hee:

Prima est: perfecte abicere seipsum usque ad odium proprie anime propter Jhesum Christum.

---

3) 2ª *H.*

6) 3ª *H.*

8) 4ª *H.*

11) Alia descripcio *FGHI.* — Ypocritam christianum 4^{or} demonstrant proprie *D 1. rubr.* Signa eorumdem *D 2. rubr.*

22) Regule, que demonstrant christianum non esse ypocritam *E.*

24) 1ª *H.*

a) *add. A sup. lin. manu posteriore; om. B.* b) et *FGHI.* c) *lineae superpos. A manu poster.* d) Prima est *om. EFGHI. D 1. 2. cont. sic:* Ista autem sunt quatuor, que demonstrant hominem ypocritam: 1^{m} amare se et placere sibi ipsi, *ceteris omissis.* e) christiane *FGI.* f) 2^{m} (est) amare vitam huius seculi et querere *D 1. 2. cet. om.* g) 3^{m} amare ɔc. *D 1. 2.* h) inde *I.* i) carnalia *D 2.* k) 4^{m} amare ɔc. *D 1. 2.* l) *om. EFGHI.* m) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Ista vero 4^{or} sunt, que probant et demonstrant christianum non esse ypocritam: primum perfecte abicere seipsum ɔc.

Secunda est[a]): totaliter conferre se ad Christum et donare seipsum sibi usque ad dileccionem ipsius unici et solius.

Tercia est[b]): perfecte amare crucem Christi et ignominiam passionum eius et per vitam imitari.

Quarta est[c]): omnia facta sua et fienda a dileccione[d]) domini Jhesu incipere et ad ipsam terminare.

Aut sic conpendiosius:

Prima[e]): seipsum usque ad finem propter deum spernere.

Secunda[f]): unicum et solum Christum Jhesum, suum unicum bonum, eligere.

Tercia[g]): humilitatem ac contemptum et dolores crucis Christi imitari et diligere.

Quarta[h]): propter amorem Jhesu[i]) omnia facere[k]).

[f. 38b] Capitulum tercium[l]).

De illis[m]), *in quibus omnes ypocrite concordant et concurrunt*[n]).

Quantum ad proposiciones, que[o]) demonstrant ypocritam, est advertendum, quod[p]), prout apparet tenore ipsarum[q]), in aliquibus partibus suis et racionibus concurrunt et in aliquibus sunt distincte. Et ideo quoad illa, et[r]) in quibus et per que distinguuntur, post agetur. Nunc notandum de illis, in quibus concurrunt[s]), et primo et[t]) eo est[u]), quod ponitur in principio cuiuslibet[v]), puta istud conplexum, facta christiana professione, per quod innuitur, quod solum de ypocritis christianis hic fit accio, quoniam homines aliarum sectarum aut

---

1) 2a *H.*
3) 3a *H.*
5) 4a) *H.*

a) Secundum *D 1. 2.* b) Tercium *D 1. 2.* c) Quartum *D 1. 2.* d) ad dileccionem *I.* e) Prima est *B et EFGHI.* Primum *D 1. 2.* f) Secunda est *EFGHI.* Secundum *D 1. 2.* g) Tercia est *EFGHI.* Tercium *D 1. 2.* h) Quarta est *EFGHI.* Quartum *D 1. 2.* i) Jhesu Christi *D 2;* Christi Jhesu *D 1. EGHI.* k) *D 1. 2. contin.:* Omnis itaque &c., *v. infra p. 183, lin. 7.* l) *ita B (rubr.) EF (rubr.) GI.* Sequitur capitulum tercium *H.* Capitulum primum *(rubr.) false A.* m) hiis *F.* n) *ita omnes cod.* o) *post corr. A.* p) *om. F.* q) ipsarum, quod *EFGHI.* r) *om. EFGHI.* s) *ita BE;* concurrerunt *AFGHI.* t) *om. GHI.* u) *om. BE;* primum est *F.* v) *sup. lin. add. A.*

gencium, quomodocumque ficte et simulatores[a]) se exhibeant, non tamen scriptura eos ypocritas nominat neque curat loqui de ipsis, tum quia sunt foris, unde apostolus [I[a].][b]) Cor. V. g.[c])[1]): „Quid enim michi est[d]) de hiis, qui foris sunt, iudicare? Nonne de hiis, qui intus sunt, vos iudicatis?“, — tum quia, etsi sunt simulatores in sectis aliis, tamen non sunt in ullo nocivi simplicitati christiane religionis. Omnis autem[e]), qui christianam[f]) religionem ostentat et profitetur, et vivit contrarie ipsius[g]) ewangelice veritati, ille est nocentissimus domesticus inimicus[h])[2]). Et stante ipsius cupido amore ad seipsum vel ea, que sunt huius mundi, tanto est maior ypocrita et peior, quanto in alciori gradu[i]) est locatus[k]) in ecclesia Christi[l]). Et quanto magis afforis ostentat et confitetur religionem christianam, tanto[m]) forcius debellat simplicitatem morum in ecclesia et tanto plures secum simplices et rudes collorate et splendide seducit ad cupidum amorem huius vite et eorum, que sunt huius[n]) mundi[o]). Verbi gracia: Sacerdos, amator huius seculi, efficacius[p]) et plures secum ducit ad mundum hunc quam publicus homo vel laycus. Et doctus sacerdos aut doctor, existens huiusmodi, adhuc multo magis potenter et apparenter eciam stellas de celo detrahit per suam caudam velud draco[3]). Et si episcopus sit talis, adhuc amplius[q]). Quod si fuerint multi huiusmodi sacerdotes in religione christiana et multi episcopi et[r]) archiepiscopi, mox sibi similes, scilicet amatores et[s]) suiipsius et huius seculi, erunt[t]) magnum splendorem religionis christiane et[u]) sanctitatis preferentes et ostentantes, affirmantes in vulgo racionabile[v]) esse[w]) ex scripturis[x]) et per vitam, quod sic bene stant et securi satis sunt[y]) de sua salute: et iste sunt

---

9) Inimicus veritatis *D 2. rubr.*

[a]) simulatione *E.* [b]) *add. ab ed.* [c]) I[a] ad Cor. quinto *FGHI.* [d]) *om. E.* [e]) Omnis itaque *contin. D 1. 2.* [f]) Christi *D 1.* [g]) ipsi *GHI.* [h]) *post corr. A.* [i]) grado *corr.* gradu *A;* loco aut gradu *FGHI.* [k]) positus *EFGHI.* [l]) dei *D 2.* [m]) *ita D 2, EFGHI;* quia tanto *minus recte AB et D 1.* [n]) *om. EFGHI.* [o]) *om. B.* [p]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Ille ergo amor sui ɔc., *v. infra p. 185, lin. 19.* [q]) *om. B.* [r]) amplius facit quam si fuerint multi ɔc. *EFGHI.* [s]) vel *I.* [t]) *om. E.* [t]) *ita EFGHI; om. AB.* [u]) *om. E.* [v]) racionabile *FGHI;* racione *AB.* [w]) est *false H.* [x]) ex scripturis, [ut *GHI*] divicias nimis magnas et castra et satrapas possidere, hoc dicunt esse licitum et sanctum, et quia sic bene stant ɔc. *EFGHI add.* [y]) *om. I.*

[1]) *I. Cor. V. 12.* [2]) *Cf. Matth. X. 36.* [3]) *Cf. Apoc. XII. 4.*

caude omnium vulpium[a]) simul iuncte[b]) iuxta prophetam, qui dicit[1]): „Sacerdos et propheta ipse est[c]) cauda." Quis, obsecro, poterit[d]) subsistere[e]), qui ad partem eorum[f]) non cedat et non credat secum, amore cupido sui et rerum huius mundi ac sequela posse conplacere domino Jhesu? Quod tamen manifeste est contrarium toti scripture divine et catholice veritati. Et ita isto modo tota fere ecclesia fidelium in hiis novissimis temporibus[g]) est seducta et tali ypocrisi fermentata.

Adiungitur eciam in fine in proposicionibus[h]) vel[i]) regulis hec[k]) clausula[l]): eciam in eis et per ea, que sunt religionis christiane, quoniam non est tanta[m]) iniquitas vel iniuria domino Jhesu Christo, si illum cupidum amorem suum et conplacenciam in hoc seculo huiusmodi simulati[n]) homines inquirerent et negociarentur per ea, que sua sunt, utpote publicani faciunt et meretrices, aut res[o]) vilissimas huius mundi et temporales, ut faciunt rustici[p]) laboratores et mercatores. Nunc autem isti ypocrite habent hoc commune, quia conplacenciam suam in carne sua et in hoc seculo inquirunt et secuntur in illis et per ea, que sunt apropriate[q]) domini Jhesu[r]) crucifixi et sanctitatis ac religionis christiane per talia, que sunt sanguine Jhesu Christi et mortibus[s]) ac sanguine apostolorum et martirum infinitorum redempta et comparata et solum pro lucrando Christo Jhesu et salute animarum ordinata et[t]) donata. Ista est habundancia iniquitatis nimia, et[u]) de hoc adhuc multa dicentur inferius et singulariter, quando agetur de quarta proposicione premissorum[v]).

Ponitur eciam[w]) in regulis omnibus hoc conplexum: primum propter se. Nam illud est proprie proprium cupiditati [f. 39a] carnis et in hoc differt[x]) a caritate, puta quod

---

[a]) wlgium *(sic) H.* [b]) dicte *(sic) E.* [c]) *om. EFGH.* [d]) posset *E.* [e]) subsistere mundi *corr.* subsistere *A.* [f]) *om. E.* [g]) *ita FGI; om. cet. cod.* [h]) in proposicionibus vel clausulis hec regula ***habuit A originaliter, sed postea del.***; in proposicionibus vel regulis hec clausula ***nunc habet, velut et cet. cod., excepto cod. B, ubi legitur:*** in proposicionibus eciam vel regula hec clausula *(sic).* [i]) eciam *corr.* vel *A.* [k]) vel regule hec *om. B.* [l]) vel regule hec clausula *om. FHI.* [m]) *om.EFGHI.* [n]) simulatores *EGHI; om. F.* [o]) per res *F,* aut *om.* [p]) rustici et *E.* [q]) apropriata *AFGHI.* [r]) nostri *H.* [s]) et mortibus *om. FGI.* [t]) *om. E.* [u]) *om. E.* [v]) premissarum *EH.* [w]) *om. B.* [x]) differunt *EFGHI.*

[1]) *Isaiae IX. 15:* „Propheta docens mendacium, ipse est cauda."

cupidus primum omnia facit propter seipsum et primitivum semper motum ac respectum habet ad se et in omnibus, quemadmodum caritas Jhesu primitivum motum sive respectum habet ad deum vel in deum. Ypocrite ergo[a]) omnes communiter[b]), quia[c]) non sunt transplantati iuxta modum loquendi sapientis[1]) neque de vase in vas transfusi, sicut dicit de eis[d]) dominus in[e]) propheta[2]): ideo habundant illo amore sui[f]) cupido et amore huius mundi, et ita sunt ipso captivati, legibus concupiscencie carnis, quod non valent aliud[g]) sapere vel[h]) facere aut quoquam[i]) alias converti, nisi quo deducit eos et fert amor proprius eorum et libido, quocumque perveniant in dei ecclesia vel ubicumque ordinentur, sive sint presbiteri aut monachi, sive religiosi aut Carthusienses[k]), sive promoveantur esse sacerdotes predicatores vel episcopi, non alias, nisi ad sua cupita omnia convertent[l]) et abutentur, ipsorum amore cupido principaliter movente eos in id ipsum, nisi[m]) resuscitentur a spiritu Jhesu ex mortuis[n]) et infundatur eis spiritus Jhesu cum caritate potenter liberante et omnia removente.

Ille[o]) ergo amor sui est radix tocius vite ypocritarum, ut[p]) paulo post dicetur[q]), cuius stipes fortis est cupiditas[r]), cuius rami sunt concupiscencia carnis. concupiscencia oculorum et superbia vite, et folia eius universe vanitates aut usus vanus huius mundi. Fructus vero eius, qui[s]) mortem[t]) afferunt, sunt omnia peccata et iniquitates[u]). Quamvis vero ypocrite in ecclecia conantur multa et magna bona facere et videntur sibiipsis facere necnon aliis, a quibus laudantur et imitantur, tamen, quia ista radix sepedicta amaritudinis[v]) est in ipsis sursum germinans[3]), ideo quecumque faciunt veritati dei, id est Christo Jhesu, sunt una eorum uwa[w]) fellis et botrus

19) Radix ipocritarum *D 1.*

a) *om. B.* b) omnes communiter *add. A in m.* c) quia ergo *B;* qui *EFGHI.* d) hiis *EFGHI.* e) dominus in *om. EFGHI.* f) suo *F.* g) *om. I.* h) aut *FI.* i) quocumque *I.* k) Kartusienses *I.* l) convertentur *FGI.* m) ut *B.* n) ex mortuis *om. B.* o) *D 1. 2. contin.* p) unde *EFGHI.* q) ut — dicetur *om. D 1. 2.* r) cupitas *A.* s) qui *D 1;* quo *E;* que *cet. cod.* t) veritatem *(sic) E.* u) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Et si sacerdos &c., *v. infra p. 196, lin. 7.* v) amarissima *E.* w) et uwa *corr.* uwa *A;* et uwa *B;* eorum uwa *om. H.*

1) *Cf. Ezech. XIX. 13.* 2) *Cf. Jerem. XLVIII. 11.* 3) *Cf. Hebr. XII. 15.*

amarissimus [1]). Et propter istam ipsorum [a]) radicem, que abscondita est profunde in ypocritis, dominus, diffiniens eos, dixit [2]): „Numquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis ficus", et subdit [3]): „Non potest arbor mala fructus bonos facere", etc.

Quapropter quomodocumque magnis et multis impensis et laboribus [b]) sibi ypocrite huiusmodi nituntur in religione christiana iusticiam suam comparare et stabilire, ad hoc et pro eo multam industriam [c]) sapientum, multa fulcimenta suarum sanccionum, multas regulas ac doctrinas hominum conplicando et confirmando, non aliud quam operimentum [d]) sue ypocrisis et augmentum [e]), excecacionem ampliorem sui [f]) et dispendium salutis multorum exaggerant et omnes iusticie ipsorum quasi pannus menstruate [4]) apparebunt in extremis, cum [g]) pius Jhesus, rex glorie crucifixus, acceperit suum tempus iusticias iudicare.

Capitulum quartum [h]).

Quomodo prefate regule pro ypocrisi [i]) dividuntur [k]), et de sufficiencia ipsarum sumpta ex quatuor causis, puta ex bonis naturalibus [l]), bonis fortuitis et bonis religionis et comodo vel pace temporali.

Sufficiencia autem vel racio numeri predictarum proposicionum aut regularum ita poterit [m]) recenseri: quoniam, ut dictum est, quod radix et totale fundamentum ypocrisis vel in [n]) ypocritis [o]) est amor sui cupidus in hiis, que dei sunt, vel ergo ypocrita amat se et complacet sibi in illis, que sunt intrinseca et propria, prout sunt concomitancia naturam et habitus acquisiti scienciarum, arcium et virtutum, et per ista amplius placet sibi adornatus illis, que sunt religionis christiane,

---

[a]) eorum *EFHI.* [b]) *post hanc vocem sequuntur in cod. AB haec verba omittenda:* in religione christiana et nituntur impensis; *quae verba etiam in cod. EFGHI omissa sunt.* [c]) multa industria *EFGHI.* [d]) in operimentum *FGHI.* [e]) augmentum mali et *FGHI.* [f]) suiipsius *EFGHI.* [g]) *post corr. A.* [h]) *ita B (rubr.), EFGI (rubr.).* Sequitur capitulum quartum *H.* Capitulum II. *(rubr.) false A.* [i]) pro ypocrisi *om. B.* [k]) dividantur *E.* [l]) naturalibus, fortuitis *BEFGHI cet. om.* [m]) potest *EFGHI.* [n]) *om. B.* [o]) vel in ypocritis *om. EFGHI.*

[1]) *Cf. Deuter. XXXII. 32.* [2]) *Matth. VII. 16.* [3]) *Matth. VII. 18.* [4]) *Cf. Isaiae LXIV. 6.*

ut est titulis et dignitatibus ecclesie, vel amat[a]) se in hac vita et complacet[b]) in illis, que sunt extrinseca bona huius mundi, ut sunt divicie et honores et bona corporalia religionis christiane. Si datur primum, tunc notat illud et exprimit prima predictarum proposicio[c]) vel prima regula[d]), que sic dicit: habere primum respectum amoris cupidi ad seipsum et propter hoc sibi ipsi[e]) per ea, que religionis sancte sunt, complacere [f. 39b]. Si datur secundum, tunc adhuc fit illud in triplici differencia: quia vel christianus talis amat habundanciam et divicias huius mundi et honores et in illis complacet sibi ipsi, vel amat propriam suam iusticiam pollicitam[f]) et secundum sapienciam carnis confictam[g]) in religione[h]) christiana et in splendoribus ipsius et gloria delectatur, complacens sibi in corporalibus exerciciis et ostensione earumdem, vel amat commodum principaliter et pacem huius vite et ipsum eligit primum[i]), et dehinc et secundo[k]) eciam Christo Jhesu[l]) complacere credens cum hoc per ea, que sunt religionis ad extra et consuetudinis[m]) christiane.

Et si dicatur primum istius divisionis, erit proposicio secunda sive regula, que dicit: habere primum respectum et motum ad bona huius mundi et inquirere ea primum in illis, eciam[n]) que sunt religionis christiane, est[o]) ypocrisis. Si vero assignatur sensibilitiva, erit proposio tercia[p]) et regula pro ypocrisi ostendenda[q]), que ait[r]): primum secundum prudenciam carnis et propter se[s]) precise amare iusticiam propriam[t]) et in ea sibimet complacere, eciam[u]) per ea[v]), que sunt religionis christiane. Si[w]) conceditur tercium et[x]) ultimum, erit[y]) proposicio quarta et regula assignata, que sic continet: christiano primum et principalem[z]) respectum et motum habere ad pacem et ad[aa]) comodum suum vite presentis et pro eo Christum sequi et facere ea, que sunt religionis christiane, est ypocrisis.

---

a) amant *FG.* b) complacent sibi *FGI.* c) proposicionum *EFGHI.* d) primam regulam *(sic) FGH.* e) ipsi et *EFGHI.* f) polliticam *(sic) EI.* g) conflictam *(sic) E.* h) regione *corr.* religione *A.* i) principium *EFGHI.* k) et secundo *om. EFGHI.* l) Jhesu wlt *EFGHI.* m) consuetudine B. n) *loco* in illis, eciam *E habet* per ea; *FGHI om.* o) In hiis [illis] eciam est *EFGHI.* p) 2a *E.* q) observanda *E.* r) agit *corr.* ait *G;* agit *H.* s) et propter se *om. E.* t) *om. B.* u) et *EFGHI.* v) per ea querere *EFGI.* w) Si vero *FGHI.* x) *om FGI;* aut *E.* y) tunc erit *EFGHI.* z) principaliter *EFGHI.* aa) *om. BI.*

Vel eciam sic poterit colligi sufficiencia istius quatrinarii proposicionum. Nam communis est divisio omnium bonorum, quibus usus est hominum in hac vita, scilicet bona naturalia, bona fortuita et bona gratuita. Et quamvis istis dei electi utuntur uniformiter, unico scilicet proposito et[a]) ad unum finem et eundem, tamen homines seipsos amantes per cupiditatem vario modo circa ista afficiuntur. Nam quidam singulariter habundant bonis naturalibus, in[b]) eis sibimet complacent et super alios gloriantur; et tales concernit prima supradictarum regula sepe[c]) dicta, que ait: amare se et placere sibi ipsi, etc.[d]).

Aliis[e]) datur habundare bonis fortuitis et extrinsecis, que amant inordinate[f]) et exquirunt. Et ad[g]) istos loquitur proposicio secunda predictarum, que sic habet: amare christiano cupide vitam huius seculi, eciam per ea et in eis, que sunt Christi.

Tercii sunt, qui, licet videantur contempsisse bona sua corporis et bona huius seculi, tamen[h]) quia adhuc amant se cupide et habundant propria voluntate, translati ad bona gratuita, in eis fiunt reprobi, in eis[i]) sibi ipsis[k]) sicut alii in terrenis vel[l]) naturalibus complacendo, et ad suam voluntatem convertendo ea[m]) ad modum phariseorum et iustorum[n]) gentilium, quia[o]) sic reliquit ipsos spiritus Jhesu, et manent[p]) solum in extrinsecis speciebus pietatis et sanctitatis, splendidi[q]) coram oculis hominum et commendati, tamen sine vita gracie et reprobi[r]) circa fidem coram divina veritate. Et istos tales signat[s]) proposicio vel regula tercia[t]): amare propriam iusticiam cupide et de ea gloriari et sibi ipsi complacere.

Et ex istis conflatur quarta proposicio predictarum, scilicet amare cupide proprium comodum vite presentis et primo motu et precipuis studiis ipsum querere, et depost ac[u]) Christo Jhesu servire per ea, que sunt religionis solum ad extra et consuetudinis christiane, cum firma credulitate, quod iuste sic deo

---

a) *om. EFGHI.* b) et in *EFGHI.* c) supra *E.* d) *om. FGHI.* e) *post corr. A in marg.* Alii *BGHI.* f) inordinata *FGI.* g) *add. A in marg.* h) *om. E.* i) *om. E.* k) ipsi *(sic) EI.* l) et *E.* m) *om. EFGHI.* n) *ita omnes cod.* o) quos *E.* p) manet *(sic) FGHI.* q) et licet tales sunt splendidi *EFGHI.* r) sunt reprobi *EFGHI.* s) signatur *(sic) B;* signat et *E.* t) tercia, que talis est *E.* u) ea *E,* a *FGHI.*

potest servire et sancte atque vita eterna[a]) promereri, siccine videlicet[b]) posito deo post carnem suam et spiritualibus et eternis subiectis rei corporis temporali[c]). Ita vero ista regula componitur ex tribus aliis, quoniam cum ypocrita primo motu amat seipsum per regulam primam, ideo diligit sibi commodosam vitam. Et quia diligit propter hoc hunc mundum secundum regulam secundam predictarum, ideo magnipendit et appreciat ea, que sunt in mundo eo, quod omnia conferant[d]) ad commodosam suam vitam in presenti. Et quia cum istis eciam cupit bona[e]) assequi, bona commoda[f]) in celo[g]) cum sanctis dei, ideo, licet posterius et minus principaliter, apprehendit eciam bona religionis vel ea, que sunt appropriacius Christi Jhesu. Et quia perinde efficitur[h]) reprobus [f. 40a], eo quod numquam perfecte abnegavit seipsum neque est in via abnegandi seipsum, fiunt sibi illa extrinseca communia[i]) et quasi inveterata et per consequens posteriora et minus cara secundum regulam terciam predictarum. Ideoque, licet ipsa non obmittat, sed rite exequatur, tamen minus digne et minus principaliter atque minus circa ipsa[k]) afficitur quam circa ea, que pacem vel commodositatem vite sue presentis afferunt et confirmant. Et istud est, quod quarta predictarum regula denotavit. Et quia iam est seductus huiusmodi a Sathana et deus huius seculi eius oculos excecavit, ut videns non videat et audiens non audiat et corde non intelligat, ideo videtur sibi ypocrita satis ita esse securus et bene stare, sicut scriptum est Ysaie VI de huiusmodi[l]): „Exceca cor populi huius et aures eius aggrava et oculos eius claude, ut videntes non videant et audientes non intelligant", etc.

---

[a]) vitam eternam *BEFGHI.* [b]) siccine videlicet *EFGHI.* [c]) temporalis *F.* [d]) conferant *A,* conferunt *BFGHI,* confluunt *E.* [e]) istis homo cupit *E;* istis eciam cupit homo assequi bona *FGHI.* [f]) commodi *E.* [g]) celis *I.* [h]) reefficitur *GI.* [i]) omnia *falso B.* [k]) ipsum *EFGHI.*

[l]) *Isaiae VI. 10.*

Capitulum quintum[a]).

De divisione quatuor regularum et sufficiencia ipsarum sumpta ex alio, scilicet ex verbis prophete[b]).

Poterint[c]) conformiter dividi in quatuor eciam hee[d]) eedem[e]) proposiciones predicte de ypocritarum descripcione ex et per illa quatuor sceleraf]), de quibus Amos propheta, multa loquens in verbo domini, ait[1]): „Super tribus sceleribus Juda et super quatuor non convertam eum[g]), eo quod abiecerit[h]) legem domini." De qua[i]) dominus Jhesus in ewangelio[k])[2]): „Ve vobis, scribe et[l]) pharisei[m]) ypocrite, qui[n]) decimatis mentam[o]) et anetum, et dereliquistis, que graviora sunt legis." Sequitur[3]): „Et mandata eius non custodierunt", que sunt: diliges dominum deum tuum[p]), etc. et proximum tuum sicut teipsum, etc[q]). Hec namque ypocrite mandata nequaquam inveniuntur custodire, sui ipsius amore[r]) per cupiditatem preoccupati et captivi. Sequitur valde ad propositum[4]): „Deceperunt[s]), inquit, eos ydola sua, post que abierunt patres eorum." Ydola hic designant simulachra iusticie et species sanctitatis et pietatis tantum consuetudinarie et secundum extrinsecum apparatum sine Jhesu crucifixi spiritu et caritate, per que splendent ypocrite et conplacent sibiipsis et ea talia valde sanctificant[t]), autenticant et ad necessitatem salutis eterne reponunt, eo quod sunt talia tradiciones seniorum et mandata et doctrine hominum antiquorum. Ideo dicitur[u]): „Post que abierunt patres eorum", de quibus dominus[v]) in ewangelio[5]): „Quare vos transgredimini mandatum[w]) dei[x]) propter tradiciones vestras." Et infra[6]): „Ypocrite,

4) Nota diligenter hoc totule capitulum *E.*

[a]) *ita B (rubr.) EF (rubr.) GHI.* Sequitur capitulum quintum *H.* Capitulum tercium *false A.* [b]) *ita AB (rubr.) EF (rubr.) GHI.* [c]) *post corr. A.* Poterit *BFGH.* [d]) *om. EHI;* heedem *FG.* [e]) dum *(sic) B.* [f]) scelerata *B.* [g]) cum *E;* eam *FGI.* [h]) abicierit *AB.* [i]) De qua eciam *EFGHI.* [k]) in ewangelio Mat. XVIII. *(sic) E,* XXV° *(sic) I.* [l]) *om. EH.* [m]) pharisei et *EFGHI.* [n]) *add. sup. lin. A.* [o]) mentum *(sic) AB.* [p]) tuum ex toto corde [tuo *FGI] EFGHI.* [q]) *om. EFGHI.* [r]) amare *corr.* amore *A.* [s]) Acceperunt *false EFGHI.* [t]) sanctificant et *EFGHI.* [u]) Ideo bene dominus per prophetam dicit *EFGHI.* [v]) eciam Salvator *EFGHI.* [w]) mandata *EH.* [x]) domini *FGHI.*

[1]) *Amos II. 4.* [2]) *Matth. XXIII. 23.* [3]) *Amos II. 4.* [4]) *Amos II. 4.* [5]) *Matth. XV. 3.* [6]) *Matth. XV. 7–9.*

bene prophetavit de vobis Ysaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Frustra autem colunt me, docentes mandata et doctrinas hominum." Sequitur[a]) in propheta [1]): „Super tribus sceleribus Israel et super quatuor non convertam eum, eo quod vendiderit[b]) argento iustum et pauperes pro calciamentis[c]); et filius ac pater eius ierunt[d]) ad puellam, ut violarent nomen sanctum meum", etc., que secuntur ibidem in propheta[e]).

Quatuor itaque scelera ista, quantum est ad propositum: Superbia ypocritarum est, qua amant seipsos et complacent sibi. Et ista est inicium omnis peccati ipsorum secundum decretum sapientis[f])[2]); et hoc wlt predicta prima proposicio seu regula, que dicit: christianum placere sibi ipsi et inflari, eo quod est habilior[g]) ex suis naturalibus, eciam in illis[h]), que sunt religionis[i]) christiane, vel ex propriis studiis acquisitis.

Secundum est avaricia ypocritarum, de qua Job XXVII[3]): „Que est enim spes ypocrite, si avare rapiat et non liberet[k]) deus animam eius?" Et istud notat[l]) proposicio secunda, que sic[m]) ait: christianum post confessionem Jhesu in hoc mundo et ab hoc mundo amare ea, que sunt huius mundi et complacere sibi in habundancia diviciarum et honore.

Tercium peccatum[n]) est inprobitas circa ea, que sunt fidei Christi; de qua apostolus ad[o]) Ro. 1°[4]): „Quia cum congnovissent deum, non sicut deum glorificaverunt", subaudis in Christo Jhesu crucifixo, „aut gracias egerunt, sed evanuerunt[p]) in cogitacionibus suis et obscuratum est cor insipiens eorum: dicentes enim se[q]) sapientes, stulti facti sunt" [f. 40^b]. Et hoc innuit proposicio assumpta[r]) tercia, que ait: cupide amare[s]) se in illis[t]), que sunt proprie propria Jhesu crucifixi et per ea sibi placere super[u]) alios et[v]) gloriari.

Quartum scelus[w]) ypocritarum est effusio ipsorum ad carnalia abalienacioque retrorsum et in eo suum confirmare

---

[a]) Et sequitur plus *EFGHI.* [b]) vendiderint *EFGHI.* [c]) calceamentis *I.* [d]) hierunt *F.* [e]) Hoc est Amos *add. E.* [f]) sapientum *E.* [g]) *post corr. A;* abilior *EFGHI.* [h]) hiis *EFGHI.* [i]) in religionis *false AB.* [k]) liberat *B.* [l]) *om. G.* [m]) *om. FGHI.* [n]) *om. EFGHI.* [o]) *ita FGHI; om. cet. cod.* [p]) evanaverunt *AB.* [q]) se esse *EF.* [r]) assumptarum *corr.* assumpta *A.* [s]) avare *corr.* amare *A;* avare *B.* [t]) hiis *E.* [u]) et super *EFGHI.* [v]) *om. EFGHI.* [w]) *om. EFGHI.*

[1]) *Amos II. 6—7.* [2]) *Cf. Eccli. X. 15.* [3]) *Job XXVII. 8.* [4]) *Roman. I. 21.*

num quippe est scelus amor sui cupidus, et inde superbia[a]) in sacerdotibus et religiosis ypocritis; magna insuper iniquitas in eisdem est amor huius[b]) mundi, et inde ipsorum avaricia; item magnum peccatum ipsorum est abusus et inprobitas circa spiritualia et ea, que inmediacius sunt Jesu Christi, et raro vel difficile ista in eisdem sacerdotibus et clericis convertibilia[c]) et inducibilia ad penitendum[d]): tamen quartum predictorum in ypocritis, quod ex aliis tribus sceleribus conflatur et redundat, est omnium maius et gravius ecclesie sanctorum[e]) et pene inexpiabile et non convertibile per[f]) penitenciam, quia dampnum et perdicio multorum[g]) irrecuperabilis ulla via[h]).

Et est illud, quod[i]) cum clerici et sacerdotes et monachi seculi presentis ypocrite sunt[k]) amici sue carnis, amici huius mundi, et mortui ac inhabiles[l]) circa ea, que sunt fidei Jhesu Christi, tamen cum hoc arbitrantur se bene stare et commendant talem statum ipsorum quasi viam eterne salutis, et expresse inquirentes et ducentes pacem et commodum vite temporalis prius et principaliter, ut dicitur in regula, cum hoc non[m]) nisi boni sacerdotes et boni christiani volunt predicari et haberi, et quod sic cum amicicia huius mundi et concordia cum propria voluntate bene potest deus[n]) promoveri et Christo Jhesu digne servire, dum ea rite fiant, que sunt consuetudinis et observanciarum fidei et religionis christiane, sicut declarat quarta regula predictarum. Nam per illam commixtionem et copulacionem[o]), puta vite huius seculi et vite Jhesu crucifixi, vel amicicie huius mundi cum amicicia Jhesu Christi, vel cupiditatis cum[p]) simulata caritate, splendidam in facie et coloratam atque cum defensione armatam in nimia multitudine carnalium clericorum et sacerdotum, induxit in ecclesiam Jhesu habundanciam iniquitatis et refrigerium caritatis[q]). Exinde[r]) venit illa tribulacio maxima, cui nulla precessit nec neque[s]) sequetur[t]) similis vel equalis sanctis[u]) dei et in veritate christia-

---

a) *post corr. A.* b) *om. E.* c) sunt convertibilia *EFGHI.* d) ad penitenciam *FGI.* e) ellectorum *I.* f) ad *EF;* ad *corr.* per *G.* g) multorum et *EFGHI.* h) ulla via *BEFGHI;* in illa *A post corr.* i) *om. B.* k) *ita FGHI;* sicut *cet. cod.* l) ignobiles *G.* m) *om. I.* n) *om. BEFGHI.* o) complacenciam *E.* p) *corr. ab edit.;* vel *omnes codices.* q) et refrigerium caritatis *om. B.* r) Et exinde *EFGHI.* s) nec neque *AFI;* neque *BGH;* nec umquam *E.* t) sequitur *E.* u) sancti *corr.* sanctis *A in m.;* sancti *B.*

nis [1]). Et per hoc factus est et fit hodie[a]) error sic subtilis et facciosus[b]) per[c]) operacionem Sathane sic introductus, ut, si fieri posset, eciam electi dei[d]) in errorem Jhesu[e]) inducantur[2]). De quo multa inferius comportata sunt in dicendis[f])[3]).

Nam per talem modum factum est a Sathana, ut per multitudinem conspissatam[g]) et latam nimis et diffusam per universam ecclesiam, multitudinem inquam sacerdotum, doctorum[h]) et religiosorum carnalium vel sine spiritu Jhesu, in cupiditate et amicicia huius mundi prorsus concordem et similem et omni specie[i]) virtutum et simulachris religionis et sanctitatis christiane et omni sapiencia et sciencia formatam et ditatam, factum est dico, quod infinita milia milium christianorum simplicium sunt seducta ad amiciciam huius mundi et ad terrena principalibus studiis amanda et inquirenda, ut in Apokalypsi[4]) scriptum est, quod draco cauda sua detraxit in terram terciam partem stellarum. Princeps autem bonorum, ipse est caput. Sacerdos autem et propheta, ipse est cauda. Quapropter illa seduccio vel detraccio facta est ita diserte et siccine sapide[k]) et colorate, ac si iam sic oporteret vivere, et non aliter, cupientes salvari christianos, et quod optime sic Christo Jhesu potest serviri et complaceri, puta cum statu proprie concupiscencie et proprie voluntatis. Nam cum felicitas huius mundi ita placeat carni et sanguini, et concupiscencia ita fortiter alliciat[l]), ut notum est, si igitur illa possit bene haberi, et[m]) cum salute anime fuerit cuiquam persuasum, quis queso[n]) sanctus est, qui hoc non acceptet, qui non seducatur a meretrice ita compta et veluti honesta[o]) et propria uxor[p]) transformata?

Hoc itaque peccatum quartum[q]) resultans ex tribus primis ypocritarum [f. 41[b]] modernorum est vel potest congrue intelligi ipsum esse, de quo dicit hic dominus in propheta[r])[5]): „Super

---

13) Seducti *E.*

[a]) cottidie *B;* et fit hodie *om. EFGHI.* [b]) ficciosus *E.* [c]) et per *I.* [d]) Jhesu *FGI.* [e]) *om. EFGI.* [f]) dicendo *I.* [g]) conspissatam — multitudinem *om. B.* [h]) doctorum ypocritarum *FGHI.* [i]) omnem speciem *false E.* [k]) sapite *I.* [l]) alliciet *GI.* [m]) *ita EFGHI; om. AB.* [n]) queso (q̄o) *AB;* homo *EFGHI.* [o]) comparata et veluti honesta *B;* composita, honesta *E.* [p]) uxore *FGHI.* [q]) *om. FGHI.* [r]) propheta Amos *EFGHI.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 21.* [2]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [3]) *Cf. l. III. tr. 6: „De abhominatione in loco sancto."* [4]) *Apoc. XII. 4.* [5]) *Amos II. 4.*

tribus sceleribus[a]) Juda et super quatuor non convertam eum." Etenim quomodo a tali scelere possit Juda converti, cum complaceat sibi ipsi in eo et ipsum iudicat licitum esse et bonum, quod si forte talibus yppocritis peccatum ipsorum esse monstraretur et sic ad penitenciam inducerentur[b])? Per hoc namque magnum ve incumbit omnibus talibus, per quos scandalum[c]) venit, quoniam, etsi[d]) sacerdos vel doctor de suo peccato digne agat[e]) penitenciam et ipsum diluat[f]) per contricionem et satisfaccionem, hoc tamen, quod multos per suum scelus offendit[g]) parvulos et prostituit[h]), nimis difficulter et raro potest[i]) converti in[k]) bonum et expiari[l]). Quam[m]) ob rem ex necessitate adiunxit dominus, dicens[l]): „Expedit magis tali, ut mola asinaria suspenderetur in collo eius et demergeretur[n]) in profundum maris, quam scandalizasset unum ex hiis pusillis", etc.[o]). Quod plano sensu et morali beatus Jeronimus[2]) exposuit, quod utilius esset cuilibet tali clerico vel sacerdoti carnali, quod non esset natus sacerdos vel huiusmodi spiritualis, sed magis ut subditus laboribus et curis huius seculi esset inmersus negociis huius mundi.

Sequitur ulterius in propheta:

Capitulum sextum.[p])

De sedula et apparente ypocritarum negociacione questuum et amicicie huius mundi[q]).

„Filius[r]) et pater eius ierunt ad puellam, ut violarent nomen sanctum meum"[3]). Pro quo hic est notandum de huiusmodi[s]) ypocritis, quod quamvis ipsi amici huius mundi ob[t]) comodum suum conterunt[u]) capita pauperum, ut parcant sue

---

[a]) celeribus *A et cet. cod.* [b]) reducerentur *EFGHI.* [c]) scandulum *A.* [d]) *contin. D 1. 2.* [e]) agant *EFGHI.* [f]) diluant *EFGHI.* [g]) offenderunt *EFGHI.* [h]) prostituerunt *EFGHI.* [i]) possunt *EFGHI.* [k]) ad *EFGHI.* [l]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Ypocrite sunt homines ɔc., *v. infra p. 200, lin. 1.* [m]) Ideo adiunxit ɔc. *EFGHI, cet. om.* [n]) inmergeretur *E;* dimergeretur *F.* [o]) *om. EFGHI.* [p]) *ita B (rubr.) EF (rubr.) GI.* Sequitur capitulum sextum *H.* Capitulum quartum *false A.* [q]) *ita omnes cod.* [r]) Filius eius et pater ierunt *E.* [s]) huius *(sic) H.* [t]) ad *E.* [u]) contenunt *corr.* conterunt *A.*

[1]) *Matth. XVIII. 6.* [2]) *Cf. S. Hieronymi Comment. in evang. Matth., l. III, c. 18, ap. Migne, PL, t. 26, p. 129.* [3]) *Amos II. 7.*

carni, ut paulo ante de ipsis[a]) dicebatur, suntque pauperibus duri et humilibus sibi subiectis[b]), in quibus exercent potestatem suam, rigidam nimis, et correccionem, tamen magnatis[c]) et divitibus exhibent se affabiles et facetos, et maxime in hiis, que dei sunt, religiose se demonstrant et prudentes. Nam ubicumque visitant, si antiqui sunt, preferunt[d]) et ostentant formam et gestus patris venerabilis et timendi, si iuniores[e]), tunc figuram filii[f]) dilectissimi et disciplinati[g]) extrinsecus preter ea, que intrinsecus latent, aut quia omnibus omnia sciunt fieri, ut ab omnibus et amiciciam et questus lucrarentur. Et iam[h]) quibusdam exhibentur[i]) doctrina et imperio ut patres et doctores, aliis vero ostendunt se ut filii et discipuli obedientes. Hoc igitur sermo divinus notat, cum[k]) ait[l]): „Et[l]) filius et pater eius ierunt ad puellam, ut violarent nomen sanctum meum", id est ut[m]) corrumperent sanctitatem veritatis christiane, per que[n]) nomen Jhesu sanctificatur, id est sanctum et clarissimum ostenditur inter gentes, vel „ut violarent", id est resolverent et in reprobum[o]) sensum ducerent „nomen sanctum meum", id est virilem virtutem ex alto et sapienciam, que desursum est descendens[2]), que sunt sanctum nomen domini, id est Christus Jhesus, iuxta apostolum dicentem[3]): „Dicimus Christum Jhesum dei virtutem et dei sapienciam." Ex hoc namque dicitur in alio propheta[4]): „Propter vos nomen meum blasfematur inter gentes."

Hoc eciam, quod dicitur[p]): „pater et filius ierunt", tangit illud, quod[q]) alibi dicitur[r])[5]): „A minore[s]) usque ad maiorem[t]) omnes student avaricie." Ponitur eciam ad ostensionem abhominacionis maxime. Nam si filius in domo facit inique, abhominacio quidem magna[u]), ut visum est de filiis Heli[v]) sacerdotis[w])[6]). Sed si pater, id est senior, admittit iniquitatem in dei populo, maior est abhominacio utique coram oculis divine equi-

---

[a]) istis *E.* [b]) subditis *E.* [c]) magnatis *AB;* magnatibus *cet. cod.* [d]) prefuerunt *false B.* [e]) minores *EF.* [f]) filii *A; om. B.* [g]) discipuli nati *(sic) E.* [h]) Eciam *EG.* [i]) exhibetur *(sic) A.* [k]) ut *E.* [l]) *om. EF.* [m]) *om. AB.* [n]) quem *AB.* [o]) *ita AB;* proprium *(sic) E;* probum *FGI;* inprobum *H.* [p]) *ita AB, om. cet. cod.* [q]) quod et *I.* [r]) dicitur in Jeremia *EFGHI.* [s]) *ita A;* maiore *cet. cod.* [t]) *ita A;* minorem *cet. cod.* [u]) magna est *EFGHI.* [v]) Levi *FGHI.* [w]) sacerdotis, ut patet in libro Regum *add. EFGHI.*

[1]) *Amos II. 7.* [2]) *Cf. Jacobi III. 15.* [3]) *I. Cor. I. 24.* [4]) *Cf. Isaiae LII. 5.* [5]) *Jerem. VI. 13.* [6]) *Cf. I. Reg. passim.*

tatis, ut visum est in duobus senibus presbiteris et[a]) iudicibus in Babilone[1]). Sed si filii iniquitatem in domo dei[b]) faciunt, et patres ipsorum[c]) ac[d]) seniores non tantum pro eo non irascuntur, sed simul cum filiis suis, quos in[e]) id adduxerunt, iniquitatem coram oculis divine maiestatis operantur, ista[f]) est abhominacio maxima.

Sequitur: „ierunt ad puellam", id est ad animas simplicium in fide et virgines, quod per Paulum expressius ponitur, cum dicitur[g])[2]): „Ex hiis, qui devorant domos viduarum", etc. Ita etenim huiusmodi sunt lucri [f. 42a] cupidi, quod non sunt contenti eos lucrifacere sibi, qui ad ipsos[h]) veniunt, sed erumpunt[i]) et circumeunt mare[k]) et aridam[3]). Circumeunt inquam ut canes civitatem et maxime ad puellam, id est ad plebes simplicium incontaminatorum in fide Christi[l]).

Sequitur: „ut[m]) violarent nomen sanctum meum", quoniam non veniunt tales in nomine suo; quoniam si venirent in nomine suo[n]) ad virginem desponsatam iam uni[o]) viro et exhibitam Christo, forte non essent nec potirentur tam facile rebus mundi et honore. Sed quia veniunt ypocrite ad sanctas plebes in nomine Jhesu Christi et abhominabiliter sub nomine Christi Jhesu inquirunt, que sua sunt, vel negociacionem sue avaricie vel luxurie ac superbie, et omnia ista faciunt colorate per nomen et species sanctitatis et religionis christiane, propter quod dicit Christus M[t]. XXIIII.[4]): „Videte, ne quis vos[p]) seducat. Multi enim venient[q]) in nomine meo, dicentes, quia ego sum, et multos seducent." Hoc tamen est de more istorum, qui commodum inquirunt huius vite, quod puta propter suum commodum omnibus student amicis huius mundi complacere. Et quia ipsi sunt de mundo, mundus ipsos[r]) diligit et audit et innititur eorum consiliis atque factis. Et ita multos nimis christianos carnales confirmant in vita seculari et indigna domino Jhesu Christo.

Propter quod ad eos de directo dominus per prophetam

---

[a]) *om. B.* [b]) *add. sup. lin. A.* [c]) eorum *EFGH; om. I.* [d]) et *EFGHI.* [e]) ad *EFGHI.* [f]) et ista *EFGHI.* [g]) dicitur *EFGHI.* [h]) eos *EFGH.* [i]) corrumpunt *E.* [k]) mare — Circumeunt *om. B.* [l]) Jhesu Christi *EFGHI.* [m]) et *false E.* [n]) in nomine suo *EFGHI; om. cet. cod.* [o]) unam *false B.* [p]) *om. A.* [q]) veniunt *HI.* [r]) eos *B.*

[1]) *Cf. Daniel. XIII.* [2]) *Lucae XX. 47.* [3]) *Cf. Matth. XXIII. 15.* [4]) *Matth. XXIV. 4—5.*

Ezechielem XIII. c. ait[a] [1]: „Ve, qui consuunt[b] pulvillos[c] sub omni cubito manus", id est ponunt in spe vite eterne et quietant sic omnes christianos, huius mundi amatores, „et faciunt cervicalia sub capite universe etatis", id est sub fide laqwida[d] aut mortua Christi, que est sine operibus et sine dignis fructibus penitencie. Ponunt consolacionem et spem salutis per multas adulaciones suas et promissa facilia et magna et per multam persuasionem coloratam „ad capiendas animas" per Sathan, cuius ipsi ministri sunt et apostoli Antichristi.

Sequitur [2]: „ut caperent animas populi mei", supple[e] ad suum lucrum, „et *[sic]* vivificabant animas eorum", scilicet[f] suis promissionibus falsis, „et violabant me ad populum meum propter pugillum[g] ordei et fragmen panis[h], ut interficerent animas, que non moriuntur, et vivificarent animas, que non vivunt", id est illos, qui ipsis tribuunt munifice. Et efficiuntur similes eorum, et amici huius seculi illos clarificant et sanctificant atque accipiunt in fraternitatem suorum et[i] participium, iustificantes ipsos et vitam eternam in promptu[k] esse asserentes et remissionem peccatorum, quamvis illi in se fuerint mortui in fide Christi et amici[l] huius mundi. Sed iustos pauperes et sanctos dei[m] in ecclesia, quorum solus[n] Jhesus crucifixus existit thezaurus et qui minus tales ypocritas advertunt[o] vel secuntur, ymmo sunt eis dissimiles et contrarii, tales ypocrite interficiunt gladio acuto sue ligue, scilicet clam et in publico detrahentes, terminantur ipsos et lacerant varie, hereticos, beghardos, turlpinos[p] eos[q] acclamant, „mencientes[r] populo meo credenti mendaciis"[s].

Ex istis ergo singulis[t], que dicta sunt, summatim recollectis poterit elici descripcio ypocritarum modernorum

---

28) Diffinicio yppocritarum *A*. — Descripcio ipocritarum *D 1*. Descripcio modernorum yppocritarum *G*.

a) XIII. c. *AB;* XIII. c. ait *E,* ait *om. GHI;* per prophetam dicit Ezech. 13° *F.* b) consummunt *FGHI.* c) pupillos *(sic) FH.* d) laqwida *AFG;* langwida *BHI;* liquida *E.* e) scilicet *E.* f) scilicet *ABHI;* supple *FG;* sub *E.* g) pusillum *(sic) E.* h) et fragmen panis *om. E.* i) in *E;* per *F.* k) prompto *E.* l) sunt amici *EFGHI.* m) *om. G.* n) solus *AB;* salus *cet. cod.* o) se *add. AB; om. EFGHI.* p) *ita AB;* wiclefistas *E; om. FGHI.* q) *om. E.* r) detrahentes et mencientes *E.* s) mendaciis eorum *EFGHI.* t) *om. E.*

1) *Ezech. XIII. 18.* 2) *Ezech. XIII. 18—19.*

sic dicendo: Sunt[a]) enim homines corrupti mente[b]), inpotentes ad bonum, ignorant[c]) seipsos, male se[d]) sunt amantes, a spiritu mendacii occupati, non tantum hoc[e]) mundo libidinoso[f]) abutuntur, sed eciam celestia et res divinas ad suum amorem transferunt[g]) cupidum, et per ea negociantur suos questus sub speciebus[h]) pietatis, ut sic suavius sine labore et sudore in hoc mundo victitentur, quibus dyabolus[i]) armatus ecclesiam Jhesu Christi in fine temporum dupplici iniquitate, scilicet[k]) vi et fraude, scindere molitur et debellare[l]). Electi ex milibus Sathane et omni arte dyaboli compositi et ipsius fraude subtilissima instructi[m]) et condensati, ut in eis verificetur responsum dei dictum ad Sathan per Micheam [1]): „Quis decipiet Achab", etc.[n]). Sequitur [2]): „Vade, et prevalebis." Nam quia isti sunt sancte apparencie afforis[o]) et in vestibus ovium, ideo placent eciam[p]) electis dei. Sunt multi et amici principum divitumque[q]) huius mundi, ideo multum possunt per eosdem. Sunt valde docti et[r]) astuti, ideo valde sciunt producere[s]) sua facta. Sunt spirituales vel in statu spiritualium, ideo multum ipsis a simplicibus [f. 42[b]] creditur. Sunt ociosi, ideo bene possunt vacari[t]) suis negociacionibus et excogitare suum proprium[u]) profectum. Sunt ipsimet seducti et firmiter credunt se bona via ambulare, ideo sunt audaces et incorrigibiles, et audacter sanctos dei persequentes, se deo prestare obsequium arbitrantur[v]). Sunt amici huius mundi, ideo libenter eos mundus suscipit et exaudit, propter quod habent magnam sequelam. Sunt in statu virtuose et honeste paupertatis, et virtuosum atque honestum est ipsis reputandi[w]) transire de domo in domum et[x]) de civitate in civitatem, ideo habent multam occasionem et colorem penetrare domos et consciencias hominum. Sunt noti et famosi viri super-

---

21) Nota bene *A*.

a) Ypocrite sunt homines corrupti &c., *D 1. 2. contin.* b) *om. B.* c) ignorantes *EFGHI.* d) *om. E.* e) huic *E.* f) libidinoso hic *I.* g) transferunt *E;* transferant *ABFGHI.* h) specie *H.* i) dyabulus *H.* k) sub *(sic) E.* l) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Sed benedictus &c., *v. infra p. 212, lin. 24.* m) instincti *FGH.* n) *om. E.* o) afforis *A;* a foribus *BEFGHI.* p) *ita AB;* et *EGHI.* q) *om. E;* divitum *BF.* r) *ita AB.* Sunt multi valde et astuti *E.* Sunt valde astuti *FGHI.* s) pro duce *false E.* t) vacare *false E.* u) *om. BFGHI.* v) *ita AB;* videntur *EFGHI.* w) reputando *B;* reputandum *E.* x) *om. EFGHI.*

1) *III. Reg. XXII. 20.* 2) *Cf. III. Reg. XXII. 22.*

territi[a]), ideo familiare est[b]) de omnibus secretis multa loqui auctoritative et[c]) concludere pro se, et alios resistentes potenter expugnare.

Capitulum septimum[d]).

Recapitulacio predictorum[e]).

Nunc itaque resumendo dicatur, quod illi, quos exprimit prima proposicio, sunt, qui in religione christiana et in domo dei[f]) dominum Jhesum gloria spoliant seipsos magnificando et exaltando. Illi, quos designat secunda regula, sunt, qui hereditatem Christi diripiunt et gratuite[g]) dividunt sua lucra negociando. Tercii[h]), quos regula tercia declarat[i]), spiritualia Jhesu et moralia sibi vendicant[k]) sue proprie voluntati complacendo. Alii, quos quarta proposicio denotat, suam[l]) vitam presentem appreciant[m]) Christo ipsam preponendo.

Primi sunt elati in animo. Secundi avari in mundo. Tercii reprobi circa fidem. Quarti[n]) autentici circa carnem[o]). Superbi in religione christiana ideo, quia gloriam suam diligunt, ignominiam[p]) crucis Jhesu abhorrendo. Christiani[q]) avari, quia[r]) divicias strennue colligunt, paupertatem Jhesu fugiendo. Christiani[s]) reprobi, quia iusticiam suam statuunt, meritum Jhesu solius non magnificando neque doloribus Jhesu pro se summe compaciendo neque digne regraciando. Delicati christiani[t]), quia mollem vitam secuntur, passiones Jhesu contempnendo.

Ecce, ista sunt quatuor horrende[u]) plage terre et novissime, pessime[v]) et admirabiles, de quibus factum est verbum domini ad prophetam Johel[w])[1]), id est[x]) ad virum dolentem de et[y]) pro hiis malis et abhominacionibus maximis gemen-

---

[a]) supertriti *EFGHI.* [b]) est eis *EFGHI.* [c]) et auctoritative *EFGHI.*
[d]) *ita BEF (rubr.) GI.* Sequitur capitulum septimum *H.* Capitulum quintum *false A.* [e]) *ita ABF (rubr.) GHI.* Et est recapitulacio predictorum *E.* Sequitur *add. F (rubr.).* [f]) *sup. lin. add. A.* [g]) gratuiti *FGHI;* gratuitu *E.*
[h]) Alii *EF.* [i]) declarat, sunt *EFGHI.* [k]) vendicantes *EFGHI.*
[l]) sunt suam *EFGHI.* [m]) appreciantes *EFGHI.* [n]) Quarti autem *F.*
[o]) fidem *(sic) B.* [p]) ignominiam, id est confusionem *E.* [q]) *om. EFGHI.*
[r]) qui *B.* [s]) *om. EFGHI.* [t]) *om. EFGHI;* delicati vel autentici *G.*
[u]) orrende *FG.* [v]) et pessime *EFGHI.* [w]) Jochel *F.* [x]) id est *om. B.* [y]) *add. A sup. lin.*

[1]) *Cf. Joel I.*

tem, que fiunt in Jerusalem[a]) et in domo domini Jhesu crucifixi in[b]) istis temporibus novissimis nimium periculosis a multitudine infinita ypocritarum atque christianorum falsorum ad suam carnem et ad[c]) amorem huius mundi relapsorum. Hoc inquam „verbum domini factum est ad Johel[d]), filium Fanuel“ [1]), id est apparicionis dei, cui apperuit deus[e]) aurem, ut intelligeret misterium scriptum in fronte Babilonis, meretricis[f]) magne et matris fornicacionum et abhominacionum terre[2]), de quo[g]) scriptum est[3]): „Impie agent impii et non intelligent omnes impii. Docti autem a domino intelligent.“ Ad illum ergo fit hoc verbum de istis quatuor horribiliter mirabilibus plagis, cui deus[h]) aperit, ut intelligat et evadat[i]) deo, id est ad deum et per deum[k]) ista mala in Johele[l]) comprehensa[m]) et hic numerata. „Audite itaque hec[n]), senes“ [4]), quia mirabilia et terribilia sunt dicenda. „Senes“ autem, audite maxime, id est vos, novissimi huius temporis sacerdotes et magistri, quos extrema etas et gravis[o]) senecta mundi huius comprehendit. „Auribus percipite, omnes habitatores terre“[p]), id est christiani terreni et carnales, „si factum est istud in diebus vestris aut in diebus patrum vestrorum. Super hoc filiis vestris narrate, et filii vestri filiis suis et filii eorum generacioni altere. Residuum eruce comedit locusta, residuum locuste comedit brutus, residuum bruti comedit rubigo“ [5]). Et nota, quod[q]), licet hic sancti doctores, considerantes peccata vulgi et in tempore ipsorum bene et quam proprie, ista quatuor de[r]) quatuor viciis carnalibus intellexerunt, que spiritus inmundus in communitate plebis christiane non desinit suggerere[s]) et operari, intelligentes per erucam fornicacionem, que toto corpore serpit super terram et tantum viridia sata et plantulas teneres[t]) devorat et devastat[u]), quod multum alludit luxurie [f. 43a]. Per locustam autem pompam mundi aut superbiam intelligere mandaverunt, quia superbia

---

a) Israel *EH.* b) *om. E.* c) *om. EFGI.* d) Jochel *F.* e) dominus *EFGHI.* f) id est meretricis *EFGHI.* g) prout *E.* h) dominus aurem *E.* i) evadetur *E.* k) et per deum *om. B.* l) in Johanne *(sic) B;* in Jochele *F.* m) compressa *corr.* comprehensa *A in m.* n) hoc *EFGHI.* o) quamvis *false E.* p) *om. HI.* q) *om. EFGHI.* r) et de *EFGHI.* s) *post corr. A.* t) terrenas *E.* u) devorant et devastant *E.*

1) *Joel I. 1.* 2) *Cf. Apoc. XVII. 5.* 3) *Dan. XII. 10.* 4) *Joel I. 2.* 5) *Joel I. 2—4.*

carnis, dum a vento vanitatis arripitur[a]), sursum quidem ut locusta se erigit et volare nititur, sed a mole infirmitatis depressa, iterum ruere in precipicium[b]) compellitur. Per brutum vero vicium gule expresserunt, qui tota[c]) in ventrem[d]) concurrit, et[e]) in stercoribus volutatur. Per rubiginem autem avariciam[f]) exponi censuerunt, que, de terrestri vapore amarissimo ingrossata descendens, omnia virencia et messes inficit et consumit. Ita distinxerunt antiqui ad propositum, tamen nichilominus per[g]) ista verba prophete[h]) prefata[i]) quatuor vicia in ypocritis [intelliguntur], et que[k]) omnes nequiores spiritus secum ad domum domini adduxerunt et pene universa vastaverunt[l]). Nam omne fere, quod est pulcrum et fructum promittens afferre, amor sui cupidus, ut amor mundi huius et amicicia, allicit[m]) et corrumpit vel complacencia in sua voluntate et studiis propriis reprobat vel sequela pacis et tranquille vite sue carni[n]) in hoc seculo impedit fructum Christo Jhesu afferre et conculcatur[o]).

Et cupio hic adverti, quod non est mei propositi hic loqui de istis quatuor assumptis determinate[p]), sed tantum in communi. Neque intendo ipsa declarare per diffiniciones proprias ipsorum et adequatas, sed solum quantum intencioni presenti alludit. Quapropter curavi predictas proposiciones de ypocrisi iterum hic resumere et sepe formam earum multipliciter variare, omnia hec faciens ad maiorem declaracionem materie, et[q]) quatinus haberem occasionem et ordinem materiam[r]) de ypocritis modernis dilatandi et quanto[s]) potest fieri expressius distinguendi. Eciam non intendo singulas partes earumdem proposicionum declarare seorsum aut probare, tum[t]) quia plurime earum per se note sunt, tum quia nimis esset longum et laboris interminati. Quamvis ergo secundum philosophum oppositorum eadem est disciplina et secundum hoc regule ille, que spiritus mendaces detegunt, eedem[u]) spiritum veritatis in-

---

[a]) rapitur *EGHI.* [b]) precipicium *E;* precipium *cet. cod.* [c]) totam *corr.* tota *A;* totus *EFGHI.* [d]) ventre *E.* [e]) *om. E.* [f]) avaricia *E.* [g]) *om. E.* [h]) *om. B.* [i]) *om. EF.* [k]) et que *AB;* atque *cet. cod.* [l]) et — vastaverunt *om. EFGHI.* [m]) allicitur *H.* [n]) carnis *E.* [o]) conculcat *B; post hanc vocem add. A in marg.:* Require hic addicionem magnam in exemplari, *sed additio haec in codice non reperitur. Neque quoque ceteri cod. aliquid add.* [p]) determinare *(sic) B,* determinante *FI.* [q]) *ita AB;* ut *cet. cod.* [r]) et materiam et mensuram *E;* et materiam *FGHI.* [s]) quando *E.* [t]) *om. EFGHI.* [u]) heedem *F.*

troducunt, et documenta scripture, que malos christianos arguunt et demonstrant, eadem bonos catholicos indicant et commendant, assumpta illa regula topica: sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito: ego tamen, ut dixi, propter maiorem evidenciam assumpti operis instruendam et magnam scripturarum exuberanciam insuper commitando[a]) speciales regulas pono pro iniquis et fictis christianis indicandis, et alias seorsum pro sanctis et iustis congnoscendis, quatinus dies diei eructet[b]) verbum et nox nocti indicet scienciam[1]). Et quia primo declinandum est a malo, dehinc faciendum est bonum cuilibet[c]) homini iuxta illud Ysaie primo[2]): „Quiescite perverse agere, discite[d]) bene facere", ideo primo locavi regulas solos iniquos concernentes.

Quas resumendo, licet per alia verba, proposicionem primam[e]) pono istam: Omnis, qui principale suum, quod facit[f]) vel patitur, primo[g]) motu a semetipso facit et per prius[h]) causa sui[i]) facit vel patitur et hoc sive directe vel[k]) indirecte, ypocrita est, quamvis eciam quandoque cum hoc[l]) faciat magna[m]) et paciatur pro eo, ut se probet esse christianum et ut appareat esse Christi.

Unde sequitur secunda proposicio: Illud, quod ex primo et principali proposito facit ypocrita aut[n]) patitur, per prius dirigit ad suam ipsius utilitatem[o]) temporalem, minus aut et[p]) per posterius curata salute[q]) suorum proximorum. Et inde est, quod ypocrita plerumque exhibet se sapientem et providum[r]) circa queque temporalia et ad ea ex animo inebriatur[s]). Quapropter multum afficitur et gaudet de prosperitate eorum magis[t]) quam de profectu in sciencia dei et virtute et amplius contristatur de dampnis rerum[u]) huius vite quam de dampnis spiritus aut offensione veritatis et[v]) caritatis sue et[w]) proximorum.

---

a) concomitando *E.* b) eructent *A;* eructat *H.* c) cuiuslibet *FI.* d) et discite *EFGHI.* e) proponere primo *E;* proponerem: primo *F;* proposicinem primo *GHI.* f) fecit *E.* g) primo — vel patitur *om. B.* h) *ita ABFGH;* et per consequens *E;* et presens *I.* i) *ita ABFGHI;* per suas causas *E.* k) sive *FH.* l) *A post corr.;* hec *FGHI; om. E.* m) signa *false I.* n) et *E.* o) voluntatem et utilitatem *I.* p) et per *A sup. lin.;* autem *E;* aut *F.* q) curat pro salute *EFGHI.* r) provide *false B.* s) *ita AB;* inclinatur *cet. cod.* t) *om. B.* u) *om. E.* v) aut *H.* w) et *AB;* sive *GHI; om. EF.*

1) *Psalm. XVIII. 3.* 2) *Isaiae I. 16—17.*

Ex quo sequitur tercium, quod ypocrita ea, que sunt legis dei et religionis christiane pro virtutibus et ad salutem[a]) animarum comparandam[b]) hominibus tradita et commendata, illa pro libito[c]) suo pertractat et convertit ad suam complacenciam, et curans iustificare semet solum ipsum[d]) dissimulata negligencia [f. 43b] et dampno[e]) salutis animarum.

Sequitur quartum[f]), quod ypocrite principale est propositum comparare sibi commodosam vitam et pacem atque amiciciam in hoc mundo, facilem et transitoriam habens animadversionem ad dampnum[g]) et dispendium salutis animarum, et, cum ad placitum sibi negocia proveniunt anime, sese[h]) beatum gaudet et ita posse optime deo suo complacere arbitratur.

Capitulum octavum[i]).

Declaracio et probacio prime regule ad iudicandum et ostendendum ypocrisym[k]).

Hiis itaque positis iam ad declaracionem unius cuiusque proposicionis istarum singulariter est accedendum.

Et prima[l]) igitur regula harum habetur, quod primum et capitale demonstrans quempiam esse ypocritam est: sub professione[m]) christiana primo respectu amare seipsum et per hoc semper[n]) maiora et alciora amare et inquirere sibi in familia christiana, cupiendo seipsum exaltari et non sine complacencia acceptare honorificenciam et laudes[o]) huius vite, eciam in hiis, que sunt religionis christiane.

Ista regula tracta est a contrario sensu illius precepti ewangelici[p])[1]): „Diliges dominum deum tuum", etc, et ex eo, quod[q]) Christi ecclesia frequentat, dicens: Primum et ante omnia

---

18) Prima regula *A rubr.*

[a]) et salute *I.* [b]) comparanda *BH.* [c]) libitu *E.* [d]) se ipsum *E.* [e]) dampno *A*; dampnacio *B*; dampnis *EFGHI.* [f]) *om. E.* [g]) dampnandum *E.* [h]) animose se *EF.* [i]) *ita ABFI (rubr.), om. G.* Sequitur capitulum octavum *H.* Capitulum VIII., in quo declarantur proposiciones pro ypocrisi observanda *E.* [k]) *ita ABFGHI.* [l]) ex prima *(sic) E*; primo *FG.* [m]) *ita AB*; ypocritam sub [cum *EH*] confessione *EFGHI.* [n]) *om. E.* [o]) laudem *EFGHI.* [p]) *om. E.* [q]) quod ad *G.*

[1]) *Matth. XXII. 37.*

diligatur deus, deinde proximus. Cuius contrarium facere ypocritas demonstrat assumpta proposicio.

Item alius textus ewangelii dicit [1]): „Qui vult venire post me, abneget semetipsum [a]). Atque Luce 14° f. [b]) dicitur [2]): „Si quis venit ad me et non [c]) odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus." Regula vero assumpta de ypocritis exprimit, quod ipsi sunt, qui primo respectu amant seipsos et magnificant.

Item eadem regula accepta est ex illo textu apostoli ad [d]) Thim. III°, ubi dicit [e]) [3]): „Scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa. Et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti", etc.

Raciones autem huius regule possunt [f]) tales assignari. Et primo pro eo, quod ponitur: sub confessione christiana. Nam sicuti [g]) ante dictum est, hoc maxime facit iniquos christianos [h]) esse ypocritas, quod puta sub tam sancto nomine degentes, iniquitatem operantur, et tam divina religione superinducti [i]), expugnant religionis veritatem, et existentes [k]) a Christo Jhesu assumpti secundum professionem fidei beate, et quorum gloria voluit esse filius dei unigenitus, ipsi [l]) nichilominus suam gloriam propriam inquirere non desistunt, cum tamen veritas dicat Jo. VII. [4]): „Qui a semet ipso loquitur, propriam gloriam querit, qui autem querit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est."

Dicitur dehinc in proposicione: Primo respectu amare seipsum. Nam hoc habet proprie proprium quilibet ypocrita christianus, quod puta per cupiditatem amet [m])

---

19) Dego gis gi dicitur vivere, conversari, manere, et proprie secundum quosdam dicitur misere vivere, inde degens populum (?), id est misere vivens. Hec Brito *E manu poster.*

[a]) semetipsum et tollat crucem suam, etc. *add. E.* [b]) f. *om. EFGHI.* [c]) *om. B.* [d]) VII *(sic) A;* in *B.* [e]) VII *(sic)* Thim. III°, ubi dicit *A;* in Thim. III°, ubi dicit *B;* ad Thim. III° dicentis *E;* ad Thim. III°, ubi dicit *recte FH;* ad Thim. III°, dicit *H.* [f]) possent *E.* [g]) sicud *EHI;* sicut *FG.* [h]) *om. H.* [i]) superinduti *E.* [k]) exeuntes *EFGHI.* [l]) Christus Jhesus *EFGHI.* [m]) amat *EFGHI.*

[1]) *Matth. XVI. 24.* [2]) *Lucae XIV. 26.* [3]) *II. Tim. III. 1—2.* [4]) *Joann. VII. 18.*

primum seipsum et suos, et licet videatur sibi quandoque, quod dominum Jhesum[a]) suum et que dei sunt, adamet, hoc tamen totum est per posterius et propter semet[b]) ipsum, ita quod deo utendo seipso fruitur, quia se adamat non propter deum, sed deum[c]) querit amare propter seipsum. Nam semper et ubique primum respectum habet[d]) cupide ad seipsum, qui respectus primum omnia in eo movet et omnia post se trahit.

Et causa huius est: quia omnis ypocrita desolatus est a spiritu Jhesu, cuius solius potestate et virtute fit, quod homo extra carnem et supra[e]) seipsum elevatur et ita a lege carnis, que est lex peccati secundum apostolum[1]), liberatur; et perinde tunc homo christianus non[f]) potest primum et principalem respectum atque motum amoris habere ad Christum Jhesum, dominum et deum suum, dehinc et per posterius ad seipsum et alia omnia extra[g]) deum. Ypocrite ergo, quia spiritum Jhesu non habent, ideo relicti sunt in statu suorum[h]) naturalium, que sunt per concupiscenciam vulnerata et corrupta: ideo[i]) neque possunt neque sciunt quidquam amare per caritatem, id est motu amoris a spiritu sancto per reflexionem a primo respectu dei, sed omnia amant per cupiditatem et solum naturaliter, id est incipiendo motum a semetipso, ut animalia bruta, et in illis corrumpuntur. De quibus Jud[as][k]) ait[2]): „Hii autem, quecumque[l]) quidem[m]) ignorant, blasphemant", id est eos, qui amant Christum Jhesum virtute spiritus sancti vel[n]) per caritatem, ymmo tales et persequuntur, primum sanctos dei christianos et contrariantur nimis eisdem, sicut caro spiritui et sicud Hysmahel[o]) persecutus est[p]) sanctum Ysaac et Esau ipsum Jacob.

[f. 44a] Sequitur[3]): „Quecumque autem naturaliter tamquam bruta[q]) animalia norunt, in illis corrumpuntur", id est in amore naturali et motibus eius. Unde sequitur[4]): „Ve illis, qui in viam Cayn abierunt"[r]). Et istud accipe dictum pro[s]) prima regula predictarum. Sequitur[5]): „Et errore Balaam mercede effusi

---

a) deum *corr.* Jhesum *A;* deum *EFGHI.* b) se *EFGHI.* c) sed deum *om. H.* d) *om. B.* e) super *FGI.* f) *add. sup. lin. A.* g) contra *E.* h) eorum *EFGHI.* i) ideoque *EFGHI.* k) Jacobus *EFGHI.* l) quicumque *BE.* m) *om. E.* n) et *E.* o) Ysmahel *BI;* Ysmael *F.* p) *om. B.* q) *ita omnes cod.* r) habierunt *H.* s) de *E.*

1) *Cf. Roman. VII. 25.* 2) *Judae 10.* 3) *Judae 10, ubi* muta *loco* bruta *legitur.* 4) *Judae 11.* 5) *Judae 11.*

sunt." Hoc adde secunde regule. „Et contradiccione chore perierunt." Et per istud[a]) exprimit terciam regulam predictarum. „Hii[1]) sunt in epulis suis macule[b]), contaminantes[c]) sine timore, pascentes semetipsos." Et istud quantum ad regulam quartam iam positarum.

Tunc sequitur pro omnibus quatuor simul[d])[2]): „Nubes sine aqua, que a ventis circumferuntur, arbores autumnales[e]), infructuose, bis mortue[f]), fluctus feri[g]) maris, dispumantes[h]) suas confusiones, sydera errancia[i]), quibus[k]) procella[l]) tenebrarum in eternum conservata est."

Et quia huiusmodi hypocrite non tantum sunt desolati a spiritu Jhesu, sed eciam sunt reassumpti ab inmundo spiritu cum septem spiritibus nequioribus et ab ipsis agittantur, ideoque nimis sunt in seipsis obfuscati, id est[m]) ad congnicionem sui ipsius, et affecta[n]) dileccione[o]) et carnali seducti et pleni simulata virtute. Ex quibus ipsimet credunt se magna facere et notabilia et fructuosa in dei ecclesia et tanto magis conplacent sibi ipsis et dignificant se honoribus seipsos[p]) et premiis atque eo amplius a veritate abducuntur. Nam huiusmodi et leges populis statuunt et regulas vite honeste proponunt et exemplaria sanctitatis aliis predicant et ostentant, et nullum habent testem sue false sanctitatis et cupiditatis, nisi solum deum, qui probat corda eorum et renes[s]), quoniam nec ipsimet sciunt se[q]) esse falsarios et[r]) iniquos, ut dictum est, eo quod sunt a nequioribus spiritibus obcecati et abducti. Nam quandoque audent dicere ad iudicem veritatis, clamantes[4]): „Domine, domine. Nonne in nomine tuo[s]) prophetavimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus et in plateis nostris[t])? Quibus respondet iudex et testis velox[u]) perversitatis ipsorum, dicens: Discedite a me, operarii iniquitatis, non novi vos", — supple[v]), quia vos me nosse noluistis neque sequi caritatem veritatis et super-

---

[a]) per illud *FGI;* illud *H.* [b]) macule sue *G.* [c]) convivantes *FGHI et biblia.* [d]) *om. E.* [e]) autumpnales *GHI.* [f]) bis mortue, eradicate *FGI.* [g]) *om. B.* [h]) dispumantes *AEFGHI.* [i]) *om. B;* consiederancia *(sic) H.* [k]) et quibus *B.* [l]) procella est *E.* [m]) id est *om. B.* [n]) afficta *B;* a ficta *EFGHI.* [o]) dileccionem *H.* [p]) *om. F.* [q]) seipsos *E.* [r]) *om. I.* [s]) *om. A.* [t]) docuistis *add. ABE;* docuimus *add. FGHI.* [u]) ferox *E.* [v]) scilicet *B.*

[1]) *Judae 12.* [2]) *Judae 12—13.* [3]) *Cf. Jerem. XI. 20.* [4]) *Matth. VII. 22 et Lucae XIII. 26—27.*

bistis[a]) ewangelii doctrina, ideo quod[b]) cum amicicia huius seculi deo placere se[c]) optime posse existimastis, perversitate cupiditatis excecati, Jhesum Christum et hunc crucifixum in amore ignito cordis non habentes; est enim ipsis quasi mortuus in corde[d]), de quibus apostolus Collo.[e]) II.[1]): „Nemo vos seducat, volens[f]) in humilitate et religione angelorum, que non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis sue et non tenens caput, ex quo totum corpus, per nexus et coniuncciones subministratum et constructum, crescit in augmentum dei", etc. ibidem.

Capitulum nonum[g]).

Ypocrite, quia amant seipsos, ideo diligunt regnum suum et gloriam magis quam regnum et gloriam Jhesu crucifixi[h]).

Bestie siquidem infinite, ymmo nimis multi pariter convulsi[i]) et conpacti, omnes simul una bestia coccinea et plena nominibus blasphemie corruit, septempliciter capitosa et cornuta[2]), moderni puta ypocrite et carnales christiani, postquam conpegerunt quandam legem ad instar Moysayce[k]) ex infinitis cerimoniis, observanciis et mandatis hominum ac doctrinis, inponunt onera[l]) inportabilia super humeros hominum, que nec ipsi nec patres eorum portare potuerunt[3]). Et quemadmodum grecas regulas et Aristotelicam iusticiam atque Platonicam sanctitatem nec non gencium honestatem et ritum, cum in simplicitatem[m]) fidei catholice et in celestem populum induxissent quasi neccessaria ad regnum dei, in talibus iusticiam suam statuunt, in talibus salutem animarum esse predicant et reponunt, per ea gloriosos seipsos coram plebibus exhibent, ex[n]) illis ditantur et variam negociacionem suam fulciunt et adornant, quatenus[o]) ita lucida post eos via et honorabili questus suos cumulent et in gloria et honoribus hominum

---

[a]) super beati *AB;* superbistis ex *E;* superbistis *FGHI.* [b]) Ideoque *B.* [c]) *ita omnes cod.* [d]) carne *(sic) E.* [e]) ad Collo. *FGHI.* [f]) *om. EFGHI.* [g]) *ita AB (rubr.) F (rubr.) GI;* (Sequitur) capitulum nonum (quod) *EFH.* [h]) *ita omnes cod.* Ave Maria *(rubr.) add. E.* [i]) consulsi *(sic) E.* [k]) Mosayce *BEI.* [l]) honera *HI.* [m]) simplicitate *BI.* [n]) et ex *I.* [o]) quatinus *EGI.*

[1]) *Coloss. II. 18—19.* [2]) *Cf. Apoc. XVII. 3.* [3]) *Cf. Matth. XXIII. 4.*

dilatent[a]) efficacissime et splendide de regno Christi humilimo et salvifico[b]) regnum suum. Et dominacionem questuosam effecerunt[c]), siccine et firmaverunt et de regno caritatis ita fecerunt regnum cupiditatis atque sic regnum spiritus Jhesu[d]) et libertatis converterunt [f. 44b] in regnum servitutis et necessitatis.

Propter quod magnis dei preceptis in oblivionem datis et quasi abolitis et gravioribus in lege dei, nova sua recenciaque inventicia[e]) solempnisant[f]), circa talia[g]) invigilant, illa preconizant et augmentant, eadem in populo christiano simplici et carnali magnificant, commendant fidelibus et necessitatem salutis ipsorum compendiosam[h]) esse predicant[i]) et solum vel principaliter in talibus et per talia[k]) deum timent et colunt, que alias in se sunt laboriosa et non est finis ipsorum. Quorum[l]) multitudine quasi densitate silvarum evacuata iam videtur crux Christi Jhesu et nomen Jhesu crucifixi ductum est in abusum factumque est in christianis quasi alienum et[m]) inane aut tale, quasi ipsum non sit unicum et solum datum sub celo hominibus, in quo salvos fieri oporteat[n]) credentes.

Gratitudo quoque[o]) morti[p]) et doloribus Christi acerbissimis et passionibus ignominiosis filii dei pro hominibus est obnubilata et abducta de aula populi christiani et in ruborem et inverecundiam deducta, ut iam[q]) confiteri Jhesum crucifixum, Jhesum consputum et suspensum in patibulo cum latronibus sit pudor et cum suspicione mali in populo christiano.

Libertas insuper sancti spiritus, quam conparavit morte sua piissimus Jhesus Nazarenus filiis regni, et vocavit ad eandem populum christianum, iam[r]) nulla prorsus facta est, nec ullus audet eam confiteri[s]) aut sequi vel secundum eandem vivere, quoniam mox pro heretico[t]) dampnaretur et beghardus esse vel turlpinus[u]) probaretur per modernos ypocritas, quoniam

---

. 6) Nota diligentissime *A in m. super.*
19) Gratitudo *EFGHI.*
25) Libertas *EFGHI.*

a) dilatant *H.* b) salutifico *EI.* c) ita fecerunt *H;* efferunt *B.* d) *om. B.* e) inventicicia *BEFHI.* f) solempnisat *B;* solempniset *FGHI.* g) ea *E.* h) compendiosum *AB.* i) clamant *E.* k) vel per talia *EFGI;* vel in talibus *H.* l) eorum *G.* m) *om. H.* n) oportet *EFGHI.* o) Gratitudoque *I.* p) mortis *FG.* q) vel *E.* r) que *(sic) E.* s) ullus iam audet confiteri *E.* t) antichristo *E.* u) wiclefista *E;* wiklephista *F;* wykleffista *G;* viklefista *H;* viglephista *I.*

secundum eosdem non est iusticia, non est sanctitas et non est salus in ecclesia nisi[a]) secundum observancias[b]) et mandata hominum et doctrinas. Quapropter miro modo ypocrite repleverunt usque ad summum ecclesiam Christi Jhesu, aliquando liberrimam, spiritu servitutis et tantum[c]) timore, et[d]) subdiderunt carnaliter[e]) legali servituti, ut iam non videatur notabilis differencia, quoad[f]) hoc, ecclesie Christi a Moysy quondam synagoga.

Ex quo non ex libertate sancti spiritus, sed ex necessitate et timore subiecti sumus servituti tam multiplici et transgressionibus interminatis, quibus inmensi libri sunt referti, quas homo non tantum inplere non potest, sed eciam nec rescire. Et ex quo iam[g]), ut apparet[h]), quod Christus Jhesus tantum et ipse unicus non sufficit ad salutem credentibus cum hiis, que ipse et eius apostolus fienda sanxerunt, sed iusticificacio quedam alia hominum a lege adventicia congregataque ex doctrinis huiusmodi et observanciis eorum sit necessaria, et ipsa iam habetur conpendiosior ad salvandum, ut questuosi ypocrite predicant plebibus et promittunt, quia per talia facti sunt in regno huiusmodi gloriosi.

Verumptamen hic non assumpsi, protestor, inpungnare decreta et statuta sanctorum patrum et conciliorum probatorum, qui spiritu sancto inspirati fecerunt omnia, que fecerunt. Sed contra illos denoto evellere iuxta tenorem huius regule, qui sine amore Jhesu in regno ecclesie dei amore sui[i]) cupido agitati, nituntur, et nisi sunt, apparere[k]) gloriosi, et in celebritate nominis sui[l]) delectantur magis quam in celebritate nominis Jhesu crucifixi. Talium ergo multitudinem ypocritarum et carnalium christianorum detestor, qui a spiritu Jhesu desolati, sola cupiditate ducti et ingrati Jhesu Christo inimicique[m]) crucis eius existentes, in talibus doctrinis et mandatis hominum suam iusticiam statuunt et in exerciciis ipsorum sibi ipsis complacent, quia[n]) in ipsis et[o]) per ea facti sunt honorabiles et gloriosi in

---

21) Protestacio *E.* Nota *F.*

[a]) *ita EFGHI;* in et *AB.* [b]) observanciis *B,* secundum *om.* [c]) iterum *false B.* [d]) *om. EFGHI.* [e]) carnaliter legi *E.* [f]) *ita EFGHI;* quo *tantum AB.* [g]) *om. EFGHI.* [h]) appareat *E.* [i]) suo *E.* [k]) apparere *EFGHI;* aproprie *AB.* [l]) suis *E.* [m]) inimici *EFGHI.* [n]) complacent, quia *BEFGHI;* complacentque *false A corr.* [o]) et *EFGHI;* ut *AB.*

ecclesia, sola consuetudine a iuventute statim inbuti, ut ipsa delectabiliter operentur, alias sine caritate omnino et spiritu Jhesu crucifixi. Propter quod zelantur pro talibus et verbis et factis, inducentes strennue populos christianos et amicos huius vite ad talia tenenda; non autem ad Jhesum crucifixum, non ad gratitudinem suis passionibus et morti[a]) amare, non ad odium huius mundi, non ad contemptum et obprobria pro Christo Jhesu tolleranda, non ad vitam virtuosam, non ad mandata dei gravia primum operanda, non ad sacramenta ecclesie Christi amanda et frequentanda neque ad faciendum misericordiam et iudicium[b]) manuducunt manuducunt dei[c]) populum, redemptum ex hoc mundo et vana eius conversacione morte amarissima et sanguine unigeniti filii dei, Jhesu crucifixi [f. 45[a]].

Quia namque isti sunt homines amantes seipsos et amantes istum mundum et ea, que in mundo sunt, ideoque, quamvis sine spiritu Jhesu, satagunt suam iusticiam vel iustificaciones statuere et adinvenire ex illis et in illis, que sunt huius mundi, puta exerciciis et splendoribus corporalibus, et que[d]) ipsi per se possent attingere et adinplere sine ope[e]) spiritus[f]) Jhesu, ut sic aliquo modo evacuetur crux Jhesu Christi, et ipsi ex se ipsis gloriam et merita salutis asequantur[g]) et non pocius ex unico[h]) Jhesu crucifixo. Sicque edificant turim Babel, per eam[i]) et in ea usque ad celestem vitam pertingere cupientes.

Sed[k]) benedictus sit piissimus Jhesus, qui iam dudum incepit descendere[l]) et confundere liguas eorum iamque evellit eosdem et destruit per fames, pestilencias[m]) infinitas, strages et mortes, per scismata[n]) et faciens ypocritas contemptibiles conculcari ab hominibus, veluti[o]) sal infatuatum[1]) et ad sterquilinium proiectum, „ut[p]) non glorietur omnis caro“[2]), sed ipse solus unicus Jhesus crucifixus sit in veritate et in sua familia glo-

---

22) Turris Babel *EFGHI.*

[a]) sue passionis et mortis *EFGHI.* [b]) neque *add. EFGHI.* [c]) manu dei ducunt *I.* [d]) *ita EFGHI;* atque *AB.* [e]) opere *FGHI.* [f]) spiritu *EFGHI.* [g]) adsequantur *corr.* asequantur *A.* [h]) *om. I.* [i]) ea *H.* [k]) *contin. D 1. 2.* [l]) dividere *D 2.* [m]) et pestilencias *D 2.* [n]) et per humiles suos predicatores, [qui *E*] multum de ypocritis auxilio dei populo predicant. Ideo pius Jhesus faciens &c. *add. EFGHI.* [o]) velut *EI;* velud *FG.* [p]) *ita EFGHI;* et *AB.*

[1]) *Cf. Matth. V. 13.* [2]) *I. Cor. I. 29.*

riosus. Et[a]) ecce, iam instat tempus, ut omnis plantacio, quam non plantavit dulcis Jhesus et spiritus eius, eradicetur et destruatur[b]) [1]), quoniam omnis caro fenum et flos agri gloria eius: exsiccatum est enim fenum et flos eius decidit[2]). Elevabitur autem dominus Jhesus solus, quia ipse est, qui salvat, et non alius.

Capitulum decimum[c]).

Quod ypocrite valde non congnoscunt seipsos, quia sunt dupplicibus tenebris intrinsecus excecati[d]).

Adhuc notandum est hic illud, quod superius dictum est in proposicione, scilicet quod omnis ypocrita, quia[e]) cupido amore amat[f]) seipsum, ideo, quanto maiora bona habet, quecumque sint illa, tanto magis conplacet sibi in ore proprio et appreciat magis seipsum et excecatur ad iudicandum recte de se, indeque fit nimis cecus et superbus, condensatus firmatusque in sua primitiva corruptela a veteri homine seu Adam derivata.

Et pro eo hic est advertendum, quod natura humana, postquam homo peccavit, mox est vulnerata in suis viribus innatis et spoliata dotibus gratuitis; et quamvis sciencia boni et mali sui sensibilis et sibi propinqui[g]) post commescionem ligni[h]) vetiti in homine remansit[i]), tamen magis ad penam, ut per hoc memoraretur natura humana se esse deprehensam, quod signatum est congrue per Saram, uxorem Abraham[k]), cui Abimalech[l]) dixit: „Ecce, mille argenteos dedi fratri tuo; hoc erit tibi in velamen oculorum ad[m]) omnes, qui tecum sunt, et quocumque perrexeris, memento te deprehensam", Gen. XX. g.[n]) [3]), ut sit homo velud equus et mulus, solum bonum suorum sensuum, quod bonum est eciam iumentorum, per experienciam[o]) congnoscens, et cum molestia illud acquirens, cum sudore vultus

---

[a]) *om. D 2.* [b]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.*: Ypocrite, quia primum amant se oc., *v. infra p. 227, lin. 20.* [c]) *ita AB (rubr.) F (rubr.).* Sequitur capitulum decimum *EH; om. G.* [d]) *ita AB (rubr.) EF (rubr.) GHI.* [e]) qui *EFGHI.* [f]) amare *corr.* amat *A.* [g]) proprii, que *EFGHI.* [h]) *om. I.* [i]) remansa sit *E.* [k]) Abrahe *EGI.* [l]) Abimelech *BFGHI.* [m]) et *false EFGHI.* [n]) g. *om. EFGHI.* [o]) expergenciam *(sic) E.*

[1]) *Cf. Matth. XV. 13.* [2]) *Cf. I. Petri I. 24.* [3]) *Gen. XX. 16.*

sui et gravi labore pane suo vesceretur [1]), malum autem suum, quamvis invitus, continue degustans, suam culpam congnosceret et videret, quam malum fuit sibi reliquisse dominum. Ignoranciam tamen sui proprii boni ultimati et perfecti, puta dei et sue glorie, incurrit ita, ut se[a]), quanti et qualis boni capax est conditus[b]), non congnosceret, iuxta scripturam, que dicit in David[c]) [2]): „Homo, cum in honore esset, non intellexit". Neque deum[d]) diligunt et ei volunt[e]) obedire, et per consequens vanitas et inpotencia atque ignorancia suiipsius et dei hominem post culpam possederunt[f]). Et inde est, quod de homine apropriate dictum esse[g]) videtur Gen.[h]) I° [3]): „Terra autem erat inanis et vacua, et tenebre", subaudis ignorancie, „ferebantur super faciem abissi", id est supra[i]) cor hominis, ut nesciat homo, utrum amore vel odio dignus sit et quando et quo malo[k]) captivetur, a quo possideatur spiritu. Quapropter scriptum est [4]): „Pravum[l]) cor hominis et inscrutabile: quis congnoscet illud?", — quasi dicat: nullus hominum.

Hinc est, quod homo post culpam ita est redditus inpotens, quod a se[m]) solo non potest non[n]) peccare, et omnis eius etas prona est in malum ab adolescencia sua [5]), et non potest ex seipso neque cogitare [f. 45[b]] suum verum[o]) bonum, prout dicit apostolus [6]): „Non quod sufficientes simus[p]) ex nobis, quasi ex nobis[q]), vel cogitare", et Christus in Jo.[r]) [7]): „Sine me nichil potestis facere". Et ita in tantam et magnam incidit ignoranciam, quod seipsum ignoret[s]), et quod est deterius, et hoc, quod seipsum ignorat, non sapit ad modum dormientis vel letargum pacientis. Et ad hoc est inmersus corpori, „quod corrumpit[t]) et agravat animam, et terrena inhabitacio[u])

---

[a]) *om. E.* [b]) *om. B.* [c]) psalmo *EFGHI.* [d]) *ita EFGHI;* nec quam qui eum *false AB.* [e]) nolunt *EFGHI.* [f]) possiderunt *FGHI.* [g]) est *H.* [h]) illud Gen. *FGHI.* [i]) super *H.* [k]) quando *EFGHI;* malus *GH.* [l]) Pravum est *EFGHI et biblia.* [m]) a se *EGHI;* se *AB.* [n]) *sup. lin. add. A.* [o]) *om. EFGHI.* [p]) scimus *F;* sumus *GHI.* [q]) quasi ex nobis *om. E.* [r]) in Jo. *(lacuna) AB;* Johannis primo *FGHI;* Jo. XI° *E.* [s]) ignorat *H.* [t]) *ita A;* corrumpat *B;* cor corrumpitur *E;* corrumpitur *FGHI.* [u]) habitacio *EFGHI.*

[1]) *Cf. Gen. III. 19.* [2]) *Psalm. XLVIII. 13.* [3]) *Gen. I. 2.* [4]) *Jerem. XVII. 9.* [5]) *Cf. Gen. VIII. 21.* [6]) *II. Cor. III. 5:* Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis. [7]) *Joann. XV. 5.*

deprimit[a]) sensum multa cogitantem"[b]) [1]). Propter quod „cogitaciones hominum timide, et incerte providencie eius", Sapiencie XX. f.[c]) [2]), quod dei verbo est significatum, cum dixit ad hominem, dicens[3]): „Adam, ubi es?", ac si dicat: Vides, ne aut[d]) congnoscis, unde cecidisti, et ad quantum et quale[e]) tuum dampnum cecidisti qui; voluisti esse ut deus, ecce factus[f]) ut bestia terre.

Secundo est notandum, quod quidam spiritus sunt, qui hominem in hoc suo exilio assumunt, et secundum ea, que dicta sunt in principio primi libri huius voluminis[4]), quilibet nititur iuxta sua propria transformare. Quos si in genere distinguamus, quatuor diversi reperientur conformiter quatuor ventis famosis in scripturis, qui quatuor ex quatuor principalibus orbis angulis facile congnoscuntur aspirare, videlicet auster a meridie, aquilo[g]) a septentrione, zaphirus[h]) ab oriente et[i]) eurus ab occidente. Juxta quod est animo advertendum[k]), quod licet spiritus seu ventus sciri nequeat, videlicet[l]) quoad eius originem punctualem et quoad eius[m]) terminum[n]) ultimatum[o]), qua via gradiatur, et quoad eius substanciam[p]), subtiliatam supra sensuum hominis[q]) facultatem, secundum quod dominus innuit Jo. 3°[r]), dicens[5]): „Spiritus, ubi wlt, spirat, et vocem eius audis, et nescis, unde veniat aut quo vadat": tamen eius operaciones alique et motus ac[s]) qualitates alique congnoscuntur sensibiliter. Et ideo dicit notanter dominus: „Vocem eius audis". Et inde ulterius arguitive sciri[t]) poterunt et spiritus, qui sunt et unde veniant aut quo vadant, congnicione, quia est, id est tamquam cause per suos effectus.

Ita eciam et in proposito, quamvis boni spiritus et mali[u]),

---

8) De spiritibus *A*.

[a]) *ita EFGHI; om. AB.* [b]) *ita EFGHI;* cogitante *AB.* [c]) XX. f. *om. E;* f. *om. FGHI.* [d]) aut si *AB.* [e]) ad quale *E.* [f]) factus es *B EFGI.* [g]) aquilone *corr.* aquilo *A.* [h]) sephirus *EH;* zefirus *F;* zephirus *GI.* [i]) *om. EGI.* [k]) animadvertendum *EGHI;* animum advertendum *F;* a modo *(sic)* advertendum *B.* [l]) *ita EFGHI;* unde *AB.* [m]) originem — eius *om. H.* [n]) *post hanc vocem in cod. E, f. 40b, textus ipsius codicis continuatur post quinque folia transversa.* [o]) prout Jhesus innuit Jo. 3°. d. *add. A, sed del.* [p]) obstanciam *E.* [q]) sensum hominis et *EGI.* [r]) X. *GI.* [s]) aut *E;* et *I.* [t]) scire *EGHI.* [u]) boni spiritus mali *AB;* bonus spiritus et malus [mala *H*] *EFGHI.*

[1]) *Sap. IX. 15.* [2]) *Sap. IX. 14.* [3]) *Gen. III. 9.* [4]) *v. supra p. 21.* [5]) *Joann. III. 8.*

quoad eorum substanciam, intueri vel congnosci ab homine nequeant, nichilominus tamen autumpnari[a]) poterunt ab homine, presertim spirituali, per effectus eorum qualitates et instinctus; alias frustra esset dictum a beato apostolo[b]) 1ª Jo. 4° [1]): „Et[c]) nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus", etc. Et inde est discrecio spirituum donum[d]) inter munera spiritus numeratum[e]). Verumptamen congnoscere spiritus nequit homo animalis vel spiritu nequam[f]) inbutus, quemadmodum sensibile supra sensum inmediate positum[g]) vel sensibili occupato[h]) sentiri[i]) non potest, ut[k]) dicit Aristoteles in libro de sensibili et sensato[2]); ymmo nec seipsum homo scire prevalet velud homo inebriatus, tum quia a suo statu per peccatum est deiectus et obtenebratus, tum quia a spiritu mendacii occupatus et a se ipso obductus[l]). Exemplum accipe de oculo sano, qui dum est infirmus et tenebris obductus, nichil potest congnoscere nisi tactu: sic homo non aliud potest sapere nisi illud tale[m]), quali spiritu[n]) alteratur, excepto spiritu dei, qui est perfeccio[o]) et lumen anime racionalis.

Sunt itaque quatuor spiritus, quibus homines commoventur, prout beatus Bernhardus scribit super Cantica[3]), et recepit hoc a beato Paulo Iª Cor.[p]) 2, ubi dicit[q]) [4]): „Nobis autem revelavit deus per spiritum suum: spiritus enim omnia scrutatur, eciam[r]) profunda dei. Quis enim scit, que sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso[s]) est: ita et que sunt dei, nemo congnoscit, nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex deo est, ut sciamus, que a deo donata sunt nobis." Ecce habes spiritus tres varios hic expressos, scilicet spiritum dei, spiritum hominis et spiritum huius mundi; quartum habes, scilicet spiritum im-

---

a) autumari *EFGI.* b) *ita EFGHI;* a Jo. *AB.* c) *om. EFG.* d) domini *false EFGI.* e) innumeratum *B;* inter spiritus nequam *E manu poster., cet. om.* f) *ita EFGI;* nequaquam *cet. cod.* g) *om. B.* h) occupacio *AB.* i) futuri *corr.* sentiri *A.* k) unde *EFGHI.* l) abductus *EFGHI.* m) non aliud nisi tale *B, cet. om.* n) spiritui *E.* o) *ita FGHI;* perfeccior *BE;* perfecto *A.* p) ad Cor. *FGI.* q) ubi dicit *om. EFGHI.* r) et *EFGHI;* in *B.* s) ipso *EFGHI et biblia;* Christo *AB.*

1) *I. Joann. IV. 1.* 2) *Cf. Aristotelis tr. De sensu et sensibili, c. VII, ed. Paris. (Didot), Opp. III, p. 490.* 3) *S. Bernardi Claraev. in Cantica sermo V, ap. Migne, PL, t. 183, p. 798—803.* 4) *I. Cor. II. 10—12.*

mundum, de quo M[t]. XII. f.[a]) [1]): „Cum inmundus spiritus exierit ab homine", etc.

Spiritus autem mundi non differt a spiritu hominis et a spiritu inmundo quiditate sua, nisi quadam connotacione[b]), scilicet cum spiritus[c]) hominis, a spiritu inmundo assumptus, amore huius mundi inflatur[d]) [f. 46[a]] et repletur[e]); non[f]) tamen spiritus inmundus unit sibi spiritum hominis neque replet eum, sed induit eum[g]) male et inordinate[h]) contra deum, quo[i]) homo sathagit se huic mundo conformare[k]), et sicut aqua in terram, sic ad mundum effunditur. Et tunc vere spiritus hominis spiritus huius mundi est nuncupatus, quia spiritus inmundus est utique[l]) de hoc mundo et dicitur princeps huius mundi, Joh. 14. g.[m]) [2]): „Venit princeps huius mundi, et in me non habet quidquam." Et vocantur eciam nequam spiritus rectores huius mundi; unde apostolus Eph.[n]) 6. d.[o]) [3]): „Adversus[p]) mundi rectores tenebrarum harum, adversus spiritualia nequicie." Eciam[q]) secundum eundem apostolum[4]) spiritus nequam[r]) deus huius seculi[s]), et ideo, quos spiritus humanos assumit, facit eos esse spiritus huius mundi et per consequens adhuc magis inmundos, nequam[r]) et vehementer spisse obtenebratos, secundum quod veritas ait[5]): „Si lumen, quod in te est, tenebre sint, ipse tenebre quante erunt?" Et in tantum perinde fiunt huiusmodi dupplicibus tenebris tenebrosi, quod neque seipsos sciunt, quod genus est pessime ignorancie, neque id[t]), quod est notissimum in natura, puta deum suum, et non tantum bestiis terre efficiuntur per hoc similes, sed bestiis furiosis et irrabiatis.

Spiritus autem dei non est de hoc mundo, ymmo est contrarius huic mundo, eo quod totus in maligno positus est[6])

---

1) Spiritus inmundus *EFGH.*

3) Spiritus humanus [Maria *E rubr.*] *EFGH.*

27) Spiritus dei *EFGH.*

[a]) f. *om. EFGHI.* [b]) *ita AFGI;* convocacione *BE;* quotacione *H.* [c]) spiritu *B.* [d]) inflatur *EFGHI;* informatur *AB.* [e]) completur *E.* [f]) *om. B.* [g]) *ita EGI; om. cet. cod.* [h]) inordinat *BEFGHI.* [i]) quo *EFGHI;* qua *AB.* [k]) *ita EFGHI;* conformari *AB.* [l]) *ita EFGHI;* neque *AB.* [m]) *om. EFGHI.* [n]) ad Eph. *FG.* [o]) dicit *FGHI.* [p]) adversos *H.* [q]) Et *EFGI.* [r]) nequaquam *corr.* nequam *A.* [s]) seculi dicitur *EFGHI.* [t]) illud *EFGI.*

[1]) *Matth. XII. 43.* [2]) *Joann. XIV. 30.* [3]) *Ephes. VI. 12.* [4]) *Cf. II. Cor. IV. 4.* [5]) *Matth. VI. 23.* [6]) *Cf. I. Joann. V. 19.*

et odit Jhesum, id est Gezysse[a]). Ideo quos assumit, facit eos non esse de hoc mundo. Unde dominus ad discipulos[b]) Jo. 8. c.[c])[1]): „Jam vos non estis de hoc mundo, sicut et ego non sum de hoc mundo[d]). Si de mundo hoc essetis, mundus utique, quod suum esset[e]), diligeret. Sed ego elegi vos de mundo." Enimvero spiritus dei, quos assumit, replet intrinsece virtute et natura et[f]) substancialiter, quod est solius spiritus sancti proprium, quia spiritus hominis, sicut et quilibet spiritus racionalis, est capax dei spiritus intrinsece et ad hoc sic formatus; ideo spiritus hominis hoc modo assumi potest et[g]) efficitur unus spiritus cum deo[h]). Quapropter dictum est per apostolum[i])[2]): „Qui adheret deo, efficitur unus spiritus cum eo." Et hec causa est, [quod] omnes, qui spiritu dei aguntur, non dupplices nec varii neque[k]) vacui aut[l]) inanes neque duabus viis gradi a scripturis[3]) dicti sunt, sed prorsus simplices, repleti et recti ac spirituales. Inde eciam est, quod electi dei, quia habent intrinsece dei spiritum et degustant, sunt certi de suis operacionibus et sciunt, unde veniant aut quo vadant, tali certitudine, qualis possibilis est eis in hac vita. Inde in psalmo[4]): „Anuncciaverunt opera dei et facta eius intellexerunt", et dominus Jo. 14. d.[m])[5]): „Vos autem congnoscetis eum, quia vobiscum manebit[n]) et in vobis erit." Ideoque sancti in lumine ambulare dicti sunt[6]). Unde dominus Jhesus[o])[7]): „Qui sequitur me, non ambulat in tenebris." Spiritus enim sanctus et dux et comes vie ad patriam[p]) hanc. Unde psalmus[8]): „Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam", etc.[q]).

Sed spiritus hominis, siccine a spiritu apostatico assumptus et coniunctus per pravam voluntatem[r]), non meretur proprie dici unus spiritus cum spiritu apostatico, nec alicubi in scripturis veritatis dici[s]) invenitur, sed magis omnis huiusmodi

---

[a]) *ita A;* Gezzissye *B;* salutem *EFGHI.* [b]) ad apostolos *EFGHI.* [c]) *om. EFGHI.* [d]) sicut — mundo *om. B.* [e]) est *E.* [f]) *om. H.* [g]) potest et *EFGI;* potest *tantum cet. cod.* [h]) eo *H.* [i]) apostolum *(lacuna) A.* [k]) nec *B.* [l]) nec *E.* [m]) dicit *EFGHI.* [n]) manet *B.* [o]) Jhesus *(lacuna) AB.* [p]) presentem *A;* presenciam *B;* patriam *EFGHI.* [q]) me — etc. *add. EFGHI.* [r]) voluptatem *E.* [s]) dici *(lacuna) AB.*

[1]) *Joann. VIII. 23 et XV. 19.* [2]) *I. Cor. VI. 17.* [3]) *Cf. Jacobi I. 8, II. Petri I. 8.* [4]) *Psalm. LXIII. 10.* [5]) *Joann. XIV. 17.* [6]) *I. Joann. I. 7.* [7]) *Joann. VIII. 12.* [8]) *Psalm. CXLII. 10.*

peccator duplex et varius et duplici[a]) via gradiens affirmatur, ymmo[b]) multiplex et cotuplex[c]), a quot[d]) spiritibus est investitus, ut ille homo, ad quem spiritus inmundus, assumptis septem spiritibus nequioribus, est ingressus, octuplex vel novuplex[e]) propter spiritum hominis non incongrue poterit nuncupari[f]), quamvis semper vacuus et inanis. Et illius racio est, quia spiritus malus eciam spiritum hominis assumat[g]), tali tamen virtute vel potencia, [quod] neque natura neque[h]) illapsu intrinseco aliquo possunt unum efficere et iam replere[i]) invicem, sed solum extrinsece per assensum, quoad aliquid et[k]) ad tempus. In malivolis namque non potest esse amicicia pravitatis[l]) neque est proprie unitas[m]) voluntatis[n]) nisi in virtuosis, secundum quod Aristoteles determinat in octavo Ethicorum[1]) et Ysaias[o])[2]): „Non est pax inpiis, dicit dominus.“ Habet tamen vicinitatem spiritus malus ad spiritum hominis et ad carnem suam mediante, que[p]) solum potest homini blandiri, quia sic modo ambit sensualitatem hominis et[q]) potenter commutat[r]) quaslibet passiones: et ita dictus est ipse insidiari [f. 46[b]] calcaneo illius[s]). Et inde fit, quod homo omnis[s]), sic a spiritu mundi[t]) et a spiritu malo inbutus, dicitur carnalis et nequaquam spiritualis, quia solum secundum carnem peccatricem vivit et placet sibi ipsi in carne, que continue alteratur a spiritu inmundo et suscipit[u]) ipsius inpressiones. Et de hiis quatuor spiritibus magis infra dicetur in tractatu 2° dist. 3[a][4]).

Et quia de ypocritis[v]) et veris predicatoribus loqui cepimus, notandum, quod sicut nullus verus propheta primo et principaliter suo spiritu ducitur, ut postea declarabitur, ad docendum[w]), et ad hoc est Petrus[x])[5]): „Non enim voluntate[y]) hu-

---

[a]) dei *corr.* duplici *A;* dei *B;* dei perversa *FG;* dei per diversa *H;* ei perversa *I.* [b]) ymus *A.* [c]) *ita AB;* quotduplex *E;* quotuplex *FGI.* [d]) quot *B,* a *om.;* aliquot *EI.* [e]) noviplex *BEFGHI.* [f]) nuncupatus *A.* [g]) assumit *EFGI.* [h]) natura neque *om. H.* [i]) et iam replere *AB;* eciam repellere *EH;* eciam replere *FGI.* [k]) vel *EFGI.* [l]) malicia *corr.* amicicia *A;* amicicia pravitatis *EFGI.* [m]) unitas pravitas *ABH.* [n]) voluntatum *AF.* [o]) Ys. *(lacuna) AB.* [p]) quo *FGI.* [q]) sed *corr.* et *A.* [r]) convincat *BGI.* [s]) omni *B.* [t]) inmundo *EFGI.* [u]) suscepit *E.* [v]) de ypocritis *om. H.* [w]) dicendum *E.* [x]) Petrus *(lacuna) ABFGHI;* Petrus in canonica *E.* [y]) ex voluntate *EFGHI.*

[1]) *Aristotelis Ethica Nicomachea, l. VIII, c. III et V, ed. Paris. (Didot), Op. II, pp. 93 et 95.* [2]) *Isaiae XLVIII. 22.* [3]) *Cf. Gen. III. 15.* [4]) *tractatus secundus libri secundi non est conservatus.* [5]) *II. Petri I. 21.*

mana allata est aliquando[a]) prophecia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti[b]) dei homines"[c]): sic eciam pseudopropheta semper vel ex suo spiritu agitur ad loquendum, ut dictum est Deutero. XIII.[1]): „Si surrexerint[d]) in medio tui prophetes[e]) aut qui sompnium se[f]) vidisse dicat[g])", etc., ubi supra, vel a spiritu huius mundi[h]), ubi supra[i]) I[a] Cor.[k]) II[o][2]): „Nos spiritum huius mundi non accepimus", per hoc innuens[l]), quod sunt aliqui, qui[m]) a spiritu illo occupantur[n]) modo, quo nuper ante dictum est, vel a spiritu mendacii, unde III. Regum 22. dicitur[o])[3]): „Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum."

Omnis vero, qui suo spiritu agitur, manet in limitibus sue corrupte, id est wlnerate nature in suis viribus et spoliate, ergo secundum prius dicta non congnoscit seipsum et non potest bene aut[p]) cogitare neque loqui, id est meritorie. Potest tamen bona docere et utilia, quia deus nichilominus per[q]) tales facit[r]) sua opera, sicut et plurimum facit, quemadmodum et[s]) per Caypham et per[t]) Balaam utilia prophetavit, — ymmo et scripturas copiose exponere et ordinate et gracius et elloquencius aliquando quam predicatores fideles, quia spiritus mendacii potens est super[u]) hec omnia, quia[v]) et scripturas et eloquenciam non ignorat et potest sibi consentaneos informare, ut ipsos in angelos lucis transformet et armet magis[w]) contra domini Jhesu[x]) humilem veritatem. Ymmo pseudoprophete, quia ignorant seipsos, nesciunt se duci proprio spiritu ad predicandum vel a[y]) spiritu mendacii, sed firmiter videtur eis, quod a spiritu dei bono sint acti[z]), et hoc audacter asseverant[aa]). Unde habetur 3° Regum XXII[bb])[1]): „Sedechias pseudo cum spiritu mendacii accessit ad Micheam prophetam

---

a) alii *false I.* b) *om. EFGHI.* c) omnes *E.* d) surrexerit *B et biblia.* e) prophete *EFGI.* f) quis sompnum sese *B.* g) dicant *EFGHI.* h) a spiritibus mundi *EFGHI.* i) unde supra *AB; om. E.* k) ad Cor. *FI.* l) innuens ad illos *E.* m) *om. EFGI.* n) occupati *EFGHI.* o) *ita A;* dicitur *om. B;* III. Regum XX. dicitur *EFGHI.* p) *om. EFGHI.* q) potest *corr.* per *A;* potest per *EFGHI.* r) facere *EFH.* s) *om. EFGHI.* t) *om. H.* u) sufferre *E.* v) *om. B.* w) *om. I.* x) dominum Jhesum *corr.* domini Jhesu *A;* deum Jhesu *EFGI.* y) *om. E.* z) agitati *E.* aa) affirmant *corr. E.* bb) XX. *EFGI.*

1) *Deuter. XIII. 1.* 2) *I. Cor. II. 12.* 3) *III. Regum. XXII. 22.* 4) *III. Reg. XXII. 24.*

et percussit eum in maxillam et dixit: Me ergo dimisit spiritus domini, et locutus est tibi?“, et 3°[a]) Regum XIII[1]): „Dixit prophetes[b]) ad prophetam de Juda, sanctum deum: Et ego sum propheta similis tui?, et angelus locutus est michi in sermone domini.“

Ecce[c]) habes, quomodo prophetae pseudo[d]) constanter credunt et affirmant se esse missos in spiritu dei et inspirari[e]). Et[f]) licet ita[g]) sint a spiritu mendacii formati, ut nec ipsi se, nec alii homines animales eos secernant esse pseudoprophetas, tamen hii, qui spiritum, qui ex deo est, acceperunt, qui[h]) „omnia scrutatur[i]), eciam[k]) oculta dei“[2]), noscunt et sciunt per quedam signa indagari tales inposteros[l]), quia „spiritualis homo diiudicat omnia[m]) et a nemine iudicatur“[3]). Non enim probant ea, que pereunt[n]), et verba et[o]) sermones, sed spiritum et virtutem, que ex deo[p]) est, in veritate examinant, quemadmodum dicebat apostolus ad quosdam[4]).

Capitulum undecimum[q])

Quod prima et principalis causa cecitatis ypocritarum amor sui[r]) est inordinatus et ipse est caracter bestie in fronte[s]).

Notandum igitur, quod omnis, qui spiritu suo agitur, seipsum amat inordinate et totus[t]) radice illa amaritudinis occupatur sursum germinante, que est cupiditas, que, in quantum est radix omnium malorum, apostolo testante, [est] et[u]) fermentum[v]), quod totam massam humani generis pertransit[w]) et corrumpit[5]). Et dixi notanter, quod huiusmodi, qui spiritu suo[x]) ducitur, amat se inordinate: quia enim seipsum homo

---

[a]) *ita E; 2° false cet. cod.* [b]) prophetis *false BE.* [c]) Et *I.* [d]) prophete pseudo *AEFGHI.* [e]) inspirati *FGI;* inspiratos *E.* [f]) et l. *(lacuna).* Et *ABFGI; om. EH.* [g]) ista *false EFGH.* [h]) quia *EFGHI.* [i]) scrutantur *EFGHI.* [k]) et *EFGHI.* [l]) in posterum *E.* [m]) et omnia *B.* [n]) *ita EFGI;* parent *cet. cod.* [o]) *ita EH; om. cet. cod.* [p]) eo *E.* [q]) *ita A, B et F rubr.* Sequitur capitulum undecimum *EH.* [r]) sui ipsius *EFGHI.* [s]) *ita AB (rubr.) EF (rubr.) GHI.* [t]) tota *B.* [u]) in *false B.* [v]) fermente *false E.* [w]) percussit *B.* [x]) *om. I.*

[1]) *III. Reg. XIII. 18.* [2]) *Cf. I. Cor. II. 10.* [3]) *Cf. I. Cor. II. 15.* [4]) *Cf. I. Cor. IV. 19.* [5]) *Cf. I. Cor. V. 6.*

quilibet non potest non[a]) amare, cum hoc sit primum cuilibet enti et naturalissimum. Quodlibet siquidem ens diligit se permanere in esse et hoc non ex alio, [f. 47a] nisi quia se diligit. Sed in hoc homo corrupte iam nature preter alia encia existit, quod diligit se inordinate, id est ultra mensuram, preter numerum et extra pondus, ergo contra dei sui[b]) disposicionem, de quo dicitur Sapiencie XI. f.[c])[1]): „Omnia in mensura, numero et pondere disposuisti." Racionis est autem ponere ordinem in rebus. Ergo creature racionali inest[d]) ordinate diligere. Ordo vero requirit, ut qui diligit se esse, ex eo, quod non est a se, primum diligat illum[e]), a quo hoc, quod est, accepit. Et si ordinate diligit, consequens[f]) est, ut ad finem diligat se; sed finis non est aliud vel alius, nisi unde exivit. Nam spiritui[g]) est determinatum redire ad dominum, qui fecit eum, qui est principium et finis.

Ex quibus videtur, quod spiritus racionalis, si diligat ordinate seipsum, non male[h]) facit, quia si ordinate se diligit, per[i]) prius diligit eum, a quo est, per quem est[k]) et in quo est[l]). Sed quia[m]) spiritus humane nature wlnerate[n]) et corrupte et per consequens deordinate ad hoc a se[o]) solo pertingere non potest, ideo bene dictum est, quod omnis homo, qui suo tantum spiritu regitur, seipsum amat inordinate et culpabiliter. Si vero a spiritu mundi vel inmundo hominis spiritus assumitur, tunc non tantum se male diligit, sed ipsius sui esse diligit contraria, quia diligit peccatum, quod est sui ipsius esse[p]) destructivum. Et tale diligere se, licet se[q]) per indirectum, magis se odire dictum est a veritate scripture, quam diligere. Unde: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam[2]). Item spiritus, qui ab inmundo spiritu et huius mundi occupatur, non tantum male diligit se et contra deum, sed eciam ea, que deo suo sunt contraria, cogitur diligere, neque a se[r]) solo potest hanc dileccionem retractare, nisi a forciore[s]) spiritu, sci-

---

[a]) *lineae superpos. A; om. I.* [b]) suam *E;* summi *I.* [c]) f. *om. EFGH.* [d]) est in *H.* [e]) *om. H.* [f]) conveniens *EFGI.* [g]) spiritum *FGHI.* [h]) *A post corr.;* reale *(sic) BEFGHI.* [i]) *om. EFGHI.* [k]) per quem es: *om. EFGHI.* [l]) per — est *om. E.* [m]) *om. B.* [n]) wlneratus *B.* [o]) a se *EFGHI;* se *AB.* [p]) *om. B.* [q]) se, licet se *AB;* scilicet *EFGHI.* [r]) a se *EFGHI;* se *AB.* [s]) forciori *EFGHI.*

[1]) *Sapient. XI. 21.* [2]) *Cf. Joann. XII. 25.*

licet dei, assumatur et liberetur. Unde dominus[1]): „Sine me nichil potestis facere", et apostolus[2]): „Fiduciam talem habemus per Christum ad deum, non quod sufficientes simus[a]) a nobis, tamquam ex nobis, vel cogitare, sed omnis nostra sufficiencia a domino deo est." Ita peccatum reddidit[b]) hominem miserum et inpotentem. Inde dictum est per prophetam[c])[3]): „Facti sunt abhominabiles, prout ea, que dilexerunt", et Jacob IIII. b.[d])[4]): „Quicumque voluerit esse amicus huius seculi[e]), inimicus dei constituitur. An putatis, quia inaniter scriptura dicat: Ad[f]) invidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis." Hec omnia debent intelligi secundum[g]) ea, que superius dicta sunt, scilicet[h]) quod spiritus hominis affeccionibus[i]) carnis allectus et illectus caro efficitur et contraria deo amat vel[k]) contrarie. Unde apostolus[l])[5]): „Spiritus concupiscit adversus carnem et caro adversus spiritum. Hec omnia sibi invicem adversantur."

Juxta quod notandum[m]), quod pseudoapostoli in hoc secernuntur ab illis hominibus, qui eciam suo spiritu vel[n]) spiritu mundi[o]) agitantur, quia homines amatores huius seculi bonis huius seculi, scilicet temporalibus[p]) bonis nature et fortune[q]), et illis, que sanctis et reprobis pariter conceduntur, utuntur pro suo libito et suo lucro sine vel preter dei iusticiam; illa autem, que sunt dei spiritus, — quia[r]) non percipiunt iuxta illud[s])[6]): „Animalis homo non percipit ea, que sunt spiritus dei", — ideo ab eis avertuntur et contempnunt sic, quia[t]) huiusmodi[u]) promissa dei blasphemant verbo et facto. Verbo, ut illi, qui dixerunt[7]): „Ubi est verbum domini? Veniat", et alibi[8]): „Manda remanda, [manda] remanda[v]), expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi", — aut prout moderni habent de suo more dicere wlgariter: Czoz na Buoh pustiss, to

---

a) sumus *B.* b) reddit tunc *E.* c) prophetam *(lacuna) A.* d) Jacobi IIII. *EFGHI.* e) mundi *corr.* seculi *AB.* f) Et *EFGHI.* g) prout *E.* h) *om. EFGHI.* i) affeccione *FGHI.* k) contraria deo amat vel *om. B.* l) apostolus *(lacuna) A.* m) notandum est *EFGHI.* n) vel eciam *EFGHI.* o) huius mundi *H.* p) temporibus *(sic) E.* q) natura et fortuna *E.* r) *om. E.* s) illud apostoli *EFGHI.* t) sic, quia *AB;* sicque *EFGHI.* u) huius *tantum ABFGHI.* v) *om. FGI.*

1) *Joann. XV. 5.* 2) *II. Cor. III. 4—5.* 3) *Oseae IX. 10.* 4) *Jacobi IV. 4—5.* 5) *Gal. V. 17.* 6) *I. Cor. II. 14.* 7) *Jerem. XVII. 15.* 8) *Isaiae XXVIII. 13.*

gest gyz ztraczeno[a]), id est causa illa, que ad deum defertur vel deo committitur, iam est perdita; vel iterum, qui se ad divinum[b]) iudicium confert pro vindicta sue iniurie: ayunt ad eum: Iste[c]) longas dat inducias sibi iniurias facientibus, et similes [f. 47b] blasphemie, quas homines carnales inpudico ore eructant[d]) contra deum. Factis autem blasphemant deum omnes christiani, qui male vivunt et carnaliter. Ad quos verbum dei loquitur[e]) [1]): „Propter vos nomen meum blasphematur inter gentes", et apostolus[2]): „Confitentur se nosse deum, factis autem negant." De quibus pariter Judas in sua canonica loquitur, dicens[f]) [3]): „Similiter et hii, qui carnem maculant, dominatorem autem spernunt, maiestatem blasphemant." Et[g]) infra[4]): „Hii autem, quecumque ignorant, blasphemant", etc., ut supra. Pseudo vero prophete non tantum hec, que supra dicta sunt, bona temporalia ad suum ipsius lucrum retorquent et adducunt, sed eciam bona spiritus, et que sunt solis sanctis mancipata[h]), ut est divina scriptura, et que sunt pro fulcimento virtutum sanxiones et opera virtutum et eorum exercicia, insuper religiones et sacramenta, ympnos pro dei honore, cantica et misse et singula alia, quibus deus colitur et que res vulgo dei dicuntur, subiciunt sue voluntati et suis studiis deliciarum et pacis huius mundi lucrativa. Non enim ypocrite reddunt, que sunt cesaris, cesari, et que sunt dei, deo, sed utraque illorum referunt suorum libitorum ad negociacionem. Et hec est nimis[i]) magna falsitas et molesta[k]), cum signo solius sanctitatis operire lucra iniquitatis, armis virtutum[l]) indui et per ea[m]) virtutem inpugnare, stipendia a Christo tollere et eis dyabolo militare. Et ideo bene miratur ypocritas sapiens, dicens Eccli. XXXVII.[5]): „O presumpcio nequissima, unde creata es cooperire aridam malicia et dolositatem illius? Sodalis amico coniocundabitur[n]) in ob-

---

[a]) *ita A.* Czozz na Boh pustiss, to gest gyzz ztraceno *B.* Czososs na Bog spusczil, tho gest yuss straczono *E.* Czozz na Bwoh zspustŷs, to gest gyz zstraczeno *F.* Cozz na Buoh spilczyz, to gest gyz straczeno *G.* Czoz na Buoh zpustyss, to gest gyz ztraczeno *H.* Czoz na Buoh zpustiss, to gest giz ztraczeno *I (= A).* [b]) *om. E.* [c]) Istas *B.* [d]) eructuant *FGH.* [e]) *om. B.* [f]) *om. EFGI.* [g]) Et — blasphemant *om. B.* [h]) nunccupata *EG.* [i]) unius *(sic) E.* [k]) molestia *E.* [l]) *om. E.* [m]) eam *I.* [n]) convicium dabitur *(sic) B.*

[1]) *Rom. II. 24.* [2]) *Tit. I. 16.* [3]) *Judae 8, ubi loco* dominatorem: dominationem *legitur.* [4]) *Judae 10.* [5]) *Eccli. XXXVII. 3—5.*

lectacionibus et in die tribulacionis adversarius erit. Sodalis amico condolet causa ventris[a]) et contra hostem accipiet scutum."

Et ideo iuste appellatum est nomen ipsorum pseudoprophete. Pseudo enim grece falsus vel fallax interpretatur latine[b]), inde eciam pseudolus[c]), id est falsus servus[d]). Et idcirco de eis proprie illud apostoli competit[1]): „Filius iniquitatis exaltabitur super omne, quod dicitur deus aut collitur." Quis namque magis proprie[e]) debet dici filius iniquitatis quam ypocrita habens simulatam equitatem, de qua[f]) dictum est, quod est duplex iniquitas? Et „quod[g]) dicitur deus vel[h]) collitur", sunt divine res, cultui dei solius apropriate, ut verbum dei, veritas dei, sapiencia et virtus dei et sacramenta, super que omnia ypocrita se ellevat, quia omnia hec facit suis lucris inservire, omnia hec ad suum ipsius amorem inflectendo.

Amor igitur prefatus[i]) sui ipsius inordinatus dici proprie[k]) videtur caracter[l]) bestie fronti inpressus cuilibet, qui[m]) a deo apostatavit[2]), quia caracter est signum permanens, indelebile[n]) in signato[o]), ponens ab aliis, qui sunt extra, discrecionem. Sic iste amor sui ipsius unicus[p]) secernit et signat omnes ypocritas, ut in supra dictis[q]) patuit. Et dictus est merito caracter bestie, vel quia a bestia seu vastatore Sathana[r]) inpressus, vel quia communis ipsis bestiis, que omnes se tantum diligunt naturaliter et non amplius norunt, et homo per hoc precipue iumentis insipientibus comparatur. Dicitur autem bene in fronte consignari, quia frons bestias nec non homines precedit, quocumque[s]) ierint, in excelso situatus[t]) est, semper patens existit, et licet homines in aliis partibus faciei contingit inmutari[u]), tamen frons quam frequencius in patulo exhibetur: Ita[v]) amor iste precedit[w]) in homine[x]) omnia in concepcione et

---

17) Caracter bestie *FFGHI.*

26) Frons *FGHI.*

a) causa ventris *om. E.* b) in latino *I.* c) pseudulus *EFGHI.* d) testis vel servus *EFGHI.* e) *om. H.* f) quo *EFGHI.* g) *om. E.* h) aut *I.* i) perfectus *EFGHI.* k) *om. E.* l) propter caracterem *E.* m) que *E.* n) indelibile *BE.* o) in signito *E.* p) unitus *E.* q) ut supra dictum *EFGHI.* r) a vastatore Sathane *E;* vastatores Sathana *G.* s) quecumque *E.* t) *ita omnes cod.* u) inmutari *AEFGHI; om. B.* v) et ita *G.* w) prestat *E.* x) in homine *om. E.*

1) *Cf. II. Thess. II. 4.* 2) *Cf. Apoc. XIX. 20.*

in nativitate[a]), et ideo forte singulariter Ysaac et beatus Johannes Baptista nomine et signacione inter homines habentur singulares[b]), quia [f. 48a] generacionem illorum non tantum amor sui, sed magis amor dei in[c]) parentibus eorum precurrit.

Hic etenim amor ab aliis libido, ab aliis concupiscencia et forte magis proprie nuncupatur. Sed ad meum, quo ducor, propositum amorem sui volo de presenti nominari[d]).

Consequencia ergo[e]) requirit, ut precedat hic amor omnem hominis etatem, quia nullus ante annos discrecionis novit alium quempiam amorem, nisi amorem sui ipsius[f]) naturalem; quod si amentur parentes et uxor vel amica aut divicie vel honores[g]), hec omnia reciproce redeunt sui ipsius ad amorem tamquam ad fontem suum. Unde ceperunt[h]) scaturire, et ideo non pono aliquam, hic loquens de ypocritis, prout designat eos prima regula, amorum aliam[i]) seccionem, sed quod amor huiusmodi[k]) precedit omnes et singulos actus in homine, qui suo tantum spiritu vivit, et omnem motum animi, omnem religionem et omnem professionem in ypocritis et in omnibus, qui spiritu dei non aguntur. Et ideo merito origo vel caput tocius vite talis hominis poterit appellari[l]).

Et quemadmodum dictum est de permanencia caracteris, sic ista concupiscencia in homine quolibet vel secundum se totam et predominium, ut in falsis christianis, vel secundum partem ipsius aliquam et subieccionem, ut in iustis, indelebiliter usque in finem huius vite bestialis non recedit. Et velud de patencia[m]) frontis et faciei[n]) dictum est, sic pseudoprophete seu ypocrite, quamvis studeant se quovis modo sanctitate contegere, ne ab hominibus videantur, hunc tamen amorem sui, propter quem omnia et ex quo omnia faciunt, nequaquam possunt diu palliare, quin ab hiis, qui spiritu dei[o]) aguntur, congnoscantur[p]). Sicut est proverbium sapientis[1]), ut iam quis[q]) vi-

---

[a]) vacuitate *E* (in *om.*) *FGHI.* [b]) singulariter *B.* [c]) eciam *E.* [d]) volo nominari *AB superflue.* [e]) igitur *G.* [f]) *om. E.* [g]) homines *corr.* honores *A.* [h]) receperunt *I.* [i]) *om. B.* [k]) huius mundi *EFGHI.* [l]) ampliari *corr.* appellari *A.* [m]) potencia *E*, patencia *FG*, paciencia *cet. cod.* [n]) facie *EFGI.* [o]) sancto *E.* [p]) agnoscantur *I.* [q]) quid *EFGHI.*

[1]) *Cf. Dan. I. 10.*

deretur[a]) vultus hominum. Et iterum alibi[1]): „De[b]) fructibus eorum congnoscetis eos.“

Nam amor iste, prout dictum est, origo est communis[c]) malicie et[d]) apostasie a domino deo suo, et omnis superbia omneque peccatum de amore suo malo erumpunt. Et secundum quod prius tetigi, radix descripta omnium malorum, cupiditas inde pullulavit[e]). Quapropter apostolus II. Tym.[f]) III[o], describens pericula novissimorum temporum, que incumbunt ob multitudinem pseudochristianorum, dicit in principio[2]): „Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi.“ Ecce, quam notabiliter ponit apostolus in principio omnium quasi ypotesym[g]) aliorum[h]) omnium[i]) sequencium hunc sui ipsius amorem sepe dictum, posuit et expressit, cum dixit: „Erunt homines seipsos amantes“, etc.

Capitulum duodecimum[k]).

Quod ypocrisym vel ypocritas demonstrat maxime et probat veritas vite et doctrine Jhesu Christi, et qualiter ypocrite in ecclesia domini sunt fures et latrones[l]).

Illud est[m]) eciam notandum, quod ponitur in tercio loco proposicionis seu regule prefate prime[3]), puta quod ypocrite[n]), quia primum amant se, ut dictum est[o]), ideo diligunt propriam suam excelenciam et vehementer fugiunt pati in hoc mundo obprobria et confusiones propter veritatem aut propter nomen Jhesu crucifixi, sed tantum valde[p]) delectat eosdem honor et laudes hominum, et[q]) propter ea multa et magna faciunt in ecclesia fidelium[r]). Et probantur esse fures et la-

---

[a]) videretur *B;* videntur *cet. cod.* [b]) A *BEFGH.* [c]) omnis *B.* [d]) *om. E.* [e]) pulavit *A;* pululabit *E.* [f]) ad Tym. *EFGI.* [g]) ypostasim *EFGH.* [h]) aliarum *E.* [i]) hominum *I.* [k]) *ita AB (rubr.) EF (rubr.) I.* Sequitur capitulum duodecimum *H.* Rubrica *G (rubr.).* [l]) *ita AB (rubr.) F (rubr.) GHI.* Quod ypocrite valde suam gloriam querunt, non intrantes per hostium humile, sed aliunde, propter quod dicti sunt fures et latrones *E.* [m]) *om. E.* [n]) *hic D 1. 2. contin.* [o]) ut dictum est *om. D 1. 2.* [p]) *om. E.* [q]) *om. D 1. 2.* [r]) dei *corr.* fidelium *A.*

[1]) *Matth. VII. 20.* [2]) *II. Tim. III. 2.* [3]) *v. superius c. VII.*

trones, quoniam non veniunt per hostium, sed ascendunt[a]) aliunde [1]).

Quid autem est hostium ad gloriam et honores in ecclesia dei, nisi humilitas[b]) domini Jhesu Christi et abieccio sui ipsius usque ad mortem crucis ignominiose et usque [f. 48[b]] ad novissimum virorum suspensumque[c]) pro virtute[d]) et salute animarum? Omnis ergo, qui ita[e]) discit a Christo Jhesu esse mitis et humilis corde[f]) in veritate et sequitur Jhesum crucifixum abiciendo se et abnegando seipsum[g]) atque contempnendo usque ad[h]) novissimum peccatorum vel usque ad mortem pro virtute Jhesu et veritate, iste[i]) vadit ad gloriam per hostium. Nam quia omni sua propria gloria se spoliavit huiusmodi inquirendo gloriam solius Jhesu Christi, ideo[k]) merito a gloria Christi Jhesu suscipietur, sicut et Christus Jhesus, quia gloriam dei solius inquisivit in tantum, quod omni sua gloria fuit spoliatus, ut[l]) paulo post dicetur, factus obediens patri suo[m]) usque ad mortem[n]), mortem autem crucis [2]). Propter quod deus exaltavit illum [3]) et suscepit eum[o]) in suam gloriam divinam, ut „omnis ligwa confiteatur, quia Christus[p]) Jhesus iam est in gloria dei patris“ [4]).

Ista est[q]) igitur lex Christi solida, scilicet veritas vite eius[r]), que ad plenum expurgat ypocrisym seu cavet, ut lacius infra dicetur, quando agetur de regulis sanctos dei in veritate mencientes [5]), videlicet ut omnis, qui se wlt exaltari in dei ecclesia, prius in veritate humilietur in seipso, et qui cupit esse inter amicos domini Jhesu nimis honoratos, sit ipse inter peccatores nimis abiectus, non ficte seipsum ponens ubique ad locum novissimum in familia splendida Jhesu Christi, expectansque, si forte veniat pater familias et dicat sibi [6]): „Amice, ascende superius.“

---

3) Hostium *EFGHI*. Quid est hostium *F*. — De gloria *A*.

a) ascenderunt *D 2*. b) imitacio humilis *E*. c) suspensum *E*. d) veritate *E*. e) itaque *corr.* ita *A*. f) *om. E*. g) se *E*. h) *om. D 2*. i) ille *D 1*. k) ideo — Jhesu *om. D 1. 2*. l) ut — dicetur *om. D 1. 2*. m) *om. D 1. 2. E*. n) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Et propterea christianus &c., *v. infra p. 236, lin. 8*. o) illum *EFGHI*. p) dominus *E*. q) *om. E*. r) vite eius *om. EFGI*.

1) *Cf. Joann. X. 1*. 2) *Cf. Philipp. II. 8*. 3) *Cf. Philipp. II. 9*. 4) *Philipp. II. 11*. 5) *scil. in l. II, tractatu II, qui non est conservatus*. 6) *Lucae XIV. 10*.

Quod[a]) si aliunde quis in familia Christi ascendat, ypocrita iniqus esse convincitur[b]) indilate. Enimvero ypocrite[c]) moderni, quia hoc contempnunt, sed ipsimet currunt inportune oportune[d]) ad loca alciora ecclesie, ingerunt quoque seipsos ad gradus et intrudunt, ideoque, ut dicere ceperam, omnes fures sunt et latrones, expectantes infelicem suam deieccionem. Sunt autem fures, quia nullum meritum glorie et honoris habentes in seipsis, sed digni sola confusione, cum[e]) coram[f]) dei ecclesia sic se ostentant et exhibent, ac si digni honoribus habeantur, sicque honorem sanctis debitum et institutum in cathedris[g]) ecclesie et gradibus ipsi[h]) pro se audent usurpare et extorquere, promittentes mendaciter speciem[i]) pietatis et veritatis.

Latrones eciam dicti sunt a veritate huiusmodi ypocrite, quia dominum Jhesum sua gloria depredantur. Sed „ve, qui predaris, nonne ipse predaberis“[k]) [1]). Depredantur vero, nam[l]) nulli est dubium, quod solitus dei est gloria et Jhesu crucifixi, qui unicus est gloria sue ecclesie exaltatus, nec habet, unde gloriari omnis caro[2]). Propter quod omnis christianus, qui non vocatus, assumit sibi honorem, vel qui querit suam gloriam in familia Jhesu Christi, ille est, qui dominum suum et deum[m]) sua gloria depredatur[n]). Quia vero ypocrite, ut dictum est, non vocati currunt ad honores et dignitates et applaudunt[o]) sibiipsis in eo et distribuunt[p]) inter se honores pro gratuito, id est pro[q]) suo libito neglecta gloria Jhesu crucifixi, propterea[r]) sunt adversi prorsus viis et opperibus Jhesu Christi et per consequens sunt Antichristi omnes, qui siccine cathedras ecclesie ascenderunt.

Nam, ut prius tactum est, dominus Jhesus a principio usque ad finem, in hac vita et in carne nostra existens, non quesivit suam gloriam, sed in omnibus et ubique gloriam dei patris, quoniam et ad hoc venit in hunc mundum, ut

---

1) Aliunde *EFGHI.*

13) Latrones *E.*

a) Quid *FG.* b) *ita AB;* committitur *FGHI.* c) Ypocrite vero *EFGHI.* d) *om. EFGHI.* e) *om. E.* f) quoram *G (prout eciam inferius semper).* g) cathedras *EFGHI.* h) *om. B.* i) spem *FH.* k) depredaberis *B;* sicud dicit Ysaias propheta *add. EFGHI.* l) vani *(sic) FGI.* m) et deum *om. EFGHI.* n) depredat *B.* o) applaudent *B.* p) describunt *AB.* q) honores pro *E.* r) propter quod *E.*

1) *Isaiae XXXIII. 1.* 2) *Cf. I. Cor. I. 29.*

falsam gloriam et mendacem carnis et mundi omnino destrueret[a]) in suis et veram gloriam dei patris clarificaret et plantaret, et pacem daret hominibus in terra sibi in hoc[b]) consentaneis[c]), id est hominibus bone voluntatis. Quod quidem et angeli in eius nativitate manifeste[d]) expresserunt, dicentes[1]): „Gloria in excelsis deo, et in terra [f. 49a] pax hominibus bone voluntatis", ac si aperte diceretur ab angelis: Nunc gloria dei in altissimis in veritate persolvetur et restaurabitur in mundo per natum in terris Salvatorem, quam gloriam usque modo nequam spiritus et ydola nec non iniqui homines inter se dividebant et predabantur. Quod autem hoc opus fuit humilimi Jhesu crucifixi, puta reducere ad gloriam dei patris istum mundum, hoc[e]) manifeste ipse expressit, iturus iam ad patrem ex hoc mundo. Nam Jo. XVI[2]) loquens[f]), ad patrem ait: „Ego te clarificavi super terram, opus consumavi, quod dedisti michi, ut faciam. Et nunc clarifica me, tu pater, aput temet ipsum claritate, quam habui prius, quam mundus fieret, aput te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti michi de mundo", id est hominibus bone voluntatis, sicut in principio angeli, ingrediente Jhesu in mundum, precinerunt, dicentes[g])[3]): „Gloria in excelsis deo[h]), et in terra pax hominibus bone voluntatis." Qui[i]) autem fuerint[k]) homines in terra bone voluntatis? Illi nempe, qui exhibuerunt ad opus Jhesu Christi se capaces et ydoneos, et illi profecto sunt et fuerint soli humiles[l]) et mites, et illis Jhesus pacem in terra comparavit et firmavit[m]), sicut dixit[n])[4]): „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde", et tunc ad rem: „Et invenietis requiem animabus vestris"[o]). Ecce, „pax in terra hominibus bone voluntatis", id est requies in mititate et humilitate cordis. Quid vero est esse mitem et humilem corde in veritate Jhesu aliud[p]), quam omnem gloriam deo ascribere et persolvere et nichil sibi relinquere vel attribuere ho-

---

a) destrueret in mundo *E.* b) invicem *E.* c) consentaneos *B.* d) manifesta *AB.* e) *om. EFGHI.* f) Nam scribitur Jo. XVI. [IX. *E*, XIIII. *FH*], ubi loquens Salvator *EFGHI.* g) precinerunt, dicentes *om. B.* h) deo, etc. *EFGHI, ceteris om.* i) Quia *I.* k) fuerunt *FGI.* l) homines *corr.* humiles *A.* m) formavit *I.* n) sicut scribitur in Matheo, ubi dixit Salvator discipulis suis *EFGHI.* o) nostris *false AB.* p) non aliud *B.*

1) *Lucae II. 14.* 2) *recte Joann. XVII. 4—6.* 3) *Lucae II. 14.* 4) *Matth. XI. 29.*

noris, nisi confusionem et gemitum penitencie pro peccatis, quamdiu sumus in hac vita. Et idcirco verax Jhesus[a]), inquirens homines bone voluntatis super terram, tamquam materiam aptam suo operi predicto, frequenter dicebat[b]) [1]): „Si quis wult venire post me, abneget semet ipsum et tollat crucem suam, et sequatur me, maxime in eo, ut in omnibus et per omnia non suam, sed solius dei gloriam inquirat et faciat, sicut ego"[c]). „Non veni, inquit[2]), in mundum, ut queram gloriam meam, sed eius, qui misit me, patris." Propter quod ad Judeos et Phariseos dicit[d]) Jo. V. f.[e]) [3]): „Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, et gloriam, que a solo deo est, non queritis?", subaudis sicut ego facio et doceo solius dei esse gloriam.

Ex hiis liquet, quam dissimiles[f]) sunt ypocrite[g]) presentis seculi Christo Jhesu et abiecti omnes, qui veniunt per se et non vocantur[h]), currunt[i]) ad beneficia et gradus ecclesie Christi, quibus annexus est honor et gloria in populo christiano.

Capitulum decimum tercium[k]).

De incidentali[l]) *regula expressa per canticum angelorum*[m]).

Libet adhuc verba pridem assumpta et de celo ad terram per multitudinem angelorum celebriter alata resumere hic et amplius ponderare, quia ipsa fuerunt in terris celestis milicie[n]) letabunda cantilena[o]), cum illis suis vocibus gloriosis[p]) et dulcissimis cantata, etc.[q]), que distinguunt soli deo gloriam in altissimis persolvendam alacriter ac fideliter ab hominibus, qui sunt bone voluntatis[r]), id est humilimi et mansueti; et ipsa convenienter possunt hic addi, licet incidentaliter, [ut][s]) que-

---

[a]) deus *EFGHI.* [b]) prout scribitur in Luca *add. EFGHI.* [c]) Sicut scriptum est in Johanne *add. EFGHI.* [d]) dixit *GI.* [e]) f. *om. EFGHI.* [f]) quamvis similes *false I.* [g]) *om. B.* [h]) veniunt et vocantur *E;* veniunt, vocantur *FGHI.* [i]) et currunt *FGHI.* [k]) *ita AB (rubr.) EFG* (IX.) *I.* Sequitur capitulum decimum tercium *H.* [l]) mentali *EFGHI.* [m]) *ita omnes cod. praeter cod. A.* [n]) milicie leticie *E.* [o]) cantica *EFGHI.* [p]) et gloriosis *B.* [q]) *ita FGHI;* cantica, etc. *E;* cantaverunt, et talia etc. *AB.* [r]) humilitatis *E.* [s]) *add. ab ed.*

[1]) *Lucae IX. 23 (libere adfertur).* [2]) *Cf. Joann. VIII. 50 (libere adfertur).* [3]) *Joann. V. 44.*

dam regula[a]) specialis[b]), que limpide distinguit inter sanctos dei electos et ypocritarum simulatam sanctitatem.

Dixerunt ergo beati splendide et notanter[1]): „Gloria in altissimis deo, et in terra pax hominibus bone voluntatis."

Pensandum est nobis, karissimi, quod ista verba proposita [f. 49[b]] de celo nobis allata sunt, et non per unum angelum tantum, sicut[c]) alia quedam verba, sed per multitudinem celestium angelorum. Et non simpliciter dicta sunt, sed voce decantata[d]), et non utcumque[e]) cantata, sed cum multitudine luminis de celo venientis cum comitiva angelorum. Et non quibuscumque hominibus, sed pastoribus, qui erant[f]) custodientes suas[g]) vigilias super[h]) gregem suum. Adde[i]) hiis, quod hec facta sunt[k]) in hora et in nocte nativitatis Christi Jhesu. Propter quod valde sunt ista verba notanda et cum summa diligencia recitanda vel iteranda et cum maxima reverencia audienda. Poterint enim[l]) ipsa multum conferre ad propositum, puta ad denotandum ypocrisym[m]). Plena sunt eciam aliis[n]) misteriis, que sunt tacta et notabilia[o]), puta quare[p]) dicta sunt, quare[q]) decantata, quare[r]) a multitudine angelorum, et sic de aliis consequenter[s]).

Ex quibus unum hoc curavi assumendum et tractandum, puta quod ista verba dicta sunt et cantata in domini Jhesu in hunc mundum adventu[t]) et in ipsius celeberrima nativitate et solempni. Propter quod puto[u]) ipsa verba esse quoddam magnum thema et fundamentum omnium illorum, que pius Jhesus fecit et docuit in hac vita, et ipsa exprimunt causam principalem, propter quam dulcissimus Jhesus advenit[v]) in hunc mundum.

Sunt insuper eadem verba thema et quedam causa prima et principalis omnium, que de Christo Jhesu depost[w]) cantantur et predicantur in ecclesia vel in foro aut in templis per clericos et sacerdotes ecclesie, qui sunt vel

---

[a]) gloria *corr.* regula *A.* [b]) quedam regulas speciale *(sic) H;* specialis sit *H.* [c]) uti *E.* [d]) decantanda *EFGI.* [e]) utique simpliciter *E;* utrumque *GI.* [f]) qui erant *add. A in m.* [g]) *om. B.* [h]) supra *EFGI.* [i]) Et de *E.* [k]) sint *E.* [l]) *om. I.* [m]) puta — ypocrisim *om. E.* [n]) alias *A.* [o]) notanda *EFGHI.* [p]) que *B.* [q]) quia *B.* [r]) quia *B.* [s]) consequentibus *E.* [t]) advenia *B;* adventum *H.* [u]) puta *I.* [v]) venit *EFGHI.* [w]) post *EFGHI.*

[1]) *Lucae II. 14.*

debent[a]) esse singuli angeli Jhesu Christi in terra humani, similes Jhesu Christo. Quod si[b]) secus fiat, tunc manifeste ypocrite esse demonstrantur et probantur.

Sunt eciam ista verba proposita instruccio et forma celebracionis et officii[c]) pro gloria dei et salute hominum in ecclesia militante vel in ecclesiastica jerarchia ad modum et ritum eorum, que fiunt in ecclesia triumphante vel celesti jerarchia, et alias ad dampnacionem ypocrisis eminencie, quod sic deducetur.

Dant insuper ista verba et exprimunt quandam brevem et conpendiosam regulam et conclusionem eorum omnium, que fiunt aut debent fieri per quemlibet fidelem[d]) christianum et primum ac maxime pastores ac[e]) sacerdotes, aut[f]) omnium, que in tota[g]) vita sua facit aut debet facere christianus[h]). Omnia namque facit aut dicitur facere pius christianus primum ad gloriam dei in excelsis, et[i]) primum pastor et sacerdos, qui vigilat et pascit greges, homines racionales, et ad pacem veram suam[k]) et pacem hominum in terra, qui[l]) sunt bone voluntatis, et[m]) alias ypocrita iniqus iudicatur.

Innuunt ergo verba thematis opus domini Jhesu seu effectum[n]), scilicet Christi nativitatis in hoc mundo, puta hoc primum, ut operaretur et reduceret ad gloriam dei hunc mundum, seu ut restauraret et perficeret gloriam dei in hoc mundo, et illud per suam veritatem[o]). Secundo, ut illis, qui sunt bone voluntatis in terra hominibus, id est qui volunt esse ad dei gloriam atque suscipere dei gloriam et facere, illis inquam[p]) pacem faceret habundantem essetque ipsemet[q]) eorum pax pulchra et eterna, et istud per suam graciam et caritatem. Propter quod Joh. 1[o r]) dicitur[1]): „Lex per Moysen data est, gracia et veritas per Jhesum Christum facta est.“ Et pari forma debet operari quilibet christianus et eisdem passibus ambulare, puta veritatem et graciam in omnibus et per omnia faciendo seu, ut alias dicitur, iudicium et misericor-

---

[a]) debent *B*; deberent *EFGHI*; debentur *A*. [b]) *post corr. A*. [c]) officiis *I*. [d]) *om. EFG*. [e]) et *E*. [f]) *om. EFGHI*. [g]) *om. B*. [h]) christianis *B*. [i]) *om. EFGHI*. [k]) *om. EGI*. [l]) que *AB*. [m]) *om. E*. [n]) Innuit . . . effectus *B*. [o]) voluntatem veritatem *B*. [p]) namque *E*. [q]) ipsorum *corr.* ipsemet *A*. [r]) *om. I*.

[1]) *Joann. I. 17.*

diam. Quemadmodum in propheta dictum est [1]): „Ostendam tibi, homo[a]), quid sit bonum et[b]) quid deus requirat a te: facere utique misericordiam et iudicium", etc.[c]) [f. 50a] Facit autem veritatem ad instar Christi Jhesu christianus, si omnia ad gloriam dei solius operatur, prout dicit apostolus [2]): „Omnia ad gloriam dei facite." Graciam autem vel misericordiam tunc facit, cum est sollicitus servare unitatem spiritus in hominibus bone voluntatis in vinculo pacis, id est in domini Jhesu caritate. Et quantumcumque[d]) de hac regula obliquatur[e]) in christiano, tantumdem ad iniquitatem declinatur et falsitas sanctitati[f]) admiscetur.

Illis ergo talibus, qui sunt male voluntatis, in terra hominibus, id est qui[g]), missi a deo suo, et querunt suam propriam laudem et gloriam, et omnibus, qui inpedimento[h]) sunt dei glorie in terra aut diminuunt ullomodo[i]) eandem[k]), vel qui[l]) inpediunt vel turbant[m]) pacem hominum, qui sunt bone voluntatis, venit Jhesus ac[n]) natus est in ruinam et in conculcacionem et iudicium, veluti sunt ypocrite et[o]) ficti sancti et[p]) hominum peccata. Nam peccata[q]) hominum voluntatis bone absolvit Jhesus et tulit de medio, sed demones, effectores peccatorum, condempnavit[r]) et „rudentibus inferni"[3]) alligavit potestatemque[s]) ipsorum abstulit, tribuens[t]) illis hominibus, qui sunt bone voluntatis.

Venit itaque dulcis Jhesus, ut faceret opus dei, id est beatificas virtutes[u]) in animabus, et ut destrueret, contempneret[v]) et eradicaret opus dyaboli, id est peccata et omnem violentam glorie[w]) dei predacionem[x]), que est in ypocritis. Opus autem dei est gloria dei patris. Faciendo ergo opera dei Christus[y])

---

24) Opus dei. Opus dyaboli *F.*

a) o homo *EFGHI.* b) aut *EFGHI.* c) *om. B.* d) quicumque *EFGHI.* e) obliquetur *EFGI;* oblinquetur *H.* f) sanctitate *GHI.* g) volunt esse ad dei gloriam atque suscipere dei gloriam et facere *add. A, sed postea del.; om. et cet. cod.* h) inpedimentus *A.* i) ullomodo g. *A.* k) tandem *B.* l) *ita E;* que *cet. cod.* m) *ita B;* et turbant *EFGHI.* n) et *EFGHI.* o) *om. E.* p) ficti sunt et *(sic) EGI.* q) peccatum *EFGH.* r) *ita GI;* condempnant *cet. cod.* s) que *EFGHI;* quia *AB.* t) b. *AB;* tribuens *E;* eciam *G;* in *FHI.* u) beatificans *EH,* virtutes *E.* v) et contempneret *EFGHI.* w) gloriam *(sic) E.* x) predampnacionem *EFGHI.* y) Antichristus *corr.* Christus *A;* Antichristus Christus *B;* opera dei et *EFGHI.*

1) *Michaeae VI. 8.* 2) *I. Cor. X. 31.* 3) *Cf. II. Petri II. 4.*

et perfecit gloriam dei. Opus dyboli est proprie gloria omnis[a]) mundi huius absoluta a gloria dei, quam de directo venit Jhesus destruere et condempnare. Et pari forma et in eadem regula debet venire quilibet christianus, clericus[b]) primum[c]) et sacerdos. Divisit[d]) ergo siccine pius Jhesus preciosum a vili in hoc mundo, videlicet gloriam dei a gloria huius mundi[e]), ostendens in omnibus soli deo deberi gloriam et gloriam hominum esse prorsus iniustam et predam et depredacionem[f]) dei et esse sutilem[g]) et inanem, id est preter veritatem. Ad quod opus faciendum ut esset ydoneus, vel quatenus[h]) ostenderet se esse aptum et ydoneum omni[i]) gloria huius mundi, seipsum denudavit aut disposuit denudari a principio usque ad finem, id est a nativitate in paupertate usque ad mortem[k]) ignominiose suspensionis in ligno vel ad maledicionem iniquorum[l]) suspensorum in ligno; secundo, quod in omnibus suis et in tota vita sua gloriam propriam non quesivit, sed in omnibus gloriam quesivit solius dei patris, prebens seipsum in hoc formam vel regulam certam omni christiano, sacerdoti primum et pastori; tercio, quia[m]) in vita sua et in societatem[n]), que sunt[o]) contemptibilia mundi et novissima, elegit, utpote statum plebeium[p]) et suos discipulos simplices et pauperes; quarto, quod legem et pactum ad suos firmavit et statuit, ut propriam gloriam in nullo quererent[q]), sed in hoc seipsos abnegarent, et ea, que sunt ignominia[r]) huic mundo[s]), eligerent[t]) et deo suo ymolarent, et omnia, que sunt gloriosa et alta huic mundo, abhominacionem iudicarent; quinto, quod[u]) legem posuit et expressit, ut omnis, qui se exaltat, humilietur, et omnis, qui se humiliat, exaltetur.

---

a) *om. EFGHI.* b) *om. B.* c) *om. E.* d) dimisit *H.* e) gloriam dei et gloriam mundi *EFGHI.* f) predacionem *I.* g) fictilem *EFGI.* h) quatinus *EG.* i) *om. EFGHI.* k) a nativitate usque ad mortem in paupertate *B.* l) *om. EFGHI.* m) *om. E.* n) societate *BFGHI.* o) *loco* que sunt *ponit B* quesivit. p) plebium *BFGHI.* q) quereret *E.* r) ignominiosa *E.* s) mundo *EFGHI;* mundi *cet. cod.* t) eligerent — mundo *om. I.* u) quia *E.*

Capitulum decimum quartum[a]).

Demonstracio ypocrite in conparacione eorum[b]), qui sunt sancti in veritate et gracia Jhesu Christi[c]).

Hec[d]) itaque[e]) omnia contemptibilia et abhominabilia coram hoc seculo dominus Jhesus, rex glorie, ewangelizavit et duxit[f]) ad gloriam dei, et gloriosa huius mundi deduxit in despectum et contemptum, cum conclusit, dicens[1]): „Quod altum est homini[g]), abhominabile est aput deum.“ Et[h]) propterea christianus quilibet ex omni eo, quod est, et ex omni, quod potest, debet soli deo dare et censuare [f. 50b] gloriam totaliter, quia omne, quod est homo aut quod potest, ex deo est et per deum sibi conservatur, ergo[i]) ex omni eo deo[k]) soli gloria debetur[l]), sicut scriptum est[m])[2]): „Benedic anima mea domino, et omnia, que intra me sunt[n]), nomini sancto eius“. Secundo ex omni eo, quod est bonum vel[o]) potest bene, et quod operatur[p]) bonum, debet querere et augmentare dei gloriam, quia ad hoc et pro eo accepit a deo. Tercio ex eo eciam, quod est malus vel[q]) fecit malum, neccesse habet deo dare gloriam ideo, quia deus ipsum malum[r]) tollerat in rerum natura, que est bona, et in suo bono universo et in sua pulchra domo, et idcirco, quia sua mala similiter tolleravit et non mox dampnavit, sicut in multis aliis fecit inpiis et peccatoribus, et ideo, quia pro ipsis malis est ipsemet passus piissimus redemptor, quatenus[s]) sic haberent, unde expientur[t]) et remittantur, et ideo, quia ea[u]) dimisit homini et paratus est dimittere in veritate penitenti[v]). Et ex isto sensu scriptum est[3]): „In iusticia nostra iusticiam[w]) dei commendat.“

---

a) *ita AB (rubr.) EF (rubr.);* Sequitur *add. H; om. GI.* b) ad eorum *ABE.* c) *ita omnes cod.* d) Sic *EG.* e) itaque Jhesus *EFGHI; del. A; om. B.* f) dixit *EFGHI.* g) hominum *AB;* homini *EFGHI;* hominibus *biblia.* h) *contin.* D *1. 2.* i) ergo — sancto eius *om. D 1. 2.* k) ex omni eo deo *EFGHI;* ex deo cum eo deo *A;* ex deo *B.* l) gloria debetur *E;* gloriam *B;* gloria *tantum cet. cod.* m) sicut dicit scriptura *EFGHI.* n) *om. E.* o) vel quod *EH.* p) et cooperatur *H.* q) vel quod *EFGHI.* r) *om. B.* s) quatinus *EGI.* t) sic peccata expientur *EFGHI;* sic haberent, ut expientur *D 2.* u) iam *FGHI.* v) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Quapropter solum oc., *v. infra p. 237, lin. 4.* w) In iusticiam nostram iusticia *EFGHI.*

1) *Lucae XVI. 15.* 2) *Psalm. CII. 1.* 3) *Cf. Rom. III. 5 (libere all.).*

Et ista[a]) est veritas, in qua primus dyabolus ẽt primus homo[b]) non steterunt. Imitantur autem eum vel eos, qui sunt ex parte eius et maxime et notanter omnes ypocrite, qui per hanc regulam primam demonstrantur. Quapropter[c]) solum homo ille et tantum ille est in veritate, et maxime christianus[d]) et potissime sacerdos, qui sic se habet in omnibus et in veritate confitetur, quod ex seipso[e]) nichil est vel tamquam nichil[f]), et illud contrarium domino deo suo, prout[g]) hoc lacius in dicendis infra declaratur[h]); et pro eo seipsum deplangit usque ad mortem et in omnibus ingemiscit pro eo, quod a deo suo fuit[i]) factum bonum et ens beatum, a se[k]) dehinc factum est malum ens et prope[l]) nichil et miserum in tantum ac miserabile. Et quanto maiora a domino accepit vel accipit, tanto magis humiliatur, juxta illud scripture[m]) Ecclesiastici[n])[1]): „Quanto maior es, humilia te in omnibus", et hoc ideo, [1] quia tanto[o]) magis erubescit super eo[p]), quod sibi sic malo et sordido in se deus est sic paciens et facit sibi bonum. [2] Insuper tanto magis humiliatur vel debet humiliari huiusmodi, quia[q]) tanto[r]) magis debet timere ex eo, quod tanto ad maiora obligatur in reddenda racione. Et ad hoc illustrat christianum veritas Jhesu et confortat gracia Jhesu Christi. Tercio[s]) quia est conscius sue infirmitatis proprie et scit, quod non digne accipit bona Jhesu, ut requirit eius iusticia et veritas, neque ipsis ita grate utitur neque per ea ita dei gloriam operatur. Quarto[t]) ex eo christianus efficitur magis humilis et contritus, quanto fit[u]) maior in donis dei, quia, cum congnoscat in veritate seipsum in natura vel in carne sua sordidum et subditum vanitati, pensat nichilominus dignissima[v]) dona dei et ipsis celis mundiora, ideo[w]) erubescit magis, cum sibi dantur, et ipsis induitur, timens ipsa ex coniunccione sua et societate quasi sordidari et indignificari minorarique[x]), veluti cum turpis et sordidatus existens in pulchra

---

[a]) *om. E.* [b]) primus angelus et post [primus *FH*] homo *EFGHI.* [c]) *contin. D 1. 2.* [d]) prelatus *E.* [e]) ex ipso *D 1. 2.* [f]) vel tamquam nichil *om. D 2.* [g]) prout — declaratur *om. D 1. 2.* [h]) declarabitur *EFGHI.* [i]) *om. FGHI.* [k]) a se *om. F.* [l]) proprie *D 2. FGHI.* [m]) *om. FGHI.* [n]) *om. D 2.* [o]) quanto *FG.* [p]) super eos *D 1. 2.* [q]) Quapropter *B.* [r]) quanto *EFGHI.* [s]) 4° *E*; 3° *cet. cod.* [t]) 5° *E*; 4° *cet. cod.* [u]) fit *D 1. 2. FGI*; sit *cet. cod.* [v]) *om. E.* [w]) Et ideo *E.* [x]) inmundarique *D 2.*

[1]) *Eccli. III. 20.*

et honesta societate, timet sibi et magis erubescit, vel si quis maculatus[a]) et habens lutosa[b]) pertractare, splendida veste regis sit[c]) indutus, humiliaretur valde et timeret[d]), sibi sciens, quod utique[e]) ab ipso turpi et a sordidis rebus, cum quibus circuit, splendida vestis inquinetur, qua[f]) ex gracia regis est indutus.

Neccesse ergo habet christianus, si cupit esse ydoneus ad standum[g]) in veritate, ut quanto maiora bona[h]) a deo accepit vel accipit, tanto magis sibi ipsi debet[i]) displicere et timere atque humiliari, sciens utique, quod non ita ipsa bene et digne accipit neque ita pertractat vel per ipsa operatur, ut veritas eorum[k]) requirit, quamdiu est in ista carne polluta[l]) et semper prona ad peccandum. Propterea veritas[m]) mandat[n]) christiano[o]) et dixit[l]): „Sic vos[p]), cum omnia feceritis[q]), dicite, quia inutiles servi sumus: quod[r]) debuimus facere, fecimus.“ Et ita christianus erit ydoneus servus Jhesu Christi, ex toto videlicet evacuans[s]) propriam gloriam, et in toto querens gloriam domini[t]) Jhesu Christi. Hec tamen christianus ex se nequaquam prevalet, sed ex gracia pii Jhesu, et ita erit ydoneus stare in veritate et capax donorum [f. 51a] divinorum. Et[u]) de hoc magis infra de regulis sanctorum in veritate[z]).

Et omnis homo[v]) et precipue christianus, quanto magis recedit a gemitu cordis et dolore super hoc exilio et vilificacione sui et contrarietate deo suo[w]), quam multam[x]) habet[y]) in se ipso, tanto magis recedit a veritate et cecatur falsitate. Item[z]) quanto magis putat se esse aliquid aut[aa]) posse aliquid[bb]) in hoc mundo, tanto magis sic excidit[cc]) veluti[dd]) dyabolus a

---

25) Nota bene *A*.

a) magis maculatus *D 2*. b) lutosas *corr.* lutosa *A*. c) *om. B*. d) timerent *corr.* timeret *A*; timent *(sic) B*. e) sciens utique, quod *F*. f) que *false AB*. g) ad standum *D 1. 2*; ad *cet. cod. om.* h) dona *D 2*. i) *ita FEGHI*; *om. ABD 1. 2*. k) ipsorum *B*. l) pollicita *(sic, corr.) A*. m) Salvator *EFGHI*. n) mandavit *EFGHI*. o) *ita A*; christianis *B*; fidelibus *EFGHI*. p) Sic vos *om. D 1. 2*. q) bene feceritis *EFGHI*. r) quod — fecimus *om. D 1. 2*. s) *om. D 1*. t) *om. B*. u) Et — in veritate *om. D 1. 2*. v) *om. D. 2*. w) et contrarietate deo suo *om. B*; et contrarietate dei sui *EFGHI*. x) multa *EFGHI*. y) habent *E*. z) in tantum *EFGHI*. aa) aut *EFGHI*; vel *D 1*. ut *AB*. bb) aut posse aliquid *om. D 2*. cc) recedit a veritate *A ante corr.*; excedit *EFGHI*. dd) velud *B D 1. 2*.

l) *Lucae XVII. 10*. z) *de regulis sanctorum auctor re vera sibi proposuit tractare in II. tractatu II. libri; sed tractatus ille non est conservatus.*

veritate. Item quanto magis complacet sibi ipsi coram suis oculis in bonis sive naturalibus[a]) sive acquisitis, ut in sapiencia sua, aut in fortuitis, id est bonis[b]) huius mundi, vel in bonis[c]) gratuitis et[d]) que sunt religionis christiane, tanto magis habundat iniquitate. Et quanto fit[e]) per ista superbus[f]) aut vane gloriosus, tanto magis convertitur in dyabolum et efficitur Antichristus[g]).

Notandum[h]) autem hic[i]), quod singula bona sive naturalia, acquisita, fortuita et gratuita valde ornant et delectant hominem quemlibet, cui adiacent, et per consequens cogunt[k]) quodammodo ad sibi in eis complacendum. Secundo sequitur semper in homine quedam conversio ad talia bona et reflexio ad seipsum, quod quasi necessario[l]) commitatur quedam extollencia[m]) oculorum et dignificacio sui. Tercio inde sequitur omnino abduccio hominis a sua propria paupertate et oblivio sue inbecillitatis et nichileitatis[n]), nisi iterum[o]) fiat[p]) spoliacio ab eisdem[q]), et sola vexacio dat homini intellectum et sic semper in promptu conpellens hominem redire[r]) ad seipsum congnoscendum. Quarto quia[s]) homo, sicut quilibet spiritus racionalis, hoc habet in se, quod est multum cupidus glorie et honoris ex racione et noticia boni et cupiditate, quam habet ad bonum.

Ex istis sequitur, quod pene inpossibile est homini, qui semel lapsus est a veritate et in corruptelam, non contrahere conplacenciam et non elevari de bonis multiplicibus, que a deo accepit, sive naturalibus, fortuitis aut gratuitis, nisi assit verbum dei, illuminans hominem et confirmans ad standum in gradu proprio et in sua veritate. Natus ergo est Salvator ideo[t]), ut homines reducat per verbum suum ad congnicionem sui ipsius et sue proprie miserie et confusionis[u]), et ita edificavit in eis, ut nullam gloriam sibi attribuant[v]). Et dedit ipsis[w]) spiritum sanctum suum, adiuvantem infirmi-

---

28) Nota bene *B rubr.*

a) oculus sive in bonis naturalibus *EFGHI.* b) in bonis *B.* c) donis *E.* d) vel *B.* e) fit plus *EFGI.* f) plus superbus *H.* g) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Omnis itaque ypocrita &c., v. *infra p. 251, lin. 22.* h) Notandum est *EFGHI.* i) *om. E.* k) tegunt *corr.* cogunt *A;* tegunt *B.* l) necessarium *B.* m) excellencia *EFGHI.* n) nichilitatis *E.* o) ab eisdem *EFGHI.* p) fiet *H.* q) ab eisdem *EFGHI.* r) redire facit *E.* s) quod *E.* t) hodie *(sic) B.* u) congnicionis *false B.* v) tribuant *H.* w) eis *E.*

tatem eorum et confirmantem in veritate, scilicet humilitatis et contricionis, quod facere ex se non poterant homines captivati peccato. Illuminavit insuper homines ad noticiam veri dei et dedit ipsis spiritum suum, ut sciant, que a deo habent, et ita ut dent gloriam in omnibus domino[a]) deo suo. Et sicut dominus Jhesus[b]) capaces, id est homines bone voluntatis, sue gracie, reduxit ad gloriandum in solo deo et inquirendum gloriam ipsius, reduxit eciam nos pius Jhesus ad agendum penitenciam super se et super propriis infirmitatibus et miseriis. Et illud fuit opus Christi, quod expresserunt angeli dei, cantantes in eius nativitate et[c]) dicentes: „Gloria in excelsis deo, et in terra pax hominibus bone voluntatis."

Capitulum decimum quintum[d]).

Quod ista duo eciam sunt ypocritis rigida[e]) quasi cornua, puta quod sunt cupidi honoris proprii et liberales ac prodigi attribuere aliis honorem Jhesu[f]) Christi[g]).

Adhuc est hic advertendum, quod omnis [illegible]eracio hominum, que non habet spiritum Jhesu, inflata [illegible] et occupata a spiritu huius mundi, qui[h]) est amor huius mundi et tocius figure et composicionis ipsius. De quo spiritu dicit[i]) apostolus I° Cor.[k]) II°[l]): „Nos spiritum[l]) huius mundi non accepimus." Propter quod omnis amator huius mundi est rapax glorie proprie et laudacionis et prodigus laudis divine. Rapax est laudis proprie, quia seipsum cupide amat in hoc mundo. Prodigus est, in[ter][m]) alia quelibet[n]), laudis domini Jhesu, quia dominum crucifixum non usquequaque diligit. [f. 51[b]] Rapax est laudis proprie et suorum, quia seipsum miserum et dignum confusione non congnoscit, ut dicitur[o]) Job[2]): „Que est pars ypocrite, si avare[p]) rapiat", etc.[q]). Prodigus est laudis Jhesu crucifixi, quia deum non cognoscit et non timet.

---

[a]) *om. EFGHI.* [b]) dominus Jhesus *corr.* domini Jhesu *A*; sic dominus Jhesus *BEFGHI.* [c]) *om. FGHI.* [d]) *ita AB (rubr.) EF (rubr.) H* (Sequitur *add.*). [e]) rigide *A*; rigida *BEFGHI.* [f]) *om. E.* [g]) *ita omnes cod.* Sequitur *add. F rubr.* [h]) qui *A*; quem *B*; que *EFGHI.* [i]) De hoc sp. d. *E*; dicit *om. AFGHI.* [k]) ad Cor. *FGHI.* [l]) *add. A in m.*; *om. B.* [m]) *corr. ab ed.* [n]) qualibet *E.* [o]) dicit *EH.* [p]) amare *falso A.* [q]) *om. I.*

[1]) *I. Cor. II. 12.* [2]) *Job XXVII. 8.*

Adhuc cäuse illius sunt iste: Prima, quia illa generacio huius mundi conglobata est valde et compacta, ideo continue edificat gloriam suam ad invicem mutuam et gratulatur eius profectui et comportat honores et communicat[a]) prompte[b]) suis membris vel suis similibus et irascitur contemptori glorie sue. Et quia agitatur spiritu superbissimo, qui primus apostatavit a deo suo, et sicut tunc[c]), ita et nunc et semper gloriam propriam querit et nititur in omnibus, quibus potest, in hoc mundo similis esse altissimo, id est Jhesu, filio dei, — et ex carne hominum superba, que similiter, prout in paradiso incepit suam gloriam querere, ita vehementer nunc et semper habet hoc inditum[d]) per destitucionem[e]) et corruptelam intrinsecam et originalem: inde est, quod eadem generacio ypocritarum adultera[f]) et perversa[g]) continue in hoc edificare turrim Babel sue glorie non desistit contra celum, superbia sua ipsam[h]) in id perurgente, sicut scriptum est[1]): „Superbia eorum[i]), qui te oderunt, ascendit[k]) semper", — licet deus et dominus Jhesus variis modis usque hodie amatores huius seculi impediat et occurrat eis ex adverso, si forte intelligant, quod ipse est dominus. „Superbia tamen eorum", et maxime christianorum mundum amancium, „ascendit semper", eo quod abalienati sunt retrorsum et virtutem[l]) dei et dei sapienciam contempserunt, in seipsis propriam voluntatem suam retinentes.

Et ex hoc evenit illud in talibus christianis, quod omnia, que sunt gloriosa in hoc mundo et famosa, illa ipsi magnificant et mirantur et iudicant digna deo, ut sunt divicie et gloria vel honores gloriosi, et ea, que sunt contemptibilia in facie, ea abhominantur et fugiunt, utpote sunt pauperes ac paupertas et contemptus in hoc mundo. Et perinde fit in eis, quod efficiuntur seipsos amantes invicem illa amicicia, que est composita ex amore huius mundi. Et quod deterius est, ad hoc deveniunt[m]), quod firmiter credant, quod ament seipsos amore caritatis Jhesu Christi. Et ita illum suum amorem, quamvis contrarium deo, sanctificant et inferunt

---

[a]) convincat *H.* [b]) proprie *EF.* [c]) *om. H.* [d]) iudicium *B.* [e]) destruccionem *EFGHI.* [f]) *om. EFGHI.* [g]) perlisa *(sic) B.* [h]) ipsum *false B.* [i]) *ita E et biblia; om. cet. cod.* [k]) ascendunt *B.* [l]) virtute *B.* [m]) veniunt *I.*

[1]) *Psalm. LXXIII. 23.*

alienum ignem in sancta et inportant ad res religionis christiane. Et ita fit, quod eciam e converso multum colorate faciunt ignem de celo in terram descendere [1]), id est caritatem domini Jhesu ad terrena inquirenda, ac si hoc iam possit sancte fieri et licite in Christo Jhesu.

Et ita impleta est prophecia Apok. XIII. e., que dixit [2]): „Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra", id est generacionem ypocritarum aut hominum christianorum, amatorum huius seculi [a]), „ascendentem" in dei ecclesiam per superbiam et cupiditatem „de terra", id est de carne et sagwine vel amore terrenorum. „Et habebat [b]) cornua duo", id est duas potencias iniquitate plenas [c]), quibus potenter dissipat et distrahit gloriam dei seu honorem crucis Christi in hoc mundo, et ex parte sui ipsius cupide honores apud homines insequendo, et ex partè Christi faciliter et prodige ac inprovide gloriam deitatis et honores Christi rebus aliquibus vel locis aut personis in celo aut in terra attribuendo, utpote cum ponunt in talibus creatis faciliter et preconisant virtutem et operacionem soli deo apropriatam atque salutem animarum. Et ita attraxerunt fidem et [d]) spem vulgi ad tales res creatas. Distribuunt eciam huiusmodi faciliter et perfunctorie honores Christi et gloriam crucis Christi, cum cito manus inponunt personis indignis et ponunt homines carnales, similiter, ut ipsi sunt [e]), seipsos amantes cupide, ad cathedram Jhesu et locum eius, ut sic iniqui et indigni fungantur [f. 52a] honore et laude piissimi Jhesu Christi. Et tunc sequitur: „Similia agni", id est duas potestates vel duplicem auctoritatem, quibus pociuntur carnales Christi [f]) et pseudochristiani et [g]) quibus veluti bestia confidunt et superbiunt, dominantes in clero, id est in sorte sanctorum, id est [h]) auctoritatem [i]) sciencie et auctoritatem potestatis vel auctoritatem docendi et auctoritatem [i]) imperandi. Vel duo cornua bestia habet, id est huiusmodi ypocrite carnales duas potestates habent [k]), propter que sunt [l]) tremendi in populis et reverendi, videlicet potestatem super spiritualia et potestatem super terrena, aut auc-

---

3) Ignem de celo faciunt descendere *F.*

[a]) mundi *corr.* seculi *A et E.* [b]) habebit *B.* [c]) *om. ABGH;* in i. *A.* [d]) *om. B.* [e]) sic *B.* [f]) *om. EFGHL.* [g]) in *EFGHI.* [h]) scilicet *E.* [i]) auctoritate *GHI.* [k]) *om. ABGHI.* [l]) *om. I.*

[1]) *Cf. Apoc. XIII. 13.* [2]) *Apoc. XIII. 11.*

toritatem in spiritualibus et temporalibus. „Similia", id est[a]) agravata habet[b]) pius Jhesus[c]) et eius mites seu ecclesia sanctorum. „Et loquebatur sicut draco", id est superbe et ad suam propriam gloriam et ardenter ex zelo ambicionis diviciarum et honoris. Et paulo post ad propositum[1]): „Et fecit signa magna", id est opera insignia ante faciem ecclesie et similia omni religioni christiane et sanctitati ac pietati, „ut eciam ignem faceret de celo descendere in terram", id est sic sub speciebus bonorum modo collorato[d]) et apparenti facit amorem[e]) celestium et spiritualium declinare ad temporalia et terrena, ubi cum descenderit, non ardet neque potest ardere, sed mox extinguitur et in concupiscenciam subtiliter conmutatur et sub speciebus pietatis. ‚In conspectu hominum", id est carnalium christianorum, „ut seduceret"[2]), scilicet a Christi gracia et veritate ad amorem huius vite secularis, „habitantes in terra", id est christianos, qui ad hoc se ponunt, ut in terrenis quietentur et prosperentur[f]), pro nichilo habentes terram desiderabilem, „propter signa, que data sunt ei facere", id est propter operaciones notabiles a foris coram hominibus virtutum et pietatis, ut quasi supra hominum facultatem videantur et in[g]) admiracionem rapiant huius mundi amatores, et splendidiora opera et magis conformia religioni et sanctitati christiane, quam pro tunc temporis illi faciant[h]), qui sunt electi et sancti in[i]) veritate. „Que data sunt illi"[3]) generacioni adultere ypocritarum, id est a deo permissa, et secundum operacionem Sathane propter[k]) omne[l]) genus seduccionis adinventa ad decepcionem christianorum amatorum huius mundi, qui cari atem veritatis non susceperunt, sicut scriptum est II[a]. Thess.[m]) II[o][4]): „Adventus eius secundum operacionem Sathane, in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus et in omni seduccione iniquitatis hiis, qui pereunt: eo quod caritatem veritatis[n]) non receperunt, ut salvi fierent. Ideo

---

[a]) enim *B.* [b]) sicut habet *EFGHI.* [c]) *om. E.* [d]) tollerate *(sic) B.* [e]) amore *B.* [f]) prosperantur *E.* [g]) ad *EFG; om. HI.* [h]) faciant *A post corr.*; fateantur *(sic) B*; facient *FGHI.* [i]) in *BGHI*; a *cet. cod.* [k]) *ita AB*; per *EFGH* (et per) *I.* [l]) omnes *corr.* omne *A.* [m]) ad Thess. *FGHI.* [n]) *om. EFGHI.*

[1]) *Apoc. XIII. 13.* [2]) *Apoc. XIII. 14.* [3]) *Apoc. XIII. 14.* [4]) *II. Thess. II. 9—11.*

mittet illos[a]) deus in operacionem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur[b]) omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati"[c]).

[f. 53[b]] Prohemium in regulam secundam

Et quod[d]) *quatuor tacta per regulas*[e]) *expungnant quatuor virtutes cardinales*[f]).

Hiis[g]) itaque utcumque[h]) expeditis[i]) de appetitu vane glorie, quo[k]) scribe et pharisei presentis seculi nimium sunt fermentati, nunc Christo Jhesu duce de amore diviciarum vel avaricia, qua ducuntur ypocrite, est agendum. Et quamvis ista, puta vana[l]) gloriacio et habundancia diviciarum huius seculi, valde[m]) concurrant et sese commitantur, ut vix possit esse dives huius mundi[n]), qui non sit inflatus ex suis diviciis, tamen amores et appetitus et exinde motus istorum sunt diversi, et perinde vana gloria et avaricia varia vicia esse communiter distinguntur. Quinymmo inveniuntur in multis[o]) se invicem destruere et[p]) quasi adversa sibi esse, puta divicie et vana gloriacio. Nam multi propter vanam gloriam divicias contempnunt, ut videntur Romani antiqui communiter fecisse, et condempnant avariciam aliorum. Alii in tantum ad habendum divicias sunt affecti, quod pro eis se subiciunt[q]) omni contemptui et plurime servituti, quasi[r]) nichil gloriam huius mundi in comparacione diviciarum iudicantes, ymmo eos, qui mundi gloriam secuntur, dignos risu arbitrantur.

Ita etenim Sathan terram christianorum carnalium circuit et perambulat et[s]) c :m omnibus mundi viciis[t]), et[u]) sic corpori[v]) suo, compacto ex multitudine ypocritarum, varia ca-

---

4) 2[a]-regula *A rubr.* Capitulum XVI. *E.*

25) Quatuor peccata mortalia destruunt IIII[or] virtutes cardinales *A.*

[a]) eos *EFGHI.* [b]) vindicentur *GHI.* [c]) *post hanc vocem in cod. A, f. 52[a] (cuius residuum textum erasum continet) textus subsequens in f. 53[b] demum continuatur, ita ut ff. 52[b] et 53[a] vacua sint; sed nihil deficit.* [d]) Et quod *om. F.* [e]) regulam *E.* [f]) *ita AB (rubr.) EF (rubr.) GI.* Sequitur c. XVI. *add. H.* [g]) Hiis *BG.* Hic *false AF.* Sic *EHI.* [h]) itaque hiis *E.* [i]) expeditus *false A.* [k]) que *B.* [l]) *om. E.* [m]) *om. B.* [n]) mundi gloria *E.* [o]) in multis *om. E.* [p]) *om. E.* [q]) afficiunt *B.* [r]) cum *I.* [s]) *om. B.* [t]) diviciis *G.* [u]) *om. EFGHI.* [v]) corpore *EFGHI.*

pita septem conficit, id est septem capitalia crimina in bestia sua coccinea decupliciter incornuata[a]). Ego tamen ad presentis negocii propositum michi solum quatuor vicia capitalia assumpsi pertractanda, ut superius est per plura declaratum, videlicet superbiam, avariciam, luxuriam et ypocrisym seu verius inprobitatem circa fidem, tum quia in ista concurrunt omnia alia vicia, tum quia correspondenter occurrunt quatuor virtutibus cardinalibus ex adverso et expungnant easdem. Verbi gracia superbia destruit domini Jhesu fortitudinem, de directo autem virtutem, qua[b]) suos induit ex alto. Avaricia expungnat[c]) spiritus sancti prudenciam, luxuria devestat beatam temperanciam, inprobitas circa fidem vel ypocrisis Christi Jhesu iusticiam spoliat et extinguit. Declaracionem istorum relinquo arguto[d]) inquisitori questionum, tum quia de istis quatuor criminibus principaliter et ut plurimum locuti sunt prophete, sancti[e]) apostoli et doctores, ut patuit superius in distinccione quatuor regularum de ypocritis in simul digestarum. Et dicit Joh. in canonica[f]) [1]): „Omne, quod est in mundo, est[g]) concupiscencia carnis aut concupiscencia oculorum aut superbia vite." In christianis vero quartum predictorum ex istis tribus semper redundat, ut facile ex multis scripturis colligitur et postea apparebit.

Capitulum primum[h]).

De secunda regula et de avaricia clericorum et religiosorum et signis ypocritarum capitolum[i]).

Nunc ad avariciam modernorum ypocritarum demonstrandam stilus[k]) applicetur. Pro quo noto et pono istam propositionem in confessione[l]) Christi: Primo respectu amare bona temporalia et inquirere ea sub apparencia boni primis et precipuis studiis, eciam in rebus et per res religionis christiane, ypo-

---

[a]) incornuta *EFGHI.* [b]) quia *false B.* [c]) impungnant *E.* [d]) argumento *(sic) EFGHI.* [e]) sancti et *EFGHI.* [f]) in canonica sua *H.* [g]) aut est *BFGHI.* [h]) *ita A.* Sequitur capitulum XVI. *H; om. BEFGI.* [i]) *ita A;* capitolum *om. BGHI;* capitolum XVI. *EF* (XVII.). [k]) demonstranda salus *false B.* [l]) confusione *(sic) H.*

[1]) *I. Joann. II. 16.*

crisis est. Aut sic: Confitendo[a]) Christum Jhesum converti primum[b]) ad statum opulentum et figuram splendidam huius mundi et ei amore inherere, magnipendendo et appetendo divicias vel honores sub titulo aliquo religionis christiane, est[c]) ypocrisis.

Ista proposicio vel regula secunda de ypocrisi sumpta[d]) est manifeste de illo textu ewangelii, scilicet[e]) Matt. VII°, ubi dicitur[1]): „Attendite vobis a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem[f]) sunt lupi rapaces, etc.[g]). A fructibus eorum congnoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas[h])? [. 54a] Non potest arbor mala fructus bonos facere neque[i]) arbor bona fructus malos facere. Omnis arbor, que non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur. Igitur a fructibus eorum congnoscetis[k]) eos. Non omnis, qui dicit michi: Domine, domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in celis est, intrabit in regnum celorum[l]). Multi dicent michi in illa die: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, in[m]) nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Tunc[n]) confitebor eis[o]): Quia[p]) numquam novi vos, discedite a me, qui[q]) operamini iniquitatem[r]).“ Et multum alludit isti textus[s]) Job XXVII., ubi dicitur[2]): „Que est enim spes[t]) ypocrite, si avare rapiat, et non liberet deus animam eius? Numquid deus audiet clamorem illius[u]), cum venerit super illum angustia? Aut poterit in omnipotente delectari et invocare deum omni tempore?“

Raciones autem huius regule sunt hec[v]): Prima est, quod[w]) quilibet homo talis non est particeps spiritus Jhesu crucifixi. Ergo manet in suis naturalibus, sed corruptis, et inde manet in eo illa prima rapacitas et avaricia primi hominis vel

---

8) Attendite a falsis prophetis *A ad calc. fol. infer.*

a) Confido *(sic) E.* b) primo *EFGHI.* c) *om. I.* d) *om. E.* e) *om. BEFGHI.* f) *om. F.* g) etc. — eos *om. E.* h) ita *EGHI;* uvas *B et biblia;* ut *(lacuna erasa)* ficus *A.* i) neque — facere *om. B.* k) congnoscetis. Numquid, etc. *E.* l) sed — celorum *om. H.* m) et in *EFGHI.* n) Quia *corr.* Tunc *A.* o) illis *EFGHI.* p) *om. E.* q) quia *corr.* qui *A; om. EFGHI.* r) operarii iniquitatis *EFGHI.* s) textui *FGHI.* t) *ita BI et biblia;* species *cet. cod.* u) eius *E et biblia.* v) hee *GI.* w) *om. I.*

1) *Matth. VII. 15—16, 18—23.* 2) *Job XXVII. 8—10.*

pronitas vehemens ad ista, sicut scriptum est Gen.[1]): „Prona est omnis etas in malum ab adolescencia sua."

Secunda racio huius est: cupiditas[a]) manet in quolibet homine, in quo non subest spiritus dei. Cupiditas autem omnis est mater vel origo singulariter avaricie, sicut apostolus, principaliter loquens de avaricia, dicit ita Thim. VI[b])[2]): „Nam qui divites volunt fieri, incidunt in temptacionem et in laqueum dyaboli et desideria[c]) multa et inutilia et nociva, que mergunt homines in interitum et perdicionem. Radix enim omnium malorum cupiditas[d]), quam quidam[e]) appetentes, erraverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis."

Tercia racio est, quia omnis creatura racionalis sic est creata, ut sit capax summi et infiniti boni, et in illo solo quietabitur[f]), tamquam in suo vero bono unico et proprio, sed[g]) quia homo ypocrita, expers a spiritu Jhesu, caret omnino illo suo bono proprio, ut notum est. Quod fit ideo, quia efficitur rapax[h]) boni extrinseci[i]) et alieni. „Si ergo in[k]) iniquo mamone fideles non fuistis, quod verum est, quis credet[l]) vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod[m]) vestrum[n]) est, quis dabit vobis? Nemo potest duobus dominis servire"[3]). Omne autem[o]) tale est minus suo bono et finitum[p]). Ideo in nullo tali quietatur anima huiusmodi, sed semper adhuc[q]) sitit[r]) et transfertur ad[s]) aliud, et sic in infinitum. Sicut dicitur: Crescit amor nummi[t]), quantum[u]) pecunia crescit. Igitur[v]) quilibet ypocrita huiusmodi est rapax et non saciatur diviciis.

Quarta racio est inpulsio apostatici spiritus, qui nititur per hoc abducere hominem, puta per rapacitatem bonorum creatorum inmoderatum[w]) et a summo bono, quod eciam ipse[x]) perdidit, sicut scriptum est Mt. 4°[4]): „Iterum assumpsit eum dyabolus in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia

---

[a]) cupiditas, que *E.* [b]) ad Thim. VII *GHI.* [c]) in desideria *E.* [d]) est cupiditas *E.* [e]) quidam *EGI et biblia;* quidem *cet. co.l.* [f]) quietetur *EFGHI.* [g]) Sed — proprio *om. B.* [h]) capax *false EFGHI.* [i]) extrinsece *false B.* [k]) *om. EFGHI.* [l]) credat *FGHI.* [m]) quid *A; om. B;* quod *EFGHI et biblia.* [n]) verum *(sic) BF.* [o]) enim *E;* ergo *FGHI.* [p]) infinitum *BI.* [q]) ad hoc *FGI.* [r]) sistit *H.* [s]) et ad *B.* [t]) nimium *ABFGI;* nummi *EH.* [u]) in quantum *B;* quanto *E.* [v]) Ideo *H.* [w]) et in. *EFGHI.* [x]) *om. G.*

[1]) *Genes. VIII. 21.* [2]) *I. Thim. VI. 9—10.* [3]) *Lucae XVI. 11—13.* [4]) *Matth. IV. 8—9.*

regna mundi et gloriam eorum. Et dixit ei: Hec omnia tibi dabo, si cadens, adoraveris me." Inmittit ergo amorem et succendit cupiditatem in carnalibus huiusmodi[a]) christianis, quasi in suo clibano[b]), et illudit eis variis desideriis, quos iam sic illaqueavit cupiditate huius mundi, sicut dicit apostolus[1]): „Incidunt in laqueum dyaboly. Ergo"[c]), etc.

Per hoc autem, quod dicit dominus Jhesus in textu pro regula hic adducta[d])[2]): „Attendite vobis", innuit[e]) magnam difficultatem evitandi huiusmodi fallaces ypocritas et necessariam esse electis dei magnam vigilanciam super se et suos, quos habent custodire, maxime in hiis temporibus novissimis et periculosis. Et reddit causam, dicens[2]): „A falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium[f]), intrinsecus[g]) autem", etc., quia illud[h]) est subtilissimum et nocentissimum genus decipiendi electos dei, puta sub similitudine et speciebus verorum et sanctorum nuncciorum dei [f. 54b] et apostolorum. Et ista est summa altitudo Sathane, quod sanctos dei et simplices aggreditur sub[i]) similitudine et pulcherrima specie veritatis et virtutis. Et illud genus decepcionis solum vel[k]) maxime contra sanctos dei dyabolus[l]) a principio semper fabricavit et induxit et super[m]) omnia ac[n]) maxime ad dies novissimos multiplicavit, composuit[o]) et dilatavit, ita ut nulla caro[p]) possit subsistere a facie huiusmodi decepcionis et, si fieri posset[q]), inducerentur in errorem eciam[r]) electi dei[3]).

Merito autem falsi prophete, induti „vestimentis ovium et[s]) intrinsecus[t]) lupi rapaces"[4]), hic intelliguntur aut possunt intelligi pro tempore hoc periculoso et diebus novissimis omnes christiani falsi, qui, existentes amici huius mundi et primogenita cordis sui et anime sue et primogenita virtutis sue et sapiencie offerentes mancipantesque[u]) huic mundo, verbo suo et exemplo vel tota vita sua tenent et affirmant se esse chri-

---

[a]) huius mundi *B.* [b]) Libano *E.* [c]) *om. E.* [d]) adduco *EFGHI.* [e]) per quod innuit *E.* [f]) ovium, etc. *E.* [g]) intrinsecus, etc. *GH;* intrinsecus autem sunt lupi, etc. *F.* [h]) istud *E.* [i]) super *AB.* [k]) quod *E;* est *FGHI.* [l]) quod dyabolus *GHI;* quidam dyabolus fabricavit *F.* [m]) insuper *B.* [n]) et *E;* hac *false I.* [o]) et composuit *EFGHI.* [p]) nullus. *EFGI;* milia *(sic) H.* [q]) possit *B.* [r]) et *B.* [s]) *om. E.* [t]) intrinsecus sunt *EFGHI.* [u]) que *add. A sup. lin.*

[1]) *I. Tim. VI. 9.* [2]) *Matth. VII. 15.* [3]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [4]) *Matth. VII. 15.*

stianos in veritate et participes sanctorum et quod expectant cum hoc vitam beatam in celis cum Christo Jhesu. Etenim isti sunt, in quibus habundavit iniquitas et refriguit caritas [1]), qui sunt in cupiditate magni[a]) et fervidi, et[b]) in dileccione Jhesu[c]) crucifixi parvi et[d]) tepidi, qui clamant ad Christum Jhesum: Domine, domine, tota die, sed non faciunt neque student digne facere illud, quod dicit eis[e]) Christus Jhesus[f]).

Isti inquam christiani tales falsi, ex quibus est multitudo predicatorum et doctorum secularium, id est eorum, qui primum secundum carnem et mundum hunc senciunt[g]) et victitant, sunt eciam falsi prophete propriissime[h]) hic notati, et quia sunt amicti omni consuetudine et specie religionis christiane, ut nichil omnino videantur differre a sanctis et veris christianis, nisi solum in caritate unica cordiali et abscondita in sciencia dei, et quia sunt eciam armati omni[i]) armatura apostolorum et prophetarum, id est auctoritate et sciencia ipsorum in cathedra Moysy collocati[k]), et quia sunt nimis multiplicati per ecclesiam excessive super numerum sanctorum christianorum, veluti in diebus Achab regis, ubi Helias unus fidelis ex parte dei et quadringenti prophetarum falsorum ex parte regis huius mundi sunt inventi, et in tempore predicacionis dulcissimi Jhesu, cum unus Jhesus cum pusillo grege suorum discipulorum esset ex parte veritatis et virtutis, et tota communitas Jerusalem et magistratus templi principum sacerdotum et seniorum populi erant ex parte regni huius mundi vel[l]) regni cupiditatis huius mundi. Et in tempore Justini[m]) imperatoris et Leonis pape atque Arriane heresis, cum similiter communiter principes sacerdotum, id est episcopi ecclesie et seniores omnes populi, id est reges et presides ac[n]) barones, erant ex parte Arriani, nequissimi[o]) heretici, et per consequens ex parte regni cupiditatis et superbie, et pauculi christiani et doctores et illi absconditi et fugientes et peregrini

---

19) Achab *E.* Elias *H.*

20) Unus propheta fidelis et CD falsi *E.*

[a]) maligni *E.* [b]) *om. G.* [c]) Jhesu Christi *I.* [d]) parvi et *om. E.* [e]) illis *B.* [f]) *om. G.* [g]) faciunt *EFGHI.* [h]) propriissimi *H.* [i]) armati omni *om. G;* armacionum *(sic) FHI.* [k]) *post corr. A.* [l]) vel — mundi *om. B.* [m]) Justiniani *false E.* [n]) et *I.* [o]) pessimi *E.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 12.*

super terram, utpote Hylarius Pictaviensis et Attanasius episcopus, qui in Treveri in fossa humo absconditus, retinuit fidem rectam[a]) catholicam et dictavit, erant ex parte regni veritatis et gracie, id est ex parte regni Jhesu Christi. Ita accipe de falsis prophetis, id est amicis huius mundi, christianis carnalibus in hiis diebus novissimis et iniquis, indutis „vestimentis ovium", id est religione christianitatis ex sola consuetudine et speciebus[b]) pietatis et confessione Jhesu Christi, et cultu dei ex consuetudine a iuventute inbuti[s] secundum mandata et doctrinas hominum; „intrinsecus autem sunt lupi", quia[c]) in corde non habent caritatem Jhesu crucifixi neque possunt habere, quia sunt cupidi et amatores vite[d]) huius[e]) carnis, cor habent longe in mundo et[f]) profunde, eo quod eciam sunt „lupi rapaces", quia[g]) diligunt ea, que sunt in hoc mundo, id est divicias, honores et amiciciam atque pacem sue carnis et sagwinis.

„Et a fructibus suis congnoscuntur"[1]), quia que faciunt [f. 55a] de genere bonorum vel que sunt religionis christiane, non faciunt ex dulci dileccione Jhesu crucifixi et amore ipsius, sed vel[h]) ex sola consuetudine, sicut vitula Effraym docta diligere triturami[2]), vel ex[i]) concupiscencia propria[k]), quam credunt esse caritatem, quia questum reputant pietatem, id est faciunt ea ex amore sui precise, ex[l]) sua complacencia et ex propria voluntate[m]), vel faciunt ea ex amore sui, id est quod timent sibi a facie pene et iudicii gehenne. Et talia omnia sic facta sunt amara Christo Jhesu velud absinthium[n]), sicut scriptum est[3]): „Uva eorum uva fellis et botrus amarissimus", quia tales christiani sunt arbor mala et non possunt fructum bonum facere[4]), quia radix principalis in eis est amor mundi et cupiditas rerum huius mundi: ex qua est non nisi malus fructus. Et cum ista si fides sit[o]) in christiano, ut per

---

10) Intrinsecus lupi *G.*

27—28) Arbor mala *FG.* — Radix amor mundi *FGH.*

a) fidem rectam *om. B.* b) ex solis speciebus *E.* c) et *H.* d) huius mundi et vite *corr.* vite *A;* huius mundi et vite *EFGHI.* e) *om. EFGHI.* f) *om. EFGHI.* g) que *(sic) B.* h) *om. FGI.* i) *om. E.* k) *om. B.* l) et ex *E.* m) ex sua proprietate *(sic) E.* n) absintheum *EGH.* o) si fides sit *AB;* est fides *E;* sit fides *FGHI.*

1) *Cf. Matth. VII. 16.* 2) *Cf. Oseae X. 11.* 3) *Deuteron. XXXII. 32.* 4) *Cf. Matth. VII. 18.*

eam[a]) montes transferat[1]), si assit omnis siencia[b]) et prophecia et noticia misteriorum dei, si[c]) affliccio quelibet corporis[d]) et labor in exercitacione corporali sint in usu, ita ut ardeat homo pro deo vel concremet varie suum corpus[e]) et distribuat substanciam suam in cibos pauperum, si assit inquam istis[f]) cupiditas vel obtinens radicem primam[g]) in christiano, omnia nichil sunt et nichil proderunt, vel invenientur abhominabilia, veluti pannus menstruate[2]), coram domino Jhesu Christo, cum veniet iusticias hominum[h]) iudicare.

Et idcirco pro confirmacione istorum omnium, que[i]) dicta sunt, sequitur[3]): „Non omnis, qui dicit michi ‚Domine, domine', intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in celis est", etc.[k]). Et iterum[4]): „In[l]) illa die dicent michi multi: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et[m]) demonia eiecimus, etc. Quibus respondebit dicens: Discedite[n]) a me, operarii iniquitatis, non novi vos."

Ex quo[o]) regula superius expressa videtur[p]) utiliter posita et conpetenter confirmata. Quam regulam sic stabilitam[q]) utcumque scripturis et racionibus sequntur[r]) signa et argumenta et[s]) ea, que omnem denudant ypocritam, sumpta ex verbis sacri ewangelii superius[5]), et sunt ista:

Primo, quia omnis[t]) ypocrita omnem[u]) speciem sanctitatis, pietatis et religionis solerter superinduit, sed causa sui[v]) et complacencie hominum aut lucri, quemadmodum electi dei eisdem induuntur causa Jhesu crucifixi[w]), virtutis et salutis animarum. Et hec trahuntur[x]) ex eo[y]), quod ypocrite modis subtilibus et[z]) exquisitis nituntur hominibus complacere non

---

22) Signa ipocrisis *A manu poster.*

23) Ypocrita induit *FGI.*

a) per ea *E.* b) sciencia ei *I.* c) Sed et *E.* Sed *FGHI.* d) corporalis *EFGHI.* e) corpis istis *H.* f) *om. H.* g) previam *EFGHI.* h) cum veniat iusticiam suam *E.* i) *rasura praecedit in A.* k) qui, etc. *E;* qui in celis est *G.* l) *om. H.* m) et in nomine tuo *EFGHI.* n) Recedite *E.* o) *corr. ab ed.;* qua *omnes cod.* p) videtur *AEFGHI;* videntur *B.* q) stabilem *I.* r) sequntur *AB;* secuntur *E;* sequitur *FGHI.* s) *corr. ab ed.;* ex *omnes cod.* t) Omnis itaque oc., *contin. D 1. 2., v. supra p. 239, lin. 7.* u) et c. omnem *A.* v) sui *E;* sue *cet. cod.* w) Christi *D 2.* x) trahitur *BEFH.* y) Et ex hoc trahitur *E; om. D 1. 2.* z) in *D 2; om. E.*

1) *Cf. I. Cor. XIII. 2.* 2) *Cf. Isaiae LXIV. 6.* 3) *Matth. VII. 21.* 4) *Matth. VII. 22—23.* 5) *scil. Matth. VII. 15—20.*

ideo, quod fraternitatem in Christo Jhesu emulentur, sed quia maxime[a]) amiciciam huius mundi sequuntur, ut[b]) sic[c]) comodosius honoribus et diviciis[d]) perfruantur; et quemadmodum adhesio hereticis se viciat et seducit ad errorem fidei, ita adhesio ypocritis[e]) resolvit rigorem discipline et ad amorem huius mundi[f]) inducit refrigeratque dei caritatem. Et[g]) ideo dicitur: „Attendite vobis“[h]).

Quidquid[i]) sanctitatis et pulchritudinis religiose ostentant, non procedit ex spiritu Jhesu et veritate, sed cum simulacione, id est simul posicione fidei Christi et[k]) amoris terrenorum[l]), religionis[m]) sancte christiane cum amicicia huius mundi, de qua scriptum est in propheta[l]): „Ve vobis, qui[n]) dicitis bono[o]) malum et malo bonum, ponentes lucem tenebras et tenebras lucem, ponentes dulce[p]) in amarum[q]) et amarum in dulce.“ Superinduunt namque cupiditatem, habendo fictam dileccionem[r]) et doctrinam pulchram ex scriptis[s]), quia habundant sanctis scripturis et omni sapiencia et elloquencia gratissima ac[t]) faceta, ut quecumque lingua hominum eloquencia de spiritualibus et de celestibus et divinis, uti[u]) quevis lingua angelorum, sed omnia sine caritate Jhesu. Ideo apponitur: „falsis prophetis.“

Ypocrite non in heremis possunt morari, non in clausuris, non in paritate[v]) mundi[w]) plebei et labore hominum, sed ad medium populorum et precipue magnorum et divitum veniunt, quoniam ibi apcius valent ostentari et sue ypocrisis negociacionem exercere. Ideo dicit: „Veniunt ad vos.“ Ideo non in[x]) ruribus [f. 55b] de pari cum[y]) rusticis nec de pari cum mendicis seu[z]) gente[aa]) pauperum volunt habitare, sed in

---

24) Inter magnates querunt commorari *E.*

a) *om. E.* b) *ita G;* et *cet. cod.* c) et si *E.* d) diviciis suis *E.* e) ypocritis *D 1. 2. EFGHI;* ypocrisis *AB.* f) *om. B.* g) et — vobis *om. D 1. 2.* h) vobis, etc. *EFHI.* i) Quidquid enim ypocrite *D 1. 2.* k) et — christiane *om. I.* l) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Singuli heretici &c., *v. infra p. 260, lin. 11.* m) *ita EG;* religiones *cet. cod.* n) *om. B.* o) bonum *corr.* bono *A;* bonum *B et biblia.* p) *om. B.* q) in amaro *H.* r) ficta dileccione *false B.* s) scripturis *EGI.* t) et *EFGHI.* u) ut *EFGHI.* v) parvitate *E;* paritate *cet. cod.* w) wlgi *BEFGHI.* x) *om. B.* y) cum *EFGHI;* in *false AB.* z) sed *G.* aa) gente *EFGHI;* gentes *false AB.*

l) *Isaiae V. 20.*

castris et magnis[a]) civitatibus, confidentes in suam scienciam, elloquenciam et religiositatem, veluti aucupes ad loca illa properant, ubi maior sit[b]) confluxus avium ad capiendum. „Veniunt[c]) ad vos."

Valde[d]) et supra modum exhibent seipsos similimos[e]) veracibus et ellectis in apparatu et habitu exteriori. Quapropter ait: „in vestimentis ovium."

Omnibus modis sunt solliciti suos celare defectus, et ideo eos vel abscondunt vel excusant. Idcirco addit[f]): „intrinsecus"[g]).

Gaudent de multitudine suorum[h]) sodalium, qui sunt de pari conversacione et studiis, et precipue de personis ellegantis stature, elloquencie vel ingenii aut ingenuitatis, sed abiectum[i]) et humilem, fractum aut debilem in suam congregacionem non assumunt vel assumptum eiciunt, quia exinde sunt potenciores ad seipsos[k]) honestandum et magnificandum ac lucrandum. Propter quod dicit: „Sunt lupi"[l]). Sunt subtiles et potentes ad modos varios exquirendum, quibus et honor a populis et copia omnium acquirantur. Ideo „sunt lupi". In nullo conpaciuntur plebi[m]) pauperum, utpote cecorum, claudorum, infirmorum, contractorum, orphanorum et[n]) viduarum, quibus solis necessitas incumbit de elemosinis vivere et de mendicitate. Et istorum talium emolimenta extrahunt a populo et subtili ambitu venerantur. Ideo[o]) „sunt lupi". Quemcumque in societatem assumunt, nisi sit lucrosus eis et utilis et similibus passibus velit ambulare, conformibus usibus indutus, mox ipsum odiunt[p]) et persequuntur. Ideo dicit: „Sunt lupi."

Ultimatus finis eorum sagacitatis[q]), laboris tocius et sanctitatis est[r]), ut pacificam vitam ducant in hoc mundo copia omnium et honestate[s]) communita. Ideo addit: „Rapaces". „Omne illud, quod dicitur deus aut quod collitur", id est omne

---

11) Gaudent de multitudine sibi similium *E.*

a) in magnis *EFGHI.* b) est *I.* c) Ideo dicitur: „Veniunt" *E.* d) Valde enim *E.* e) similes *E.* f) *post corr. A.* Ideo addit *F.* g) intrinsece *E;* extrinsecus *false H.* h) *om. E.* i) *post corr. A.* k) ad seipsum *E.* l) lupi rapaces *EFGI.* m) plebi *EFFH;* plebei *cet. cod.* n) ac *FGHI.* o) Ideo dicit *FGHI.* p) odiunt habent *(sic) F.* q) sagacitatis *A;* sagacis *BE;* sagaciter *FGHI.* r) eius *(sic) E.* s) honestata *corr.* honestate *A.*

verbum veritatis et sapiencie sacrarum scripturarum, utpote studia[a]) diuttiva litterarum, predicaciones multiplices[b]) et solempnes et omnes virtutes acquisitas vel infusas et omnia carismata dei ecclesie cumulata in idipsum convertunt[c]) et reflectunt, ut dulcem hanc vitam agant et quietam questibus variis circumspectam. Ideo „rapaces".

Singulariter[d]) esse notificantur tales per hoc, si hii, qui eisdem adherent, non crescunt in virtutibus nec notabiliter et in veritate in vita sua emendentur; si adherentes eis non crescunt in caritate[e]) et agnicione domini Jhesu crucifixi, quia isti fructus sunt verorum prophetarum; si ubi tales adveniunt[f]) vel moram fecerint, non crescat[g]) salus et virtus Jhesu Christi salutis[h]) in illis[i]), qui ipsos decreverint[k]) imitari; si plebes aut familie ex commoracione talium in pace et dileccione non uniuntur et uniti per eos in Christo Jhesu non confirmantur; si lacerantur: et isti[l]) tales fructus sunt ypocritarum. Et ideo dicit: „A fructibus eorum congnoscetis eos." Et idcirco si diligentes eos et[m]) adherentes eisdem manent tales peccatores, ut ante sunt, sine fallo ypocrite sunt[n]), quia „a fructibus eorum", etc. Et ubi morari incipiunt vel suam stacionem fixerint, fit[o]) aliquale discidium[p]) concordie fratrum in plebe vel[q]) in familia, presertim a suis ordinariis[r]) et pastoribus veris, vel qualiscumque aversio[s]) plebis ab eisdem. Et ideo sunt lupi, qui dispergunt[t]) gregem dominicum. „A[u]) fructibus eorum congnoscetis"[v]), etc., nisi forte, si non esset pastor, sed mercenarius infidelis suum gregem derelinquens[w]) vel seducens, si ut contigit[x]) in diebus humanitatis Christi in synagoga et in diebus eius apostolorum [f. 56a]. Cristus tamen nichilominus ubique[y]) mandavit plebi[z]) et fecit per se et docuit sacerdotibus suis obediendum et legittima eorum ipsis exsolvenda[aa]).

---

a) *om. FGHI.* b) multiplice *AB.* c) convertuntur *B.* d) Singulariter *E.* Singularificantur *ABFHI.* e) veritate *corr.* caritate *A.* f) inveniunt *B;* advenerint *H.* g) crescant *B.* h) *om. EFGHI.* i) illos *corr.* illis *A.* k) decreverunt *B.* l) si *false B.* m) eos et *om. EFGHI.* n) *om. EFGHI.* o) *om. EFGHI.* p) discedium fit *E;* discedium *FHI;* dissedium *G.* q) et *EFGHI; om. B.* r) ordinibus *GI.* s) conversio *(sic) FGI.* t) dispergunt *H.* u) Et ideo: A *add. E.* v) *om. I;* eos *add. F.* w) delinquens *H.* x) contingit *F.* y) ubi *E.* z) plebei *false B.* aa) exsolvendum *EFGHI.*

Capitulum secundum[a]).

Judicium seu discrecio ypocritarum[b]) *in comparacione ad sanctos dei et electos, et*[b]) *de infructuositate ipsorum*[c]).

Hic tamen incidentaliter est notandum, quod modo fit sermo de ypocritis precipue populum docentibus, utputa predicatoribus et doctoribus, quoniam de talibus examinandis stilus huius libri decurrit, qui tenent locum apostolorum domini vel dicunt se tenere.

Pro quo est notandum, quod fructus apostolorum est salus animarum, quod Christo Jhesu debent[d]) afferre; de quo scriptum est Joh.[e]) [1]): „Ego elegi vos et posui vos, ut eatis et fructus[f]) afferatis", et pro eo ministerium ewangelii acceperunt et dispensacionem multiformis gracie dei; vel conversio[g]) hominum, sicut scriptum est Jacobi V. g.[h]) [2]): „Qui converti fecerit[i]) peccatorem ab errore vie sue, salvabit animam eius a morte et operi[e]t multitudinem peccatorum." Ideo dictum est ad Petrum Mt. 4[k]) [3]): „Noli timere, a modo[l]) eris homines capiens", et iterum [4]): „Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum." Unica igitur est et debet esse intencio et totum studium predicantis: salus[m]) animarum, que tunc perficitur, cum fit conversio peccatorum et unio cum Christo per fidem, que per dileccionem operatur, et hominum ad se invicem per caritatem, sicut scriptum est [5]): „Vinculum perfeccionis est caritas."

Sicut arbor congnoscitur per fructum eius, sic pseudoapostolus vel fidelis, et qui est a spiritu Jhesu destinatus, per hoc evidenter congnoscetur, si salus animarum in manu ipsius prosperetur, sicut scriptum est Jo. XV.[6]): „Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine

25) Similitudo *FGHI.*

[a]) *ita A; om. BFGI.* [Sequitur *H*] capitulum XVIII. *EH.* [b]) *om. B.* [c]) *ita AB (rubr.) EF (rubr.) GHI.* [d]) quem Christo habent et debent *EFGHI.* [e]) in Joh. *E.* [f]) fructum *EFGHI et biblia.* [g]) *hac voce continuatur textus in cod. E, f. 51b, cf. supra p. 215, notam n).* [h]) h. *B, om. EFGHI.* [i]) fecit *BE.* [k]) in Mattheo *E; 4 om. FGHI.* [l]) a modo *FGHI;* et modo *E;* amen *AB.* [m]) salutem *AB.*

[1]) *Joann. XV. 16.* [2]) *Jacobi V. 20.* [3]) *recte Lucae V. 10.* [4]) *Matth. IV. 19.* [5]) *Coloss. III. 14.* [6]) *Joann. XV. 5.*

me nichil potestis facere." Item si adherentes predicatori et imitantes eum eciam crescant continue in sapiencia et gracia proficiunt aput deum et[a]) homines. Ideo scriptum est Jo.[b])[1]): „Posui vos, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester[c]) maneat", subaudis[d]) ut[e]) per vos conversi[f]) maneant in gracia et non recidivando. Contrarium autem dicitur de pseudoprophetis M[t]. 23. c.[g])[2]): „Ve vobis, scribe et pharisei[h]) ypocrite, qui[i]) circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselitum; et cum fuerit factus, facitis eum filium duple gehenne"[k]). Item si peccatores per predicatorem conversi communitatem ecclesie sancte amant et se invicem in unitate ecclesie diligunt[l]) et in[m]) illa dileccione maneant et succrescant, sicut scriptum est Joh. XIII. f.[n])[3]): „Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem." Sequitur: „In hoc congnoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dileccionem habueritis ad invicem."

Quamvis igitur omnis ypocrita laboret et omnem similitudinem deferat fideliter predicantis, fructus tamen eius laborum, quantum est ex parte eius, non erit, nisi inanis et vacuus[o]) a spiritu Jhesu crucifixi, quoniam „testimonium Jhesu est spiritus et prophecie", Apocalipsis[p])[4]). Et licet plurimos[q]) per elloquenciam commoveat vel forte convertat, tamen hoc in eisdem non manebit nec invalescet[r]) in virtute et in veritate, sicut scriptum est[s])[5]): „Gaudium ypocrite ad instar puncti." Et Ysaie XXXIII. dominus, loquens de ypocritis, ad literam dicit[6]): „Concipietis ardorem et parietis[t]) stipulam: spiritus vester, ut ignis vorabit." Necesse[u]) siquidem est, ut effectus gerat[v]) similitudinem sue cause, iuxta quod dictum est: „Patrem sequitur sua proles." Et idcirco, qualis est ypocrita

---

[a]) *om. A.* [b]) Jo. *(lacuna) AB;* in Joh. *E.* [c]) noster *false A.* [d]) subaudi *BE.* [e]) ut *EFGHI;* non *A (del.) B.* [f]) *post corr. A;* converse *B.* [g]) *om. EFGHI.* [h]) *ita EFGHI et biblia;* Pharisei scribe *AB.* [i]) *om. B.* [k]) filium gehenne duple quam vos *EFGHI et biblia.* [l]) diligant *EFGHI.* [m]) *om. B.* [n]) f. *om. EFGHI.* [o]) vanus *GHI.* [p]) *om. E.* [q]) spiritus plurimos *EFGI;* spiritus per plurimos *H.* [r]) invalescit *B.* [s]) in Job *add. E;* Job *add. FGHI.* [t]) ardorum paretis *(sic) E.* [u]) Necessario *FGHI.* [v]) gerant *H.*

[1]) *Joann. XV. 16.* [2]) *Matth. XXIII. 15.* [3]) *Joann. XIII. 34—35.* [4]) *Apoc. XIX. 10:* Testimonium enim Jhesu est spiritus prophetiae. [5]) *Job XX. 5.* [6]) *Isaiae XXXIII. 11.*

predicator, tales generat et filios, quoniam non aliud sciunt filii quam suum patrem imitari et discipuli[a]) suum magistrum. Et ad hoc Joh. VIII. c.[b]) dicitur [f. 56[b]][1]): „Ego, quod vidi aput patrem meum, loquor, et vos, que[c]) videtis aput patrem vestrum, facitis." Ideo infertur[2]): „Numquid colligunt de spinis uvas?" „Sapiencia, que desursum est", supereminens in Christo Jhesu, que „primum quidem pudica est, deinde pacifica[d]), modesta, suadibilis[e]), bonis consenciens[f]), bonum amans actum, plena operibus misericordie et fructibus bonis"[3]), — illam[g]) prorsus non habent ypocrite[h]), quamvis sapiencia animali, terrena et dyabolica habundent. Ideo dicitur[2]): „Numquid colligunt de spinis uvas?" Caritatem fraternitatis nullomodo[i]) habent, ideo additur[2]): „Aut de tribulis ficus." Sectas[k]) mox aliquas cum sibi adherentibus constituunt, quia „numquid de tribulis ficus?". Pro modico et de facili contendunt, quia non „de tribulis ficus." Omne quidem[l]), quod possunt ad suum lucrum reducere et ad suam pacem, gaudenter executuntur. Sed si questus non speratur[m]), difficulter vel nullomodo se intromittunt, quia non „de tribulis ficus."

Sicut sancti predicatores sunt Jhesu Christi ecclesie semper et ubique utiles et fructuosi, Christi bonum odorem[n]) undiquaque[o]) diffundentes[p]), quocumque diverterunt[q]), quamvis malis odorem[r]) mortis in mortem[4]), sed[s]) per accidens, id est non ab eis neque per eos, sed ex ipsis malis, quia tales semper in omnibus proficiunt[t]) in peius, sicut[u]) omnis arbor bona fructus bonos facit: ita predicatores ypocrite ubicumque sunt inanes et steriles in dei ecclesia, sive sint divites sive pauperes, sive in[v]) ignobilitate sive in

---

21) Veraces fructuosi et utiles *FGI.*

27) Pseudo inanes et steriles *FGI.*

[a]) discipulus *EFGHI.* [b]) c. *om. EFGHI.* [c]) qui *false A.* [d]) pacifica est *E.* [e]) suasibilis *FGHI.* [f]) consenciens *EFGHI et biblia; consciens AB.* [g]) illam *E;* illa *FGHI; om. AB.* [h]) ypocrite *EFGHI; om. AB.* [i]) in nullo *FGHI.* [k]) Sectas — ficus *om. EFGHI.* [l]) *om. BEFGHI.* [m]) sperantur *F;* separatur *(sic) H.* [n]) hodorem *F;* honorem *B.* [o]) undequaque *corr.* undiquaque *A;* undique *EFGH.* [p]) deffendentes *B.* [q]) diverterint *G.* [r]) hodorem *F; om. B.* [s]) semper *I.* [t]) proficiunt de malo *FGHI.* [u]) Sic *false B.* [v]) *om. H.*

[1]) *Joann. VIII. 38.* [2]) *Matth. VII. 16.* [3]) *Jacobi III. 17.* [4]) *Cf. II. Cor. II. 16.*

nõtabilitate[a]), sive in[b]) infamia sive in bona fama, et sic de singulis, — quamvis aliqui[c]) proficiunt bonis per doctrinam[d]) et pro exercicio[e]) paciencie; sed hoc est per accidens, non ex eis neque per eos, sed ex eo, quod „diligentibus deum omnia cooperantur in bonum“[1]) et „omnia munda[f]) mundis“[2]), et quia dominus scit et potest, quando wult, eciam[g]) per iniquos prophetare recta et utilia suis electis. Et ideo dictum est[h]), quod ypocrite, quantum est de se, semper sunt inutiles, quia sunt[i]) vacui a spiritu Jhesu Christi vel a sciencia dei; modo[k]) dicit scriptura[3]): „Vanus est omnis homo, in quo non est sciencia[l]) dei;“ et hoc est, quod sequitur[m])[4]): „Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit.“ Pseudoapostolus[n]) facere bene non potest, tum quia est sine spiritu Christi Jhesu, et dominus dicit[5]): „Sine me nichil potestis facere“, tum quia ex prava voluntate facit[o]); ideo veritas ait[6]): „Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam, totum corpus tenebrosum erit“, tum quia ex fide, id est bona consciencia non facit[p]): „Omne, quod non est ex fide, peccatum est“[7]). Ideo sequitur[8]): „Non potest arbor mala fructus bonos facere.“ Sic discipulus Christi et servus fidelis, in quantum talis et quamdiu talis, male non facit, quia ex fide, spe et caritate facit[q]), quidquid facit[r]). Ideo dicitur[8]): „Neque arbor bona fructus malos facit.“

Capitulum tercium[s]).

Quod nulli peccatores sunt tam contrarii et graves veritati Christi, sicut sunt ypocrite[t].)

Ipocrite facile congnoscuntur ab hiis[u]), qui spiritu Jhesu aguntur, quia sunt spirituales et diiudicant omnia

---

27) Nota bene totum *A*.

a) nobilitate *B*. b) *om. EG*. c) alii *false AB*. d) per doctrinam eorum *E*. e) per exercicia *I*. f) munda sunt *E*. g) et *B*. h) *om. B*. i) inutiles, quia sunt *om. B*. k) Unde *EFGHI*. l) subest spiritus *EFGHI*. m) dicitur *EFGHI*. n) pseudulus apostolus *FGHI*. o) *om. EFGHI*. p) facit. Unde *E*. q) *om. E*. r) quidquid facit *om. EFGHI*. s) *ita AB (rubr.)*. Capitulum XIV. *EF (rubr.) H; om. GI*. t) *ita AB (rubr.) E (add.* Maria *rubr.) F (rubr.) GHI*. u) aliis *I*.

1) *Rom. VIII. 28*. 2) *Tit. I. 15*. 3) *Sap. XIII. 1*. 4) *Matth. VII. 17*. 5) *Joann. XV. 5*. 6) *Lucae XI. 34*. 7) *Rom. XIV. 23*. 8) *Matth. VII. 18*.

et per consequens eciam[a]) spiritus[b]) varios in prophetis. Qui autem est expers a spiritu dei, nullum potest congnoscere, sed neque seipsum, et principaliter hos, qui vivunt domini Jhesu spiritu, non congnoscunt; propter quod[c]), ut[d]) frequenter, iudicant illos crudeliter et eis adversantur, quia a spiritu apostatico inpelluntur in idipsum. Et ideo[e]) dicitur[1]): „A fructibus eorum congnoscetis eos“[f]). Ypocrita doctor numquam fere perseverat diu in docendo, quin per aliquam viam eius conatus non resolvantur a fortuitis successibus huius vite [f. 57[a]] vel frangantur ab infortunio[g]) et tribulacione ac timore vel inpediantur ab aliquo eventu insperato[h]); ideo[i]) sequitur[2]): „Omnis arbor, que non facit fructum[k]), excidetur.“

Nullus est homo, quem ita graviter dominus Jhesus portaret[l]) et tolleret in ecclesia, quemadmodum homines ypocritas et doctores. Unde M[t]. XVII[3]): „O generacio incredula et perversa, quousque ero vobiscum? quamdiu paciar vos?“ Et ideo gravius quam[m]) alii increpantur, cicius quam alii evertentur, durius quam alii iudicantur, ut patet M[t]. 23° per totum[n]). Et inde[o]) est illud Ysaie XXXIII.[4]): „Audite, qui longe estis, que fecerim, et congnoscite vicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in Syon peccatores, tremor possedit ypocritas.“ Et M[t]. III. c.° dicitur[p])[5]): „Johannes Baptista, videns multos Phariseorum et Saduceorum venientes ad baptismum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstrabit[q]) vobis fugere a ventura ira? Et ne velitis dicere: Patrem habemus Abraham. Jam enim securis ad radicem[r]) posita est. Omnis igitur arbor, que non facit fructum, excidetur et in ignem mittetur.“ Ideo[s]) additur similiter a domino de ypocritis[6]): „Omnis arbor, que non facit fructum bonum, excidetur.“

---

[a]) *om. E.* [b]) eciam spiritus *om. B.* [c]) *om. FGHI.* [d]) *om. B.* [e]) idcirco *I.* [f]) etc. *F.* [g]) infortuniis *E.* [h]) in speratu *(sic) AB;* inspirato *(sic) F.* [i]) ideo vero *EFGH;* ideo non *B.* [k]) fructum bonum *E et biblia.* [l]) portet *A.* [m]) gravius quam *corr. ab ed.;* nequaquam *omnes cod.* [n]) *ita A;* Matt. 2° 23° per totum *B;* Matt. XXIII *E;* Mathei XXIII. et Mathei per totum dicitur *FH;* M[t]. per totum *GI.* [o]) Et inde *A.* Et inde eciam *B.* Inde etenim *E.* Inde et est *FGHI.* [p]) dicit *AB.* [q]) demonstrabit *E et biblia;* demonstravit *cet. cod.* [r]) ad radicem arboris *E* (arborum *biblia).* [s]) Et ideo *B.*

[1]) *Matth. VII. 20.* [2]) *Matth. VII. 19.* [3]) *Matth. XVII. 16.* [4]) *Isaiae XXXIII. 13—14.* [5]) *Matth. III. 7. 9. 10.* [6]) *Matth. VII. 19.*

Quare autem dominus gravius tolleret[a]) ypocritas in suo populo, plurime cause huius ponuntur per spiritum Jhesum in prophetis et per dominum Jhesum in ewangelistis, quas studioso lectori relinquo colligendum et meditandum[b]), et inferius per plurima patebit[c]). Et Guillelmus[d]) Altissiodorensis[e]) ponit quatuor causas super secundo Sentenciarum, capitulo LXXXIII: Primo, quia omnes decipientes sanctam simplicitatem ecclesie per ypocrisym decipiunt et deceperunt, sicut [per] edificaciones claustrorum et dotaciones ipsorum monachi ypocrite deceperunt simplicem populum ex apparencia devocionis in veritate non existentis[f]). Propter quod singuli[g]) heretici in seduccione usi sunt ypocrisi, et Antichristus, caput omnium iniquorum[h]), erit[i]) maximus ypocrita vel maxime decipiet[k]) per ypocrisym et ypocritas[l]). Secundo, quia ypocrita talis usurpat[m]) sibi gloriam soli deo debitam, et ita ypocrita divine glorie est depredator, cum tamen dicat dominus in Ysa.[1]): „Gloriam meam alteri non dabo." Propter quod in Job dicitur[2]): „Et[n]) osculatus sum manum meam, quod est iniquitas maxima et negacio contra deum altissimum." Tercia causa est, quia illi, qui occiderunt filium dei et necaverunt[o]), erant ypocrite, ita quod ypocrite implent mensuram iniquitatis omnium impiorum[p]), quia[q]) et iterum crucifigunt. Quarta causa[r]), quia ypocrite domini Jhesu bona minus iuste appreciant et pessundant, — namque[s]) bonum opus, quod valet pro vita eterna, ypocrita dat et vendit pro inani[t]) gloria vel[u]) pro uno minimo, — et e con-

---

1) Cause, quare ipocrite gravius tollerantur in ecclesia dei quam alii peccatores *A ad calc. fol. infer. manu poster.*

7) 1° *I.*

14) 2° *I.*

19) 3° *I.*

22) 4° *I.*

[a]) tollet *B*; tollat *E*. [b]) colligendas et meditandas *E*. [c]) plurima patebunt *EFGHI*. [d]) *ita AB*. Vilhelmus *E*. Wilchelmus *F*. Wylhelmus *GI*. Wilhelmus *H*. [e]) Altiossiodolensis *(sic) I*. Altisioriensis *(sic) F*. [f]) sicut — existentis *om. E*; existencium *FGI*. [g]) *hac voce D 1. 2. contin.* [h]) hereticorum ac iniquorum [inimicorum *G*] *EFGHI*. [i]) *om. B*. [k]) decipiat *F*. [l]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Ex quibus hoc fore ɔc., *v. infra p. 261, lin. 7*. [m]) *ita EFGHI;* in quantum usurpat *AB*. [n]) *ita biblia*. Si *omnes cod*. [o]) negaverunt *AEFG;* vocaverunt *(sic) I*. [p]) iniquorum vel impiorum *E*. [q]) qui *B*. [r]) causa est *EFGH*. [s]) Namque *EFGHI;* quam *AB*. [t]) vana *corr. sup. lin.* inani *I*. [u]) et *FGI*.

[1]) *Isaiae XLII. 8.* [2]) *Job XXXI. 27—28.*

verso mala, que maxime deum offendunt, non ponderant, sed dissimulant, ac si deus non adverteret, vel ac si esset fautor malicie. Unde in psalmo [1]): „Propter quod impius irritavit deum? Dixit enim: Non considerat". Cum [a]) alii peccatores expungnant et persecuntur virtutem et veritatem, id est Christum, ypocrite occidunt.

Ex quibus [b]) singulis [c]) hoc fere [d]) dicendum estimavi, quod ydeo ypocrite presbiteri et doctores sunt deo plus aliis molesti, quia, cum alii peccatores singulis creaturis dei male abutantur [e]), ypocrite deo ipsomet et Christo eius male utuntur, quantum est in eis ipsis [f]). Et quamvis alii quam plurimi rursum crucifigunt in seipsis Christum Jhesum et ostentui [g]) habent, pseudoapostoli et ypocrite, postquam Christum Jhesum flagellaverunt in suo corde per iniquas cogitaciones et opera, conspuerunt et illuserunt [h]), dehinc tradunt eum et aliis [i]) flagellandum, illudendum [k]) et crucifigendum atque derisui ad habendum. Ideoque dominus de ypocritis dixit ad Pylatum [2]): „Non [f. 57b] haberes in me potestatem ullam, nisi datum esset tibi [l]) desuper. Ideo qui me tradidit tibi [in] manus, peccatum habet." In figuram [m]) huius principes [n]) sacerdotum et scribe et totus magistratus templi comprehenderunt Jhesum et illuserunt, sed operti tenebris noctis et potestate tenebrarum, et postquam genas eius ewulserunt, alapis et colaphis afflixerunt occulte in nocte et in domo, tunc demum tradiderunt eum Poncio Pylato presidi iam publice et in meridie crucifigendum. Enimvero [o]) istorum omnium et singulorum, que in figura precesserunt, modo fit execucio crudelitatis in Jhesum crucifixum per ypocritas et templi dei [p]) magistratus spiritualiter. Qui habet oculos, videat, si vera sunt, que dico, hoc addito, quod singula [q]) peccata in christianis et [r]) multo amplius Christum Jhesum la-

---

27) Qualiter nunc temporis [Cristus *E*] Jhesus crucifigatur [cruciatur *FG*] *EFGI.*

[a]) et *H.* [b]) *contin. D 1. 2.* [c]) *om. D 2.* [d]) fore *D 2. et I;* vere *E.* [e]) abutuntur *D 1. 2. et G;* abhutuntur *F.* [f]) *D 1. 2. contin.*: Singula peccata &c., *v. infra lin. 29.* [g]) contemptui *EFGHI.* [h]) flageraverint . . . conspuerint et illuserint *A.* [i]) et aliis *om. EFGHI.* [k]) et illudendum *I.* [l]) *om. B.* [m]) In figura *EFGHI.* [n]) *om. H.* [o]) Quoniam vero *E.* [p]) *om. B.* [q]) *contin. D 1. 2.* [r]) *om. D 1. 2.*

[1]) *Psalm. X. 13, ubi* quid *et* Non requiret *legitur.* [2]) *Joann. XIX. 11.*

borare faciunt, quam fuerunt in Judeis vel paganis, et ipsa[a]) sunt gravia magis et contraria, et per consequens, dum fiunt, ipsum vulnerant, conspuunt et affligunt[b]), plus, inquam, quam[c]) quelibet sputa seu[d]) flagella, illusiones, singula vulnera et mors crucis, que[e]) ipsi Jhesu, id est carni eius Judei intulerunt. Ypocrite igitur sunt illi, de quibus dei verbum, dei[f]) virtus et dei[g]) sapiencia conqueritur, dicens[1]): „Et super dolorem wulnerum meorum addiderunt."

Item per hoc et in hoc sunt magis rei ypocrite quam ceteri peccatores, quoniam, cum alii sunt avari in creaturis dei bonis et invidi, ypocrite sunt avari in rebus divinis et tenaces et invidi[h]) ac crudeles. Ceteri negociantur et divicias et honores acquirunt per res et in[i]) rebus mundi, ypocrite negociantur et divicias et honores rapiunt avare per res et in rebus[k]) celestibus et[l]) divinis. Ceteri peccatores prostituunt virgines et adulterantur in carne, ipocrite prostituunt animas et[m]) virgines[n]), et adulterantur in spiritu verbum dei, et sapienciam, matrem pulchre dileccionis, que abhorret adulteria, ypocrite non verentur prostituere et suis adulterinis libidinibus in spiritu, quantum in eis est, mancipare, prout hoc tangit apostolus, cum dicit[2]): „Non simus[o]) adulterantes verbum[p]), sicut quidam ex ipsis." Non potest autem cuiquam alteri tam proprie[q]) quam ypocritis textus ille coaptari[r]) II[a] Thess.[s]) II.[3]): „Quoniam nisi venerit discessio[t]) primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perdicionis, qui[u]) adversatur et extollitur super[v]) omne, quod dicitur deus aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se, tamquam ipse sit deus." Cuius exposicionem invenies copiose in libro 3° tractatu 5° de Antichristo et in tractatu ultimo de abhominacione in loco sancto[4]).

---

9) Quomodo excedunt ypocrite alios [ceteros *G*] peccatores *EFGI.*

[a]) *corr. ab ed.;* ipsi *omnes cod.* [b]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Non est maior oc., *v. infra p. 268, lin. 22.* [c]) quam *EFGHI; om. AB.* [d]) *corr. ab ed.;* super *B;* sunt *cet. cod.* [e]) quam *EFGHI.* [f]) dei *BEFGHI;* dicitur *A.* [g]) et dei et *A;* et dei *B;* dei et *EFGI;* et *H.* [h]) inmundi *B.* [i]) in tantum *AB.* [k]) nec non rebus *E.* [l]) ac *E.* [m]) *om. EFGHI.* [n]) virginesque *GI.* [o]) sumus *AB.* [p]) verbum dei *FGHI.* [q]) tam proprie *om. E.* [r]) applicari *B.* [s]) ad Thess. *FGHI.* [t]) dissessio *FH.* [u]) quia *B.* [v]) supra *GH et biblia.*

[1]) *Psalm. LXVIII. 27.* [2]) *II. Cor. II. 17.* [3]) *II. Thess. II. 3—4.*

[4]) *v. l. III. tract. V. „De Antichristo" et l. III. tr. VI. „De abhominatione in loco sancto."*

Quia igitur omnis ypocrita doctor vel sacerdos, qui sedet in templo dei, et facit suam voluntatem propriam, tamquam ipse sit deus, et querit suam gloriam et sui ipsius profectus, et extollitur supra omne, quod dicitur deus, quia serviunt sibi pro libito omnes scripture et veritas earum, et quod colitur deus[a]), quia omnes species virtutum ad profectum sue glorie et questus sibi veniunt, et sedens in templo dei, habet potestatem super dei et ecclesie sacramenta, et tamen quia ipse amicus huius seculi vult esse, ideo est inimicus Christi constitutus et per consequens Antichristus. Et quod est gravius, ipse idem[b]) est cum hoc dispensator verbi dei et rerum divinarum, ideo potenter seducit populum christianum ad amorem et cupiditatem huius mundi et abducit a Christi[c]) Jhesu veritate et virtute. Et quia ipse est domesticus inimicus, capiens cum Christo Jhesu dulces cibos, ideo est[d]) supra modum dei sui offensor continuus, intimus[e]) et per consequens nocivus in pace amarissima et, quod est deterius, quod non potest evitari ab eo vel abscondi, ideo non inmerito est gravior, [f. 58a] quam[f]) alii peccatores, paciencie divine ad tollerandum; et hoc ipsum expressit psalmus[g]), dicens[1]): „Si inimicus maledixisset michi, sustinuissem utique. Et [si][h]) is, qui me oderat[i]), super me mala[k]) locutus fuisset[l]), ab eo forsitan me abscondissem. Tu vero", etc.[m]).

Capitulum quartum[n]).

Quod ypocrite clamant oracionibus ad dominum tantum ex usu, sed non ex caritate et gravitate cordis[o]).

Sequitur in nostro textu[2]): „Non omnis, qui dicit michi: Domine, domine, intrabit in regnum celorum." In quo manifeste ostenditur ypocritas amplius et communius vociferare[p]) ad dominum[q]), quam facit[r]) communitas sancta chri-

---

[a]) *om. E.* [b]) ipse idem *om. B.* [c]) Christo *false FGI.* [d]) ideo est *om. B.* [e]) et intimus *EFGHI.* [f]) quod *false AB.* [g]) psalmista *EH.* [h]) *add. ab ed. ex biblia; om. omnes cod.* [i]) oderunt *B.* [k]) magna *biblia.* [l]) *om. AB.* [m]) Tu vero, etc. *om. E.* [n]) *ita A;* [Sequitur *H*] c. XX. *EF (rubr.) H; om. BGI.* [o]) *ita B (rubr.) EF (rubr.) GHI; om. A.* [p]) notificare *B.* [q]) ad dominum *EFGHI;* ad *om. AB.* [r]) faciat *AB.*

[1]) *Psalm. LIV. 13—14.* [2]) *Matth. VII. 21.*

stiana, ymo ex usu cottidiano venit quibusdam die noctuque psallere nomen domini, sed non ex caritate, multa orare, sed corde longe vacante[a]) a reverencia aut gravitate oracionis. „Posuerunt os suum in celum“ [1]), clamando[2]): „Domine, domine“, sed vita eorum graditur super terram, quoniam adhesit pavimento ad instar bruti venter eorum [3]). Propter quod verus[b]) Gedeon reliquit eosdem et eiecit[c]) extra numerum electorum, quoniam[d]) non est creditus cum deo spiritus eorum ex eo, quod sint Effrem generacio[e]): intendentes et mittentes[f]), conversi sunt retrorsum[g]) in die belli [4]). Nam prope est dominus ab ore eorum, sed longe a renibus eorum [5]).

Habent siquidem hoc ypocrite in usu nimio ultra fideles christianos, presertim communes[h]), dicere: „Domine, domine.“ Sed hoc est non in veritate, quoniam verbis confitentur se nosse deum, factis autem negant. Et, ni[i]) fallor, illud[k]) significavit veritas hoc nomen „Domine“ dupplicando, ut et[l]) per hoc dupplicitas talium proprie designetur. Sine contradiccione etenim, quocienscumque „Domine, domine“ dicatur, si in veritate dei[m]) unum est „Domine“, quia [est][n]) in unitate cordis, oris et operis et ab uno homine et ad unum deum et in una fide et in uno spiritu sancto: unum, inquam, esset „Domine“ et racione cause efficientis et formalis, materialis et finalis. Nunc autem, quia, in spiritu sancto loquens, veritas dicit[6]): „Dicent michi: Domine, domine“, dupplicitatem ypocritarum consignavit[o]), varietatem eorum ostendit in corde, opere et sermone, ut[p]) perinde dinoscantur, sicut scriptum est Ecc.[q]) [7]): „Sic enim peccator in dupplici ligua congnoscitur“: quoniam aliter dicunt „Domine“ coram populis in sermone, — nam tunc valde admodum dulciter et suasibiliter ac elloquenter, — et aliter dicunt „Domine“ in cubiculis suis et in sua societate, — nam tunc insulse et cum amaritudine et[r]) proni ad contencionem. Qua-

---

[a]) vagante *A.* [b]) Judicum VII° *E.* [c]) eicit *A.* [d]) cum *B.* [e]) sint effreni *E.* [f]) mittentes arcum *EFGHI.* [g]) retroorsum *A.* [h]) omnes *EFGHI.* [i]) nisi *EFGI.* [k]) id *E.* [l]) *om. EFGHI.* [m]) *om. FGHI.* [n]) *add. ab ed.* [o]) consignificavit *EFGHI.* [p]) et ut *EFGHI.* [q]) in Ecc. *E.* [r]) cum amaritudine et *om. B.*

[1]) *Psalm. LXXII. 9.* [2]) *Matth. VII. 21.* [3]) *Cf. Psalm. CXVIII. 25.* [4]) *Cf. Judicum VII.* [5]) *Cf. Jerem. XII. 2.* [6]) *Matth. VII. 22.* [7]) *Eccli. V. 11.*

propter scriptum est [1]): „Non omnis, qui dicit michi „Domine, domine", intrabit in regnum celorum."

Hoc eciam potest hic considerari, quod omnes tales, qui questum reputant pietatem, vel qui religionem christianam ad pacem suam et lucra[a]) contraxerunt, sibi multum in hoc complacent, quod communitatem plebis Christi transcenderunt in sua religione, confidentes, et quod iam non sunt sicut ceteri homines. Tales igitur dicunt bis: „Domine, domine"[b]), primo quia communi lege ewangelica cum optimis plebis christiane gloriantur et dicunt inter populos et cum[c]) populis „Domine"[d]). Sed, ut dictum est, amplius, quam[e]) commune[f]) christianorum, ascenderunt[g]) statum et perfeccionem apostolorum, ut gloriantur[h]), et sic estimant contingendo: addunt alterum „Domine"; sed quia gloriantur in patribus suis[i]) et ingrati sunt Christo Jhesu, qui[k]) pro ipsis mortuus est, sibi ipsis complacentes, et suam iusticiam constituunt, iusticie dei subiecti esse non festinant, que est unica omnibus hominibus et eadem, videlicet Christus crucifixus: Ideo dictum est [2]): „Non omnis, qui dicit michi[l]) „Domine, domine"[l]), intrabit in regnum celorum." Et quia soli[m]) illi, qui transformantur ad ymaginem Christi per eius inhabitantem spiritum, veraciter dicunt „Domine, domine"[n]), — sicut scriptum est [3]): „De claritate in claritatem[o]) transformamur, tamquam[p]) a domini spiritu", — et hii sunt[q]), qui in nullo sibi ipsis complacent, sed illi student, qui se redemit, complacere, eidem Christo vivere, non pròprie voluntati, salutem animarum querere, non suum questum, festinare ex hoc seculo ad patrem, [f. 58b] non ponere in eo sua lucra, non querere pacem sue carni et sanguini, sed castigare corpus[r]) et in servitutem redigere et[s]) pro iusticia Jhesu[t]) et virtute usque ad mortem decertare, — que omnia in Christo Jhesu tamquam in perfecto exemplari precesserunt, in quibus voluntatem patris sui adimpleret, nobis[u]) similiter constituens ver-

---

[a]) ad lucra *FGH.* [b]) *om. H.* [c]) *om. H.* [d]) „Domine, domine" *B.* [e]) contra *FG.* [f]) communem *BFGHI.* [g]) transcenderunt *F.* [h]) ut gloriantur *om. B;* ut glorientur *L* [i]) *om. B.* [k]) quia *E.* [l]) michi, ut supra *I cet. om.;* michi: Domine, etc. *H ceteris om.;* michi: Domine, domine *EF ceteris om., contin.*: Et quia ɔc. [m]) solum *G.* [n]) *om. BH.* [o]) *om. AB.* [p]) *om. B.* [q]) *ita E; om. cet. cod.* [r]) *ita FGHI; om. cet. cod.* [s]) eciam *EGHI;* redire eciam *F.* [t]) dei *EFGHI.* [u]) et nobis *I.*

[1]) *Matth. VII. 21.* [2]) *Matth. VII. 21.* [3]) *II. Cor. III. 18.*

sandum in talibus et voluntatem dei pro[a]) nostro modulo adimplendum —: Et ideo subditur[1]): „Sed qui facit voluntatem patris mei, qui in celis est."

Quia autem tales ypocrite sunt heu multi, qui, licet mortuam vel informem fidem et spem obtinent, (ideo subiungitur[2]): „Dicent michi: Domine, domine"), cum magna instancia prophetant[b]), id est predicant, et ea, que sunt divina[c]), splendide et accuracius coram populis vel in concursu[d]) plebium christianorum frequentant, quia ista sunt ipsis ypocritis amplius lucrativa; et cum in[e]) intimo eos cupiditas regat et possideat, nichilominus estimant se ab extra in facie in nomine Christi talia facere. Ideo dicunt[3]): „Nonne in nomine tuo prophetavimus?" Eciam ypocritis ex occultis dei iudiciis et ob reverenciam fidei Christi quandoque datur potestas super demonia: quod quidem cedit ad maiorem ipsorum[f]) excecacionem, cum et[g]) in talibus querant lucrum temporale. Ideo clamabunt et dicent ad dominum[4]): „In nomine tuo demonia eiecimus." Quinymmo conceditur ipsis insignia opera facere et super communem statum hominum, ut admirentur eos homines super terram, qui solum ea vident, que parent. Ideo eciam in eo cum fatuis virginibus clamabunt ad Jhesum, dicentes[5]): „In nomine tuo virtutes multas fecimus." Sed quia omnia talia corrupti per avariciam ypocrite convertunt ad suos questus, nimis amantes regulas[h]) huius mundi, et quia sunt sine affectu[i]) et ignita caritate ad Jhesum crucifixum, ideo sequitur[6]): „Et ego confitebor eis, inquit veritas: Discedite a me, operarii iniquitatis, non novi vos."

Ecce, tria exprimuntur hic notanter a veritate, que sunt tacta in regula secunda in principio: Primo etenim ponitur in regula, quod ypocrite confitendo Christum palam et strennue, primo tamen amore et principali respectu moventur ad bona temporalia acquirenda. Et ita, licet ore domino Jhesu apropinquant, clamantes ad eum: „Domine, domine", et confitentur se nosse ipsum deum solo verbo, tamen factis ipsum[k]) negant,

---

[a]) et pro *E.* [b]) *om. B.* [c]) divina *EFGHI;* divine *AB.* [d]) cursu *H.* [e]) *add. A sup. lin.; om. B.* [f]) amorem *false FG.* [g]) ipsorum et *GHI.* [h]) *om. H.* [i]) statuta *EFGHI.* [k]) effectu *(sic) EFGHI.* [k]) *om. E.*

[1]) *Matth. VII. 21.* [2]) *Matth. VII. 22.* [3]) *Matth. VII. 22.* [4]) *Matth. VII. 22.* [5]) *Matth. VII. 22.* [6]) *Matth. VII. 23.*

quia ex tota vita sua incumbunt ad temporalia obtinenda et possidenda, quoniam avariciam sequitur cor eorum. Et perinde confitentur Christum et negant ipsum, confitentur ore, negant sua tota vita, oppositum faciendo ewangelice professioni. Confitentur verbis Jhesum, negant factis, apropinquant domino ore, discedunt operacione. Propter quod confitentur non in veritate Christum Jhesum et recedunt ab ipso ad amandum seculum in veritate. Quapropter dominus correspondenter confitetur ypocritis in veritate, cum dicit [1]): „Et ego confitebor eis“ [a]), id est „ero testis velox“ [2]) eorum falsitatis, et facit ipsos a se discedere in iusticia et equitate, quia [b]) ipsi primum ab eo post sanctam confessionem voluntarie post [c]) mundum et carnem discesserunt. Propter quod dicit [3]): „Discedite [d]) a me“, subaudis modo, dum estis in articulo et agone, qui prius dudum a me post vestram cupiditatem voluntarie discessistis. Discedite a me modo, dum in extrema angustia positi, dum iam non est, qui eripiat [e]), et ite [f]) ad ea [g]), que primo et principali amore amplexistis [h]), ut vobis opitulentur et in necessitate vos protegant, propter que me sponte neglexistis et eis primum et amplius quam michi servivistis, iuxta aliam scripturam, in qua dicitur [4]): „Judicabit dominus populum suum, et in servis suis miserebitur [i]): [f. 59a] videbit, quod infirmata sit manus, et [k]) clausi quoque defecerunt residuique [l]) consumpti sunt. Et dicet: Ubi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam? De quorum victimis comedebant adipes et bibebant vinum libaminum: surgant et opitulentur vobis et in necessitate vos [m]) protegant. Videte, quod ego sim [n]) solus, et non sit [o]) alius [p]) preter me“, etc.

Dicitur secundo in proposicione, quod ypocrite primam [q]) conversionem aut primum respectum habent ad vitam eis cupitam huius mundi seu ad divicias et [r]) honores, supple [s]) et posteriorem [t]), et quasi minus principalem respectum atque mo-

---

25) Acha *F.*

a) *om. E.* b) quoniam *EFGHI.* c) euntes post *E.* d) discite *corr.* discedite *A.* e) eripiet *E.* f) ita *FGHI.* g) abea *H.* h) estis amplexati *E.* i) miserebitur *FGHI et biblia;* misericorditer *cet. cod.* k) *om. E.* l) residui *E.* m) *om. E.* n) sum *HI.* o) est *B; om. H.* p) aliter *H.* q) previam *GH.* r) seu *EFGHI.* s) scilicet *EI.* t) posteriora *E.*

1) *Matth. VII. 23.* 2) *Malach. III. 5.* 3) *Matth. VII. 23.* 4) *Deuteron. XXXII. 36—39.*

tum habent ad Jhesum[a]) crucifixum, quod demonstrant in suis singulis conatibus et precipuis studiis, cum ad ea, que sunt Christi Jhesu tantum, seipsos accomodant, sed ad ea, que sunt lucrari aut dampna evitari, donant seipsos totaliter, et ad momentum Christo, et illud tepide et quantum oportet et quasi ex dimidio animo[b]), sed ad ea[c]), que sunt mundi, per tempus et tempora et tota die, ad ea, que sunt mundi et carnis, currunt viriliter et cordate, sed ad ea, que sunt Jhesu crucifixi, claudicant effeminate vel[d]) cum quadam pusillanimitate. Propter quod hic veritas secundo et[e]) correspondenter[f]) vocat ipsos operarios iniquitatis, dicens[1]): „Discedite a me, operarii iniquitatis." Nam si christiani amarent[g]) et inquirerent bona temporalia seu necessaria huius[h]) vite, huius mundi[i]), forma[k]) ipsis prescripta et concessa in ewangelio et per apostolos, non[l]) dicerentur operarii iniquitatis. Sed quia ypocrite nimis cupidi[m]) ad habendum currunt primum et precurrunt suis precipuis studiis ad ea, que sunt huius vite, et circumeunt, querunt[n]) et festinant bona huius mundi avide lucrari et possidere, modicam vel nullam fidem in deum se habere probantes, sperantes cum hoc et cupientes eciam divicias proprias Christi Jhesu, sed quasi depostfetantes[o]) acquisituros sese et habituros: propterea ergo veritas eos condempnat et iudicat[p]) operarios iniquitatis, quoniam non[q]) est maior in mundo iniquitas quam primum carnem suam exquirere et depost dominum deum, ponendo siccine deum[r]) post carnem suam, et anteponere creaturam suo creatori atque ponderare[s]) magis et[t]) primum terrena quam celestia, temporalia quam eterna, carnalia prius[u]) acceptare[v]) quam spiritualia. Illud est enim non aliud quam pervertere rerum[w]) ordinem et expungnare totam[x]) ewangelicam veritatem, ubi scriptum est[2]): „Primum querite regnum dei[y]) et iusticiam eius, et hec omnia

---

[a]) Christum Jhesum *GHI.* [b]) anime *B.* [c]) ad ea — tota die *om. EFGHI.* [d]) et *EFGHI.* [e]) *om. E.* [f]) quorespondenter *F.* [g]) ama rent se *GH.* [h]) *om. B.* [i]) mundo *false A.* [k]) et forma *false AB;* necessaria huius mundi, forma *tantum EFG.* [l]) et non *false AB.* [m]) cupide *BH.* [n]) et querunt *FGHI.* [o]) depostfetentes *EFGHI.* [p]) indicat *FG.* [q]) *hac voce D 1. 2. contin.* [r]) dominum deum *D 2.* [s]) preponderare *D 1;* ponderari *I.* [t]) *om. EFGHI.* [u]) cicius *E.* [v]) acceptare bona *I.* [w]) rectum *D 2;* totum *E.* [x]) *om. D 2.* [y]) dei, etc. *D 1. 2, cet. om.*

[1]) *Matth. VII. 23.* [2]) *Matth. VI. 33.*

adicientur vobis." Veritas namque, que est in Jhesu, wult, ut christiani non tantum non equipparent[a]) bona temporalia bonis supercelestibus, que habemus a deo per Christum Jhesum, sed ut[b]) non nisi ut vanitas habeantur, et in conparacione spiritualium veluti dampna arbitrentur et quasi stercora contemnantur[c]). Sed quia ab hac veritate longe ypocrite recedunt ac recesserunt, ideo audient a veritate[1]): „Discedite a me, operarii iniquitatis."

Ponitur tercio in regula, quod ypocrite inquirunt suos questus et explent suam cupiditatem eciam per res et in rebus religionis christiane, id est[d]) quia comparant sibi primum aliquos tytulos graduum et dignitatum in dei ecclesia, recommendaciones, aut quevis nomina laudis et honoris, utpote dyaconatus, sacerdocii, baccalarii vel magistrarii[e]), et cetera[f]) huiusmodi, per que ulterius se procurant ad ampliora promoveri, aut nomen[g]) religiosi vel nomen[h]) scientifici et devoti[i]) et virtuosi. Negociantur insuper suum lucrum in rebus divinis et per res divinas, solum ad salutem animarum Christi Jhesu morte et sanguine ordinatas et comparatas. [f. 59b] Cum hoc eciam alii hidem[k]) cupidi christiani per talia, ut dictum est, utpote tytulos[l]) et species[m]) religionis volunt venire ad noticiam ecclesie et amicorum huius mundi, non autem ut notificetur per eos Christus Jhesus populis[n]), sed ut ipsi per ista notificentur et[o]) per consequens dilatentur inique et[p]) inpigwentur[q]). Quinymmo huiusmodi ut communiter non probantur[r]) dominum Jhesum habere digne in noticia et hunc crucifixum, sed magis hoc seculum et personas magnas huius mundi. Ideo dominus Jhesus correspondenter et tercio in verbis premissis dicit ad tales[s]): „Non novi vos", ac si dicat: Quia[s]) vos noti esse a mundo prius et amplius quam michi[t]) curavistis[u]), ideo ego eciam modo non novi vos. Et quia vos me Jhesum consputum[v]) et crucifixum

---

[a]) equipperant *(sic) GH.* [b]) *om. E.* [c]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Omnis ypocrita &c., *v. infra p. 275, lin. 11.* [d]) id est *om. B.* [e]) magistrarii *EH;* magistri *cet. cod.* [f]) cetera ulterius *corr.* cetera *A;* ceteri *(sic) E.* [g]) nomine *E.* [h]) nomine *E.* [i]) docti *EFGI.* [k]) alii hidem *A;* alii hiidem *B;* quod idem *EFGHI.* [l]) per tytulos *E;* in tytulos *I.* [m]) spes *B.* [n]) Jhesus populis *om. B.* [o]) *om. E.* [p]) *om. E.* [q]) in *add. sup. lin.;* in *om. BFGHI.* [r]) probantur *EI;* probant *cet. cod.* [s]) Qui *F.* [t]) quam michi *om. GI.* [u]) curastis *EFGHI.* [v]) consputum — me Jhesum *om. EFGHI.*

[1]) *Matth. VII. 23.* [2]) *Matth. VII. 23.*

habere in noticia non laborastis neque festinastis, ideo eciam non novi vos ex vestro nomine. Et quia vos me Jhesum crucifixum et cum iniquis ab hoc mundo et cum stultis deputatum erubuistis confiteri coram[a]) hominibus et notificare, ideo modo vos iniquos operarios ego nosse erubesco, quasi pater erubescit[b]) pro iniquo filio et quasi dominus erubescit[b]) super suo[c]) nequam servo[d]) et infideli. Iterum[e]), quia vos non novistis inquirere vitam, veritatem et graciam, quam ego in hominibus usque modo operor, existentes occupati circa inquisicionem eorum, que vestra sunt, quapropter ego eciam modo non novi vos adhuc, ut salutem vestram operarer in tempore oportuno[f]). Ideoque discedite iam[g]) a me, operarii iniquitatis, quia non novi vos[h]).

[f. 60b] Capitulum quintum[i]).

Qui magis proprie[k]) possunt dici ypocrite et in summo gradu consistentes[l]).

Nunc ad prosequendum de ypocritis est veniendum, qui magis proprie dicti sunt ypocrite et possunt dici quasi in gradu summo ypocrisis consistere, quos visum est per ántonomasiam, id est propter excelenciam, in eo super alios reprobos circa fidem Jhesu nuncupare. Quem modum loquendi vel istos ypocritas sic exprimendi accepi a beato Paulo, qui huiusmodi[m]) sic inventus est nominasse, et[n]) ex eo, quod dicit Roma.[o]) 1° e.[p])[1]): „Et sicut non probaverunt habere deum in noticia, tradidit eos[q]) deus in reprobum sensum.“ Et 2ª Cor.[r]) ultimo ad idem dicit[2]): „An non cognoscitis vosmet ipsos, quia Christus Jhesus in vobis est?“ Tunc ad propositum: „Nisi forte reprobi estis. Spero[s]) autem, quod congnoscitis, quia nos non sumus reprobi.“ Et licet extenso[t]) no-

---

a) et coram *I*; quoram *G*. b) erubescat *E*. c) *om. H*. d) *om. E*. e) Item *EFHI*. f) oportune *EFGHI*. g) *om. FGHI*. h) *residuum fol. 59b et folium 60a in cod. A vacua sunt, sed nihil deficit.* i) *ita A*. [Sequitur *EH*] capitulum XXI. *EF (rubr.) H; om. BGI*. k) *om. EFGHI*. l) *ita B et F rubr., EGHI; om. A*. m) modi *om. B*. n) *om. B*. o) ad Roma *FGHI*. p) e. *om. EFGHI*. q) *add. A in m.; om. B*. r) ad Cor. *FGHI*. s) Spero — reprobi *om. E*. t) estento *B*.

1) *Roman. I. 28.* 2) *II. Cor. XIII. 5—6.*

mine quilibet iniquus christianus potest dici reprobus in fide Jhesu Christi, et[a]) idem significat, quod reprobatus[b]), tamen hic reprobos voco illos ypocritas, qui, cum dominum Jhesum crucifixum congnovissent, non sicut deum glorificant neque gracias sibi agunt, sed evanuerunt[c]) in cogitacionibus suis[1]); quia non probaverunt pium Jhesum crucifixum habere in noticia, misit illos filius dei unigenitus in reprobum sensum[2]), ut cum magnis laboribus suorum studiorum velint suam iusticiam statuere, et per omnia, ad modum Aristotelis aut Platonis ceterorumque philosophorum, credunt se posse ad vitam virtuosam pervenire per studia propria et virtutes usuales, multum per hoc ad viam et heresym Manicheorum declinantes.

Item volunt et credunt se posse iustificacionem assequi per multos labores et expensas, observantes mandata et doctrinas hominum studioseque currentes secundum adinvenciones novas, observancias et cerimonias omnes recentes, quas ita tremunt[d]) et preponderant usque ad summam sanctitatem et salutis necessitatem; quibus tamen Jhesus crucifixus factus est tamquam mortuus a corde, et nequaquam habent spiritum eius neque vident eum nec sciunt eum: ideoque singula sua faciunt serviliter et in spiritu timoris penosi, de lege vero perfecte libertatis nichil norunt[e]), que est in spiritu Jhesu Christi.

Unde isti nichil vel modicum videntur differre a scribis et phariseis ypocritis in veteri[f]) populo Judeorum, quibus dominus Jhesus multipliciter ve ve est comminatus, et Paulus apostolus per multa tales visus est reprobare a Christi Jhesu fide et expungnare. Et tota scriptura divina atque omnis fides catholica clamat, predicat et confitetur, quod Jhesus crucifixus ipse[g]) unicus et ipse solus est redempcio et iusticia omnium in se credencium, ipse solus omnis virtus et omnis sapiencia cuilibet christiano, ipse alpha et omega, principium et finis[3]), et quod ipsum[h]) primum et immediate oportet induere et spiritum eius omnis, qui cupit[i]) vel curat esse iustus,

---

[a]) et *E; om. cet. cod.* [b]) reprobus *FGHI.* [c]) evenuerunt *false B.* [d]) premunt *(sic) E.* [e]) noverunt *EFG.* [f]) in veteri lege *EFGHI.* [g]) ipse est *GI.* [h]) ipsum *FGHI;* ipse *cet. cod.* [i]) eripit *corr.* cupit *A manu poster.;* eripit *B.*

[1]) *Cf. Rom. I. 21.* [2]) *Cf. Rom. I. 28.* [3]) *Cf. Apoc. I. 8.*

sanctus aut virtuosus, quoniam ipse unicus et solus est via, veritas et vita [1]). Quapropter ipsum solum primum et ex toto [a]) oportet inquirere, ipsum sanctificare, glorificare et portare in [b]) corpore et in anima, qui solus nos redemit precio magno, sagwine [c]) sui cordis.

Capitulum sextum [d]).

Quod ypocrite, cum multa et singula [e]) pro iusticia propria [f]) fecerint [g]), unum tamen [h]) obmittunt solum et summe oportunum [i]).

Non norunt [k]) hoc aut pocius negligunt et contempnunt ypocrite isti, quos notat hic sermo, reprobi [l]) circa fidem, quia evanuerunt in cogitacionibus suis, et dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, et obscuratum est cor insipiens eorum [2]), ut ex permissione [m]) dei videntes, non videant, et legentes atque audientes tota die, non moveantur, non intelligant, — notati [f. 61a] per quinque fatuas virgines in parabola [3]). Que quamvis integram fidem et inviolatam conservant [n]) (propter quod virgines dici merentur) et decem precepta magna dei omnia [o]) adimplent (ut denarius virginum numerus designat) et omnes suos quinque et quinque [p]) sensus [q]) sub disciplina custodiunt (sicut divisionis virginum quinarius [r]) exprimit), insuper opera bona et misericordiarum tenent in [s]) suis manibus (prout lampades adornate in manibus virginum dant intelligere), et iam reliquerunt mundum cum suis vanitatibus, conversi [t]) ad dominum deum suum (quod exprimit exitus omnium obviam sponso et sponse), ad hec caritatem quidem habent ad deum, quamvis tepidam, et ad proximos (quod significat, quia lam-

---

15) De decem virginibus *A*.

a) et ex toto *om. I.* b) *om. E.* c) et sagwine *GI.* d) Capitulum quintum. [Sequitur *EH*] capitulum XXII. *EF (rubr.) H; om. BGI.* e) sui gloria *(sic) E.* f) proprie *I.* g) fecerunt *HI.* h) tantum *E.* i) *ita AB (rubr.) E (add.* Ave Maria *rubr.) F (rubr.* Sequitur *add.) GHI.* k) noverunt *E.* l) reprobos *GH.* m) promissione *BE.* n) conservant *E;* conservent *cet. cod.* o) dei magna diligencia *FGHI.* p) et quinque *om. I.* q) et quinque sensus *om. EFGH.* r) quernarius *BG.* s) *om. E.* t) *ita omnes cod.*

1) *Cf. Joann. XIV. 6.* 2) *Cf. Rom. I. 21—22.* 3) *Cf. Matth. XXV. 1—12.*

pades fatuarum virginum non iam erant extincte, sed adhuc ardebant[a]) utrumque[b]), licet deficiendo, — nam dixerunt fatue ad sapientes virgines: „Date nobis de oleo vestro, quia[c]) lampades nostre[d]) extinguuntur“[e]): et ecce, horrendum auditu[e]), et quod potest timore et tremore quemlibet christianum conquassare, puta quod istis omnibus stantibus et habitis[f]) perfeccionibus et virtutibus, scilicet integritate[g]) fidei in deum, observancia dei mandatorum, assit eciam modestia et composicio omnium sensuum hominis[h]), operacio virtuosa et opera misericordie in manibus, contemptus mundi cum vanitatibus, exitus in occursum dei per preparacionem vite ydonee et precinccionem[i]) lumborum. O pie Jhesu crucifixe, miserere mei, tui miseruli famuli, quia ecce medietas talium est in dei iudicio rigido inventa fatuorum et reproborum circa fidem Jhesu Christi!

Quis, obsecro, ergo poterit salvus esse, cum hec ita agantur et legantur? Ille plane solus poterit salvari[k]) et ipse tantum, qui[l]) in veritate fuerit[m]) repertus in Christo Jhesu, non habens suam propriam iusticiam, sed qui solum unicum Jhesum crucifixum pro summa salute et iusticia perfecta requirit et expectat, quoniam scriptum est[l]): „Nichil est amplius dampnacionis in hiis, qui sunt in Christo Jhesu.“

Quare ista predicta multitudo et talis et tanta invenitur esse fatua et reprobata, nisi ideo, quia, iusticiam suam quandam habens vel promittens se habere ex[n]) et per[o]) observancias legales quasdam et studia humana et secundum doctrinas hominum adinventa et comparata, minus digne curavit Jhesum crucifixum atque non satis sedule et grate ipsum unicum inquisivit neque ipsum tenuit neque glorificavit neque amavit? Ergo defuit eidem multitudini unum porro necessarium ad iusticiam et salutem, et illud est oleum, id est caritas ardens vel ignita ad Christum Jhesum, — caritas inquam digna sponso tam amabili et eo

---

[a]) ardebant *FGHI;* credebant *ABE.* [b]) utrumque *FGHI;* utcumque *ABE.* [c]) quia — extinguuntur *om. E.* [d]) lampade *tantum G.* [e]) auditu est *F.* [f]) habitus *false E.* [g]) integrare *(sic) B;* integritatem *false FG.* [h]) hominis *corr.* omnis *F.* [i]) precinccione *false BEH.* [k]) salvare *corr.* salvari *A.* [l]) *om. E.* [m]) fuit *E.* [n]) *om. EFGHI.* [o]) *om. I.*

[l]) *Rom. VIII. 1.*

zelote, quam unicam wlt habere a suis amatoribus, quos sic amat [et][a]) usque ad talem mortem suam adamavit sic amaram (propter quod dixit[1]): „Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut ardeat“), et quandam[b]) similem fatuis virginibus. Hec[c]) dicit Appoc. 3°[2]): „Amen, testis fidelis et verus, qui est principium creature dei. Scio opera tua, quia neque calidus es neque frigidus: utinam frigidus esses aut calidus[d]); sed quia tepidus es et neque frigidus[e]) neque calidus, incipiam te evomere de ore meo. Quia[f]) dicis, quod[g]) dives sum et locupletatus[h]) et nullius egeo, et nescis, quia tu[i]) miser es et miserabilis et pauper et cecus[k]) et nudus, suadeo tibi emere a me aurum ignitum et probatum, ut locuples fiás et vestimentis albis induaris, et[l]) non appareat confusio nuditatis tue et collirio inunge oculos tuos, ut videas.“ „Ego sto ad hostium et pulso, et si quis“[m]), etc., ibidem[3]). [f. 61b] Cur autem predicta multitudo sit secundum faciem iustorum et sanctorum fatua probata[n])? Quia unico vero et compendioso obmisso vel ad plenum non habito, — id est ignita caritate ad Jhesum et nupciali, quod habendum unicum necessarium clamat tota professio christiana et series scripturarum, — miro modo abducti et obcecati huiusmodi, vigilant, laborant, torquent et contorquent[o]) semetipsos[p]), quasi gens, que iusticiam fecerit, suam iusticiam volentes assequi et tenere, quam homines doctrinis suis variis compinxerunt et multis promissionibus incertis munierunt[q]). Que omnino[r]) ipsis non proderunt in tempore respectus domini, et cum venerit ad iusticias hominum iudicandas, quoniam virgines iste fatue non sunt vise esse fatue neque in aliquo deficere, antequam clamor in media nocte factus est: Ecce sponsus venit[4]), sed in extremo articulo et agone iudicii fatue esse sunt probate et reprobate; ideo ex magna necessitate ad huiusmodi dictum est[5]): „Utinam saperent et intelligerent et novissima providerent.“

---

[a]) *add. ab ed.* [b]) quandam *FGH;* quendam *cet. cod.* [c]) Hic *GHI.* [d]) Utinam esses calidus *tantum B.* [e]) neque frigidus *om. E.* [f]) Qui *B.* [g]) *om. E.* [h]) locupletus *E.* [i]) *om. E.* [k]) et cecus *AFGHI.* [l]) ut *EFGHI.* [m]) michi aperuerit *add. FGHI.* [n]) est probata *ABE;* probata *FGHI.* [o]) et contorquent *om. EFGHI.* [p]) seipsos *EFGHI.* [q]) innuerunt *EF.* [r]) omnia *E.*

[1]) *Lucae XII. 49.* [2]) *Apoc. III. 14—18.* [3]) *Apoc. III. 20.* [4]) *Matth. XXV. 6.* [5]) *Deuteronom. XXXII. 29.*

Quam ob rem in ista nocentissima et subtili ypocrisi laborantibus succurrendum estimavi[a]), et[b]) detegens eandem volentibus contra ipsam vigilare et ab eius fermento attendere, pono istam regulam vel proposicionem[c]): Consuescere tantum corporaliter[d]), etc.

Capitulum septimum[e]).

Incipit regula tercia et ipsius auctoritates et raciones[f]).

Consuescere corporaliter tantum[g]) ea, que sunt religionis christiane, et propter seipsum in talibus corporalibus[h]) propriam iustificacionem querere et amare, propter ea et in[i]) hoc placere sibi ipsi. Aut sic clarius et magis expresse: Omnis[k]) ypocrita leviter accipit mandata dei et omnis divina scriptura et verba dei apparent sibi quasi communia et inveterata, et pertractat ea sine gaudio spiritus et utitur eis quasi cerimoniis[l]) legis Moysy ac observacionibus corporalibus[m]). Et ab[n]) amore sui[o]) ipsius agitatus et a timore dei, serviliter magnopere querit suam iusticiam statuere et augere conatur cum laboribus eandem per adinvenciones[p]) proprias et doctrinas hominum[q]). Magnipendit[r]) eciam mandata et adinvenciones hominum[s]) plus quam dei mandata in tantum, quod eciam dei mandatis non habitis et obmissis putat se digne collere deum et timere precise adinvencionibus hominum. Et prompte ipsa operatur ac diligit zelaturque multum pro huiusmodi cerimoniis et observanciis, sola consuetudine ad hoc inbutus et agitatus, per ea iustificat seipsum, ignarus dei iusticie et Christi Jhesu caritatis.

---

7) 3ª regula *A rubr.*

a) existimavi *B.* b) *om. F.* c) *hac voce finitur cap. in cod. FG; E add.:* declaratam per auctoritates et raciones diversimodas, etc. d) tantum corporaliter *om. HI.* e) *ita AB (rubr.).* [Sequitur *H*] capitulum XXIII *EFH; om. GI.* f) *ita AB (rubr.) EF (rubr.) GHI.* g) tantum corporaliter *FGHI.* h) *om. EFGHI.* i) *om. GHI.* k) *contin. D 1. 2.* l) cerimonia *A post corr.;* cerimonie *B;* cerimonia *D 1;* cerimoniis *EFGHI.* m) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Quod autem &c., *v. infra p. 282, lin. 26.* n) *om. I.* o) *om. E.* p) inadvenciones *E.* q) omnium *false A.* r) Magnipendunt *AB.* s) et conswetudinem ipsorum ab antiquo fore *add. EFGHI.*

Hec autem tercia regula tracta est de illo textu Luce XII. a.[a]), ubi dicitur[1]): „Attendite a fermento phariseorum, quod est ypocrisis", cum illo addito, quod M[t]. XV. b.[b]) dicitur ad ypocritas[2]): „Quare vos[c]) transgredimini mandatum[d]) dei propter tradiciones vestras?", et paulo post[3]): „Ypocrite, bene prophetavit de vobis Ysayas[e]): „Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe et a me." Sine causa autem[f]) colunt me, docentes doctrinas et mandata hominum."

Raciones huius regule sunt hee[g]):

Prima, quia tales sunt exortes[h]) a spiritu Jhesu et per consequens vani[i]) in semet, corrupti[k]) mente[l]), curiosi[m]) inquisitores in illis, qui apparent boni, ut sunt quidem[n]) species virtutum, et in sapiencia et sciencia carnis, quibus occupati et splendidi facti in populis, amplius decipiuntur, quia scriptum est[4]): „Vanus est omnis homo, in quo non subest sciencia dei." Et perinde sunt corrupti mente, quia[o]) placent sibimet[p]) per cupidum sui amorem et retinent propriam voluntatem, placent insuper hominibus ex eodem amore et in eo delectantur, et admittunt illud eciam in hiis, que sunt Christi Jhesu, et ita fiunt reprobi circa fidem. Igitur omne illud, [f. 62[a]] quod accipiunt, in similem naturam convertunt, et per consequens ea, que sunt legis divine, similiter ad suam vanitatem transferunt et ad carnem, id est carnalem concupiscenciam[q]) et iusticiam hominum apparentem et corporalem, vel que est solum extrinseca secundum opera hominum habencia racionem et similitudinem honestatis et pietatis, sed sine dei iusticia, que est fides[r]) et caritas in Christum Jhesum.

Propter quod dominus, plantans et edificans suam iusticiam, que ex deo est tantum, et scienciam ac virtutem, dicebat[5]): „Si quis wult venire ad[s]) me, abneget semetipsum"[t]),

---

a) a. *om. EFGHI.* b) b. *om. EFGHI.* c) *om. EFGHI.* d) mandata *BE.* e) Ysayas, dicens *E et biblia.* f) *om. EFGHI.* g) hee *EFGHI*; hec *AB.* h) exsortes *BEFGH.* i) *om. B.* k) et corrupti *F.* l) *ita A*; *om. BEFGHI.* m) seriosi *(sic) E.* n) quedam *EFGH.* o) qui *B.* p) sibimet ipsis *FGHI.* q) complacenciam *EFGHI.* r) fides, spes *EFGHI.* s) post *B.* t) *E add.*: et tollat crucem suam et sequatur me." Ibi dicitur: „Semet ipsum."

1) *Lucae XII. 1.* 2) *Matth. XV. 3.* 3) *Matth. XV. 7—9.* 4) *Sap. XIII. 1.* 5) *Matth. XVI. 24.*

id est nichil retineat de sua iusticia et sciencia veteri et antiquata[a]). Sicut alibi[b]) scriptum est[1]): „Recedant[c]) vetera de ore vestro, quia deus scienciarum dominus, et ipsi[d]) preparantur cogitaciones.“ Dominus ergo, dives et omnipotens in omnes, ipsemet et non alius voluit esse perfecta virtus et sapiencia et iusticia omni credenti secundum operacionem sui spiritus in nobis, ut non glorietur omnis caro[2]). Sed quicumque gloriatur, solum in domino Jhesu unico glorietur[e])[3]). Quamobrem non eget deus[f]) mendacio nostro, id est vana[g]) nostra sapiencia et falsa iusticia, que non est ex deo, ymmo neque communicare wult cum ea. Ideo est, quod quicumque iustus sibi[h]) videtur vel sapiens in hoc mundo, abneget seipsum[i]) et stultus fiat, ac sit[k]) in Christo et[l]) per solum Christum iustus et sapiens, ut solum deus gloriam habeat in veritate[4]). Et ideo Christus noluit opus sue sapiencie et virtutis operari atque iusticiam suam[m]) in scribis et sapientibus et prudentibus huius mundi neque in phariseis et secundum suam estimacionem iustis, quia erant inepti ad opus Jhesu eo, quod propria sua sapiencia carnali et iusticia extrinseca et inveterata erant occupati et corrupti. Propter quod dixit ad tales Mt. IX.[5]): „Nemo mittit commissuram[n]) panni rudis in vestimentum vetus; neque mittunt vinum novum in utres[o]) veteres; sed vinum novum in utres[o]) novos mittunt, et ambo conservantur.“ Et alibi dicit[p])[6]): „Ecce, ego nova facio omnia.“ Et in propheta[7]): „Novate vobis novale.“

Quia ergo christiani moderni inveterati[q]) sunt et claudicaverunt a semitis vestigiorum Christi[8]), neque sunt de vase in vas transfusi[9]), numquam proprie abnegant et[r]) abnegaverunt semetipsos, sed mira conposicione fit in eis, non sine altitudine Sathane, ut placeant sibi in sua sapiencia acquisita et naturali et decore apparentis iusticie et pulchre ordinacionis ac secundum

---

[a]) antusta *B.* [b]) et alibi *EFGI.* [c]) Recedant *FGI et biblia.* Recedent *cet. cod.* [d]) ipsi *EFGHI et biblia;* ipsis *AB.* [e]) gloriatur *corr.* glorietur *A.* [f]) dominus *corr.* deus *A; om. E.* [g]) nova *corr.* vana *A;* nova *BEFGHI.* [h]) sibi — iustus *om. E.* [i]) semetipsum *FGHI.* [k]) ac sit *FGHI;* ac si *AB;* ut sit *biblia.* [l]) aut *FGI.* [m]) *om. B.* [n]) commixturam *FGHI.* [o]) uteres *H.* [p]) *om. H.* [q]) inveterati *om. ABE.* [r]) vel *AEFGHI.*

[1]) *I. Reg. II. 3.* [2]) *Cf. I. Cor. I. 29.* [3]) *Cf. I. Cor. I. 31.* [4]) *Cf. I. Cor. III. 18.* [5]) *Matth. IX. 16—17.* [6]) *Apoc. XXI. 5.* [7]) *Jerem. IV. 3.* [8]) *Cf. Psalm. XVII. 46.* [9]) *Cf. Jerem. XLVIII. 11.*

speciesa) pietatis, ut nichil reprehensibile secundum homines videatur. Accedit b) ad hoc laus hominum, commendans multipliciter eorum c) opera. Unde adhuc magis nubillantur et firmantur d), tamquam sint sancti et iusti, cum tamen omnia e) eorum sint amara Christo velud absinthium f) et fermentata fermento phariseorum et scribarum, quod est ypocrisis. De quo multa infra dicentur.

Secunda racio regule est, quia lex Christi spiritus est et vita, ipsi autem sunt carnales et post carnem abierunt: ideo non sapiunt, que locuntur g) de lege Christi vel quid faciunt, quoniam animalis homo non percipit ea, que sunt spiritus dei [19]). Quapropter ex usu cottidiano et antiquo eorum, que sunt legis Christi et religionis christiane h), firmatur in ipsis ypocritis magna consuetudo et componitur ex talibus asuefaccionibus pulchra vita christiana secundum honestatem huius mundi ita, ut ipsi libenter et cum delectacione talia operentur, sed omnia sine spiritu Jhesu Christi, sed i), ut dictum est, ex solo usu, et ideo fit in k) eis vita illa apparere l) recte quasi pulchra virgo sine vita vel sicut statua salis lapidea, in quam fuit uxor Loth conversa [1]). Habebat siquidem omnem formam mulieris precedentis [f. 62b] et totam similitudinem m) afforis, et tamen intus iam non erat n) spiritus et vita, sed mortuus lapis: ita isti christiani, compositi afforis secundum consuetudines legis christiane, sed o) in spiritu mentis mortui p), quia non ardet in eis amor sponsalis ad Jhesum crucifixum.

Et nota hic q), quod omne r), quod dicitur de uno homine ypocrita, ita de multis, ita de uno conventu s) vel integra religione et similiter de tota multitudine falsorum christianorum presentis seculi sibi in eo similium, qui t) rite ea, que christianitatis sunt u), videntur facere et ad v) plenum exequi prompte et libenter, sed tamen ex sola consuetudine firmata, non ex spiritu

---

19) Statua salis *FGI.*

a) speciem *B.* b) Accedit autem *E.* c) ipsorum *EFGHI.* d) nubillatur et firmatur *AB.* e) omnia opera eorum *EF;* omnia eorum opera *GHI.* f) absintheum *EGH.* g) leguntur *corr.* locuntur *A.* h) christianis *B.* i) secundum quod *FI;* secundum ut *GH.* k) *om. E.* l) apparens *E.* m) tota similitudine *FGHI.* n) *ita EFGHI; om. AB.* o) *om. B.* p) proprie *(sic) E.* q) *om. EI.* r) omne hic *I.* s) concentu *(sic) A.* t) quod *AB.* u) *om. B.* v) *om. I.*

1) *Cf. I. Cor. II. 14.* 2) *Cf. Gen. XIX. 26.*

Jhesu crucifixi vel non[a]) ex caritate ipsius, eo quod non afficiuntur amore ad eum[b]) forti et fideli, nisi forte tepide vel[c]) naturaliter solum[d]), veluti gentiles ad suos deos vel Judei. Et idcirco omnes tales sunt fatue virgines et reprobi circa fidem.

Tercia racio est, quia huiusmodi ducuntur[e]) solum dumtaxat iudicio sensus et estimacione mundiali; ad quod iudicium sequitur sine contradiccione magnificare ea[f]), que sunt hominum et[g]) huius mundi, vel ea, que sunt apparencia coram hominibus, et tremere[h]) a facie ipsorum, utpote sunt cerimonie et quedam observaciones et doctrine hominum, — que autem sunt magna in veritate et in spiritu dei, ea non attingere, sed neque inquirere, quia iudicium carnis illinc[i]) nequit aspirare, ymmo talia, que domini Jhesu iudicio sunt apprehensive virtutis[k]), carni[l]) et mundo[m]) exhibent se materia remota et adversa. Quam ob causam omnia, que legis sunt christiane, miro modo huiusmodi[n]) subdunt carnali observacioni et quadam necessitate obligantur in eisdem, non intelligentes neque inquirentes in ipsis veritatem vite aut spiritus, sed utuntur ipsis serviliter tantum, quasi Moyses et Judei typyca et mortua sua litera; iti isti habent se in[o]) intellectu ad observancias religionis christiane; de quibus manifeste[p]) scriptura[q]) dicit[1]): „Vitula Effraym docta diligere trituram."

Quarta racio[r]) est, quia spiritus ille appostaticus, qui omne sublime videt, sathagit in singulis fermentum sue pestis inmiscere. Postquam siquidem in talibus incitata[s]) et conducta eorum[t]) concupiscencia, per eundem[u]) spiritum devocionis extingwit, in torporem mittens et soporem letalem leviter et dulciter intoducens[v]) homines, relaxat disciplinam[w]), proposita bona extenuat et desideria sanctitatis mortificat et abradit, illico prestringit hominis oculos quibusdam adinvencionibus et observacionibus supersticionum corporalium et in ta-

---

a) *om. EFGHI.* b) deum *FGHI.* c) et *EFGHI.* d) naturaliter solum *om. BE.* e) dicuntur *A (ante corr.) FGI.* f) *om. E.* g) vel *E.* h) tremore *(sic) E.* i) illuc *E.* k) *ita omnes cod.* l) carnis *corr.* carni *EFGHI;* carnis *AB.* m) mundo *EFGHI;* mundi *AB.* n) *om. EFGHI.* o) *ita E;* ista habent sine *cet. cod.* p) mathonomice *FH;* mathanomice *G;* methonomice *I.* q) scriptura *EFGHI;* scriptum *AB.* r) regula *(sic) I.* s) fuerit insita *E.* t) eam *E.* u) eundem *EF;* eandem *cet. cod.* v) introducit *B.* w) laxat hominis disciplinam *FGI.*

1) *Oseae X. 11.*

libus swadet et promovet hominem christanum laborare, ut in talibus homo suas iustificaciones reponat et spem sibi promittat, non habens spiritum Jhesu crucifixi; et ideo non inmittit[a]) homini tali contra fidem vel[b]) contra mores temptamenta[c]), ut siccine quietetur et sopiatur, confidens iam de sua diutiva sanctitate, quatenus postremo ita hominem[d]) circumveniat et gluciat, tunc, quando omnes iusticie hominis ypocrite sine Christi Jhesu spiritu apparuerint[e]) tamquam pannus menstruate; et tunc omnis spes peribit[f]) et tunc turbo aufferret[g]) eum, tamquam pulverem, quem proicit[h]) ventus a facie terre.

Hec autem omnia et singula fuerunt[i]) propriissime in Sampson[k]) et Dalila[l]) figurata[m]), utpote in dormicione Sampson in gremio Dalile[n]), in crinium eius abrasione, in oculorum ipsius Sampson eruicione, in eo, quod Sampson iam cecus mollivit in mola Philisteorum[o]) et lusit coram eis, que omnia suis locis congrue applicanda relinquo inquisitori[p]) scripturarum studioso[1]).

Hec autem iustissime ypocritis neccesse est evenire, quia Christo Jhesu pro[q]) se crucifixo se gratos [f. 63a] nesciunt neque volunt exhibere, ut sibi, qui se redemit, totaliter viverent et sibi soli amorem et gloriam cumularent, sed evanescunt in cogitacionibus suis, dicentes se sapientes et iustos, stulti sine Jhesu[r]) crucifixo constituentur et iniqui[s])[2]).

---

12) Similia ipsius et Dalide *(sic) FGI.*

a) non eciam mittit *E.* b) et *EFGHI.* c) tentamenta *F.* d) homo *B.* e) apparebunt *E.* f) perhibit *H (ubi constanter h ante vocalem ponitur.* g) auferebit *(sic) E.* h) proiecit *E.* i) fiunt *A;* sunt *FGHI.* k) Sampsone *B.* l) Dalida *omnes cod.* m) prefigurata *G.* n) Dalide *BEH;* Dalile *cet. cod.* o) Philistiorum *B.* p) scriptori *corr.* inquisitori *A;* inquisicioni *B;* inquisitori *EFGHI.* q) per *H.* r) *om. EFGHI.* s) et cetera *add. B.*

1) *Cf. Judicum VII.* 2) *Cf. Rom. I. 21—22.*

Capitulum octavum[a]).

Quod vicia ypocritarum possunt utiliter in[b]) publico reprehendi modeste et in communi[c]).

Pensanda[d]) itaque sunt hic verba Salvatoris pro hac regula superius[e]) allegata, ubi dixit[1]): „Attendite vobis a fermento phariseorum, quod est ypocrisis.“ Incidentaliter tamen prius est hic advertendum, quod inmediate[f]) ante premissa[g]) verba auctoritatis d.i notatur[h])[2]): „Tunc cepit dicere Jhesus ad discipulos suos, dicens: Attendite, vobis“, etc. Ubi manifeste confutantur illi et convincuntur, qui dicunt predicatoribus[i]), quod non sint peccata increpanda et[k]) detegenda regularium et monachorum, quamvis universali[l]) sermone, tunc, dum fit exortacio ad vulgus plebeium[m]); super quo eciam non modice predicatoribus indignantur clerici et religiosi, dicentes, quod per hoc reddant plebibus eos contemptos et exosos, ac si nescirent vel nolint scire morem et facta Jhesu crucifixi hic et in multis locis aliis ewangelii, in quibus ex proposito[n]) coram vulgaribus detexit ypocrisym et iniquitates religiosorum, magistrorum et sacerdotum et est hortatus[o]) suos discipulos ipsorum doctrinam ad cavendum, quamvis et ira exinde et scandalis quaterentur[p]), prout M[t]. XV. dicitur[3]): „Disputans cum magistris eorum et religiosis de traditionibus[q]) et superstitionibus, convocatis ad se turbis, dixit eis oppositum doctrine eorum tenendum, dicens: Audite et intelligite. Non quod intrat ad os coinquinat hominem[r]), sed[s]) quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem“. Et sequitur

---

4) De scandalo *A.*

[a]) *ita A; om. B.* [Sequitur *EH*] capitulum XXIIII *EFH; om. GI.* [b]) et in *E.* [c]) *ita AB (rubr.) EF (rubr., sed* reprehendi-communi *om.), GHI.* [d]) Pensandum *H.* [e]) et in quantum *add. FGHI;* et in communi *add. BE.* [f]) immoderate *AB.* [g]) ante missa *E.* [h]) notatur *corr. ab ed. de* notantur, *ut in ABE legitur;* nominantur *FG* (ippocrite *add.) HI.* [i]) predicatores *EFGH.* [k]) nec *corr.* et *A;* nec *EFGHI.* [l]) utili *(sic) FGI.* [m]) plebium *BEFGHI.* [n]) exposito *FGHI.* [o]) ortatus *EI.* [p]) quatientur *corr.* quaterentur *A;* quatirentur *BEFGHI.* [q]) detraccionibus *(sic) FGHI.* [r]) id est animam *add. I.* [s]) sed — hominem *om. B.*

[1]) *Lucae XII. 1.* [2]) *Lucae XII. 1.* [3]) *Matth. XV. 10—11 (libere adfertur).*

notabile ad modernos, qui sunt proni ad scandala et pleni scandalis [1]): „Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis, quia Pharisei audito hoc verbo scandelizati sunt? At ille respondens, ait: Omnis [a]) plantacio, quam non plantavit pater meus, eradicabitur. Sinite eos [b]), quia ceci sunt et duces cecorum.“ Ecce, quam firma ex hoc et rata est illa doctrina Jeronimi, que dicit: „Utilius sandalum nasci permittitur [c]), quam veritas utilis populo non dicatur.“

Quod [d]) autem ayunt [e]), inquientes, quod ex talibus [f]) publicis et vulgaribus sermonibus cum detestacione criminis ac ypocrisis clericorum religiosi et sacerdotes contempnuntur et populus animatur ad eos refutandos, scire debent, quod nequaquam correccio paterna, et que a zelo sancti spiritus prolabitur [g]) in sermone, facit clerum populis [h]) contemptum, sed pocius facta detestabilia religiosorum multorum et clericorum incompositorum [i]), superborum, impudicorum [k]). Et similia multa sunt, que sacerdotes domini [l]) dehonorant, sed non fidelia verba predicantis [m]), sicut scriptum est ad sacerdotes [n]) Mt. [o]) [2]): „Vos estis sal terre. Quod si sal insulsum fuerit, ad nichilum [p]) valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus“; et iterum Mt. [q]) [3]): „Omnis doctor scriba [r]) in regno celorum, qui sic docuerit et solverit unum de mandatis hiis minimis [s]), minimus erit in regno celorum“, et per consequens si multa et magna eorum [t]) solverit, erit iniquus et contemptus in ecclesia sanctorum.

Quod [u]) si verba fidelia predicantis detegunt populo ypocrisym et iniquitates religiosorum et

---

9) Obieccio contra wlgarem sermonem *D 1.* Quidam scandalisantur ex communi et quotidiana verbi predicacione divini *D 2. ad calc. fol. super.*

12) Solucio *D 1.* Peccata clericorum manifesta sunt manifeste publicanda *D 2. ad calc. fol. infer.*

a) Omnis — eradicabitur *om. FGHI.* b) eo *E.* c) promittitur *E.* d) *hac voce D 1. 2. contin.* e) aiunt quidam *D 1. 2.* f) talibus *om. D 1. 2;* talibus et *E.* g) non prolabitur *FGHI.* h) *om. D 1. 2.* i) ocioso et *add. EFGHI.* k) *om. EFGHI.* l) dei *D 2.* m) *D 1. 2. contin. sic:* Quod si verba oc., *v. infra lin. 26.* n) de sacerdotibus *EFGHI.* o) in Mat. *E.* p) ad nichilum *BEFGH et biblia;* ad nichil *ABI.* q) in Mat. *E.* r) et scriba *B.* s) *om. EFGHI.* t) *om. FGI.* u) *hac voce D 1. 2. contin.* Que *FGHI.*

1) *Matth. XV. 12—14.* 2) *Matth. V. 13.* 3) *Matth. V. 19.*

cleri[a]) et per hoc reddunt eos contemptibiles in plebibus, iuste hoc fit et[b]) sancte ac valde utiliter

primo, quia per hoc sancti religiosi[c]) et sacerdotes, racione societatis cum iniquis nubilati[d]), et per consequens iniuste[e]) propter eos vilipensi, ad populum clarificantur, et virtus[f]) eorum per hoc declaratur, sicut[g]) scriptum est Jo. XVI. e.[h])[1]), ubi rogat Christus pro suis[i]), dicens: „Pater, sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum"; et paulo post[2]): „Et ego claritatem, quam tu dedisti michi, dedi[k]) eis";

secundo, quia tales mali clerici[l]) et religiosi[m]) [f. 63[b]] et filii Belial[n]) per publicam deteccionem eorum ypocrisis et nequicie ac per detestacionem eorum et contemptum implentur facie ignominia et rubore et sic forte saltem[o]) aliqui eorum peccatores ad cor redeunt et agent penitenciam in veritate;

tercio, quia propalantur huiusmodi et[p]) quodam modo excommunicantur[q]) de multitudine[r]) fidelium, tamquam oves contagiose et pestifere de medio sanorum et innocentum, ne et ipsi incidant in similem iniquitatis habundanciam, sicut[s]) scriptum est M[t.t])[3]): „Exibunt angeli et separabunt impios de medio iustorum." Quod convenienter de verbo p edicacionis est accipiendum; et alibi ad idem scriptum est[4]): „Mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala";

quarto ideo est utile in generali increpare ypocritas et detegere in publico, ut simplicitas populi plebei lupos rapaces non sequatur[u]), sed inde sciant[v]), quibus debeant[w]) adhereri[x])

---

3) 1° *E.*
11) 2° *E.*
16) 3° *E.*
25) 4° *E.*

[a]) clericorum *EFGHI.* [b]) ac *FGI.* [c]) *om. H.* [d]) deputati *EFGH.* [e]) iuste *(sic) EFGHI.* [f]) virtutes *H.* [g]) sicut — dedi eis *om. D 1. 2.* [h]) Joh. XVIII *E;* e. *om. EFGHI.* [i]) prorsus *B.* [k]) do *B.* [l]) sacerdotes *EFGHI.* [m]) religiosi mali *D 1. 2.* [n]) Babel *B.* [o]) saltim *E.* [p]) per et *A;* et *om. I.* [q]) excommunicacione *E.* [r]) ad multitudinem *EFGHI.* [s]) sicut — omnia scandala *om. D 1. 2.* [t]) in Mat. *E.* [u]) non sequatur *D 1. 2;* non sequantur *cet. cod.* [v]) sciat *E.* [w]) debeat *EFHI.* [x]) adherere *D 1. 2. FGHI.*

[1]) *recte Joann. XVII. 17—18.* [2]) *Joann. XVII. 22.* [3]) *Matth. XIII. 49.* [4]) *Matth. XIII. 41.*

et quos in consiliis precavere. Et proinde sunt omnia iam superius allegata, veluti[a]) est[b]) illud Mt. VII°[c])[1]): „Attendite vobis[d]) a falsis prophetis“[e]), et hic textus, quem tractamus[f])[2]): „Attendite[g]) a fermento phariseorum“, et[h]) Mt. XVI°[i])[3]): „Intuemini et cavete a fermento phariseorum“, etc.;

quinto, ut tollatur excusacio et defensio peccancium laycorum, qua[k]) contra deum et homines impudice[l]) solent allegare et dicere ad suos correctores: „Quid me sceleris in hoc facto vel alio[m]) arguis? Nonne hoc et simile faciunt religiosi et sacerdotes? Ideo[n]) hoc michi peccatum esse non videtur, quoniam ipsi sunt michi prestiti pro sequela et exemplo. Quid enim fecimus[o]), inquiunt, si facimus veluti nostri sacerdotes?“ Quam ob rem dignum fore arbitror, ut hii, qui publice peccant ex religiosis et sacerdotibus, publice eciam arguantur in vulgari sermone[p]);

sexta causa videtur esse potissima, scilicet quia ypocrite superinduti religione et alciori[q]) specie et statu[r]) sanctitatis, ideo amplius quam alii, quamvis ex solo usu, clamant ad Jhesum crucifixum: „Domine, domine“, et cum hoc in domo dei faciunt scelera multa; id est multa orantes, multa psallentes vocaliter et notorie multas missas cantantes et gloriose ad ostentacionem multa predicantes et similia, cum hiis male vivunt et admittunt multa contraria religioni[s]) christiane, per que reddunt religionem sanctam christianam peccatoribus detestandam, Judeis et[t]) gentibus vel[u]) christianis gentiliter viventibus. Et ita contingit, quod magnum nomen domini[v]) Jhesu, quod est super omne nomen, blasphemetur[w]) per eos inter gentes, sicut scriptum est Ezechi. XXXVI° d.[x])[4]): „Ingressi sunt ad gentes, ad quas introierunt, et polluerunt nomen sanctum meum,

---

a) velud *I.* b) *om. H.* c) *loco* Et proinde — Mt. VII° *ponitur in D 1. 2:* ut hortatur Christus. d) *om. D 1. 2.* e) prophetis, etc., et iterum: Attendite &c., *D 1. 2.* f) tractavimus *B.* g) Attendite vobis *E.* h) et — etc. *om. D 1. 2. contin.:* quinto &c. i) Mt. XIII. *false BE.* k) *om. EFGHI.* l) impudice, qui impudice *FGH*[1] *FGHI.* m) aliquo alio *I.* n) Ideo — sacerdotes *om. D 1. 2.* o) mali facimus *FGHI.* p) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Clamandum est &c., s. *infra* p. 285, *lin.* 22. q) alcioris *FG.* r) status *FGI.* s) religionis *F.* t) vel *FFGHI.* u) aut *EFGHI.* v) domino *sic I.* w) blasphematur *FFGHI.* x) Ezech. XXXVII *EFGHI.*

1) *Matth. VII. 15.* 2) *Lucae XII. 1.* 3) *Matth. XVI. 6.* 4) *Ezech. XXXVI. 20.*

cum diceretur[a]) de eis: Populus domini iste est, [et][b]) de terra eggressi[c]) sunt." Sicque fit[d]), quod iniquitas talium ypocritarum redundat in vituperium Jhesu crucifixi, sicut scriptum est[1]): „Obprobria exprobrancium tibi ceciderunt super me." Et quemadmodum superius scriptum est, ipsi sunt, qui tradunt per vitam iniquam eorum gentibus Christum Jhesum conspuendum, illudendum et crucifigendum, sicud figuratum precessit in ipsius passione[e]), quoniam principes sacerdotum et magistratus templi, postquam occulte et[f]) in cubilibus suis ac in nocte Jhesum multis sputis et contumeliis afflixerant, demum tradiderunt eum publice et iam in die Poncio Pylato presidi occidendum: ita fit hodie mistice per ypocritas Christo Jhesu.

Justum igitur et sanctum est, ut dominus Jhesus saltem aliquos habeat defensores[g]) contra talium impiorum ypocritarum falsa testimonia adversus Jhesum, cum scilicet male viventes sub nomine Jhesu et invocando Jhesum plus, quam alii, vocaliter [f. 64a], negant[h]) ipsum esse[i]) dei[k]) virtutem et dei sapienciam, ymmo per hoc facto[l]) affirmant Jhesum fautorem esse iniquitatis et non odire malum, quoniam scriptum est Ecclesiastici[m])[2]): „Secundum iudicem populi sic et ministri eius. Impius iudex impios habet et ministros."

Clamandum[n]) est igitur cuilibet fideli, et precipue predicatori, publice contra ympios ypocritas, qui non desinunt Christum crucifigere et negare, ut[o]) blasphemia, qua Jhesu magnum nomen maculant, in[p]) ipsos relidatur et „omnis iniquitas sibi ipsi menciatur"[3]), et quoniam „ipse est deus verax, omnis autem homo mendax"[4]).

Verumtamen, ut[q]) dicit propheta[5]): „Omnis homo non iudicet", et alibi[6]): „Prudens in tempore illo tacebit", quod[r])

---

22) Peccata clericorum manifesta sunt manifeste publicanda *D 2. ad calc. fol. inf.*

a) diceret *false I.* b) *add. ab ed. ex biblia.* c) aggressi *(sic) AB.* d) *ita EFGHI; om. AB.* e) passiones *(sic) E.* f) et *om. FGI;* et in cubilibus suis *om. H.* g) predicatores ac [et *I*] defensores *EFGHI.* h) legant *E.* i) *om. E.* k) de *(sic) G.* l) factum *E.* m) in Ecclesiastico *E.* n) *contin. D 1. 2.* o) et *false AB.* p) et *false D 2.* q) ut — quod *om. D 1. 2.* r) quia *E.*

1) *Psalm. LXVIII. 10.* 2) *Eccli. X. 2 (secundus versus discrepat).* 3) *Cf. Psalm. XXVI. 12.* 4) *Cf. Rom. III. 4.* 5) *Cf. Rom. II. 1.* 6) *Proverb. XI. 12.*

omnis increpacio et correccio[a]) viciorum debet esse ordinate[b]) et omnis zelus noster debet esse[c]) secundum scienciam, — quoniam[d]), sicut est Christus virtus dei, ita est eciam sapiencia dei —: hoc pro eo dictum esse putavi, quod scilicet si cuiquam predicatori placet[e]) facere disputacionem de viciis religiosorum et clericorum ad populum, fiat hoc modeste et cum decencia per sermonem generalem, sicut[f]) docet beatus Jeronimus, ita ut nulla persona singulariter denotetur, nisi forte aliquo alio casu se[g]) ingerente, ubi hoc fieri oporteret[h]). Et principaliter predicatori est cavendum, ne per sua verba in publico plebs Christi contra suum sacerdotem[i]) ordinarium in odium excitetur[k]), quia sic sua predicacio vergeret ad destruendum et non ad edificandum, quod summopere doctori est cavendum, et obviaret talis sermo sanctis[l]) scripturis, que persuadent populos *[sic]* suis prepositis esse grate[m]) obediendum[n]), eciam discolis[o]), ut sic ordo dei et unitas conservetur, quia dominus Jhesus est deus pacis et non deus dissensionis[1]). Et notanter dictum accipe contra sacerdotes proprios et ordinarios populorum, quoniam obediencia plebis ad illos[p]) multum est a predicatore commendanda, prout magister unicus[q]) et dominus Jhesus ubique plebeios ad[r]) sacerdotes suos cum debita reverencia et oblacione eisdem[s]) censuit fore plebibus obediendum, sicut scriptum est Mt.[t]) [2]): „Supra cathedram[u]) Moysy sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo, que dicunt vobis, servate et facite, opera autem[v]) eorum nolite facere.“ Inest[w]) namque[x]) semper[y]) ex quodam pacto divino spiritus Jhesu in sacerdotibus plebium ordinariis, quos vulgo vocant[z]) plebanos, et hoc est propter ordinem et funccionem[aa])

---

[a]) correpcio *B.* [b]) ordinata *E.* [c]) *loco* noster debet esse *ponitur in D 2:* ut dicitur. [d]) quoniam — sapiencia dei *om. D 2.* [e]) licet *B.* [f]) sicut — Jeronimus *om. D 1. 2.* [g]) cacu se *om. D 2.* [h]) oportet *D 1. I; post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Sacerdotes ordinarii oc., *v. infra p. 287, lin. 5.* [i]) sacerdotum *false E.* [k]) suscitetur *EFGHI.* [l]) sacris *I.* [m]) grates *I.* [n]) in bono obediendum *EFGHI.* [o]) sed non in eorum discoliis *add. EFGHI.* [p]) ṣuos *E.* [q]) unus *I.* [r]) et *FGHI.* [s]) et eisdem *EH;* et *A eras.* [t]) in Mt. *E.* [u]) cathedram *BFGHI et biblia;* cathedras *cet. cod.* [v]) secundum autem opera *FGHI.* [w]) Inde est *E.* [x]) autem *I.* [y]) *om. E.* [z]) notant *AE.* [aa]) fruicionem *E.*

[1]) *Cf. I. Cor. XIV. 33.* [2]) *Matth. XXIII. 2—3.*

officii, sicut scriptum est [1]): „Dedit illi fungi sacerdocio et[a]) habere laudem in nomine ipsius.“ Ideo est illud ewangelium Johannis in dei ecclesia solempniter divulgatum, quod de Caypha[b]) dicitur[c]) [2]): „Hoc autem a[d]) seipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit.“ Itaque sacerdotes[e]) ordinarii, quamvis sint discoli, dum[f]) tenent cathedram ecclesie, habent assistenciam spiritus sancti; et inde illa kathedra nomen sibi vendicavit, quia dicitur wlgariter ambo, eo quod non solum in ea[g]) sacerdos operatur, sed ambo, id est Christus cum sacerdote vel spiritus Christi[h]) in sacerdote[i]).

Hic itaque sermo meus et[k]) principaliter et maxime contra multitudinem ypocritarum dirigitur, qui[l]) per ostium[m]) neque ordinare in ovile ovium, sed aliunde ascenderunt, quia quotquot sunt tales, fures sunt et latrones[3]).

Capitulum nonum[n]).

Quod ypocrite non valent in privato redargui vel convinci in singulari neque cognosci, nisi a spiritualibus viris et sanctis, et quod ypocrite[o]) seipsos ypocritas esse non congnoscunt[p]).

Sequitur ulterius in textu pro ypocritis designato[4]): „Dicit dominus Jhesus discipulis suis: Attendite“. Ubi est diligenter advertendum, quod per[q]) hoc verbum „Attendite“, quod excitat actum animi[r]) ad vigilanciam, significavit[s]) difficultatem congnoscendi ypocritas, — quod lympidius in Mt. dicens[t])[5]): „Intuemini et cavete“, — et necessitatem magnam invigi-

---

5—8) Sacerdotibus, quamvis malis, adest presencia (?) spiritus sancti. Ambo qualiter dicitur *D 2. ad calc. fol. inf.* — Nota diligenter istud *F.*

[a]) *om. E.* [b]) Cagipha *H.* [c]) dixit *corr.* dicitur *A.* [d]) de *H.* [e]) *hac voce D 1. 2. contin.* [f]) cum *B.* [g]) in ea *add. A sup. lin.* [h]) sanctus *BEFGHI.* [i]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Tanta est altitudo Sathane, ɔc., *v. infra p. 288, lin. 15.* [k]) *om. FGI.* [l]) qui non *E.* [m]) hostium *BEFGHI.* [n]) *ita A; om. B.* [Sequitur *EH*] capitulum XXV. *EF (rubr.) H; om. I.* [o]) ipsi *E.* [p]) *ita AEFGHI* (et cetera *add.). B rubr. habet:* Quod — sanctis, nec se cognoscunt esse ypocritas. [q]) *om. B.* [r]) *om. G.* [s]) suscitavit *FGH;* suscitat *I.* [t]) dominus in ewangelio dicens *E;* in Mt. dominus dicit *FGH;* dominus in Mt. dicit *I.*

[1]) *Eccli. XLV. 19.* [2]) *Joann. XI. 51.* [3]) *Cf. Joann. X. 1.* [4]) *Matth. VII. 15.* [5]) *Matth. XVI. 6.*

landi contra eosdem, quod ex eo habetur, quod in tantum laboravit in docendo contra ypocrisym frequenter monendo et cum magna diligencia, ut videre poterit faciliter quilibet ewangeliorum perlustrator. Apparet eciam hoc idem, scilicet quod magna necessitas incumbit vigilandi contra ypocrisym, quia est valde [f. 64b] paleata[a]) et abscondita sub refulgencia religionis, quoniam omnes apostoli in suis epistolis valde et per plurima sunt hortati[b]) contra ypocritas vel pseudoapostolos vigilandum, presentes detegentes et expungnantes et futuros esse[c]) multo in ampliori numero promittentes et prophetantes[d]). Quorum apostolorum contra ypocritas labores et facta et dicta, si per singula hic ponerentur, prodiret nimis in longinquum; relinquo igitur inquisitori studioso illa per seipsum sciscitanda[e]) in eorum libris et documentis.

Ymmo tanta[f]) est altitudo[g]) Sathane sic ellevata in ypocritis et sic operta subtiliter, ut nullus congnoscere eos[h]) poterit[i]), nisi a spiritu Jhesu dirigatur[k]). Ideo ad literam de hoc tempore Dan. XII. f.[l])[1]) scriptum[m]) est: „Impie agent impii, et non intelligent omnes impii, porro docti intelligent"; non autem alii docti nisi illi, quos spiritus veritatis docuerit[n]), sicut scriptum est Jo.[o])[2]): „Ille docebit vos omnem veritatem", et Jo. II.[p])[3]): „Unccio[q]) docebit vos de omnibus." Insuper quis, nisi ex spiritu sancto, posset[r]) intelligere et evadere nimias[s]) tenebras et densitatem gentis Gog et Magog[4]) moderni temporis? Ideo dicit dominus de hoc tempore Mt. XXIIII.[5]): „Videte, ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum Christus[t]), et multos seducent", et Mt. XIII. dicitur[u])[6]): „Erunt autem dies illi tribulacionis, quales non fuerunt ab inicio creature usque nunc, neque fient. Et nisi abreviasset dies illos dominus, non fuisset

---

a) palliata *FGHI.* b) ortati *I.* c) eam *false I.* d) prophanantes *(sic) I.* e) siscitanda *H.* f) *contin. D 1. 2.* g) multitudo et [ac *GI*] altitudo *EFGHI.* h) *om. B.* i) possit *EFGHI.* k) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* neque in singulari poterit eosdem corrigere (congnoscere *D 2*) oc., *v. infra p. 289, lin. 19.* l) f. *om. EFGHI.* m) sic scriptum *E.* n) docuit *I.* o) in Jo. *E.* p) iterum Jo. (II.) *EFGHI.* q) *om. E.* Unccio eius *FGI.* r) possit *H.* s) minas *(sic) I.* t) Christus *FGHI et biblia;* spiritus *cet. cod.* u) *om. E.*

1) *Dan. XII. 10.* 2) *Joann. XVI. 13.* 3) *I. Joann. II. 27.* 4) *Cf. Apoc. XX. 7.* 5) *Matth. XXIV. 4—5.* 6) *recte Marci XIII. 19—23.*

salva omnis caro, sed propter electos, quos elegit, breviabit dies illos. Et tunc, si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis. Exsurgent enim pseudochristi et pseudoprophete, et dabunt signa et prodigia et portenta ad seducendum, si fieri potest[a]), eciam electos. Vos ergo videte, ecce predixi vobis omnia." Et infra ibidem g.[b])[1]): „Quod autem dico vobis, omnibus dico. Vigilate." Item hanc exquisitam faccionem[c]) multitudinis ypocritarum secundum ultimum[d]) conatum dyaboli scriptura notat, que dicit Apok. IX. a.[e])[2]): „Et apperuit puteum abissi et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magne: et obscuratus est sol et aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locuste in terram, et data est eis[f]) potestas, sicut habent[g]) scorpiones[h]) terre. Et preceptum est eis, ne lederent fenum terre neque omne viride neque ullam arborem, nisi tantum homines, qui non habent signum dei in frontibus suis." Istorum latam exposicionem quere infra libro 3°, tractatu de Antichristo[3]).

Ex hiis apparet, quod multitudinem ypocritarum sic opertorum, sic luciferorum nemo hominum ex se congnoscere poterit neque in singulari utiliter corrigere vel in privato convincere[i]), nisi doctus a spiritu Jhesu[k]). Sed hoc[l]) quoque est addendum, quod neque ipsi ypocrite congnoscunt neque valent congnoscere semetipsos, sed credunt se esse iustos et confidunt[m]) et aspernantur[n]) ceteros, prout[o]) est superius[4]) declaratum de secunda regula, et illos, qui veri[p]) sunt servi Christi, fore[q]) ypocritas et malos[r]) diffamant et persequuntur[s]), quia pro electis scriptum est Joh. XV. b.[t])[5]): „Absque synagogis facient vos[u]). Sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient

---

[a]) *add. A in m.;* posset *I.* [b]) g. *om. EFGHI.* [c]) ficcionem *FGHI.* [d]) multitudinem *corr.* ultimum *A.* [e]) a. *om. EFGHI.* [f]) ei *corr.* eis *A.* [g]) dabant *(sic) E.* [h]) *post corr. A.* [i]) neque in singulari poterit eosdem corrigere (congnoscere *D 2.*) vel in privato convincere ɔc., *sic D 1. 2. contin.* [k]) sancto *GI.* [l]) hoc — quod *om. D 1. 2.* [m]) configunt *E.* [n]) aspernant *(sic) E.* [o]) prout — regula *om. D 1. 2.* [p]) vere *D 1. 2.* [q]) vere *D 1. 2.* [r]) malos hereticos *EFGHI.* [s]) persequentur *E; post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Si namque ɔc., *v. infra p. 290, lin. 8.* [t]) b. *om. FGHI.* [u]) vos *EFGHI et biblia;* vobis *AB.*

[1]) *Marci XIII. 37.* [2]) *Apoc. IX. 2—4.* [3]) *v. libri III. tract. V. „De Antichristo", dist. IX, c. 9 sq.* [4]) *v. superius p. 253 et 255.* [5]) *recte Joann. XVI. 2—3.*

vobis, quia non noverunt[a]) patrem neque me", et per consequens infallibile est[b]), quod hec[c]) ideo facient vobis[d]), quia non noverunt se, quoniam si nossent[e]) deum, novissent et se, et si se, et[f]) deum. Hec[g]) siquidem noticie infallibiliter se invicem consecuntur[h]), sicut congnicio rei, dum est in lumine, et luminis ipsius, dum super[i]) rem diffunditur, stantibus aliis ad hoc correquisitis[k]).

Si[l]) namque ypocrite congnoscerent esse[m]) ypocritas in veritate et confiterentur, mox non essent ypocrite, quia tunc veritas esset[n]) in eis, sicut[o]) scriptum est Ia Joh. Io g.[p]) 1): „Si dixerimus, quoniam[q]) peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis [f. 65a] et iustus est deus[r]), ut remittat nobis peccata nostra et emundet nos ab omni iniquitate"; ymmo signum evidens est cuilibet ypocrite, si gerat se pro iusto et si neget simpliciter se malum vel[s]) iniustum aut ypocritam et[t]) si contra corrigentem pro eo irascitur, sicud[u]) hec[v]) declarantur[w]) superius libro primo 2). Et omnis christianus, qui timet vehementer, ne sit ypocrita, et hoc de se suspicatur et dolet ac confitetur, sed illos[x]) diligit sive amicos sive inimicos[y]), qui suam[z]) maliciam occultam detegunt et apperiunt[aa]), signum habet[bb]) evidens, quod non est vel non erit ypocrita, quia se novit[cc]) et diligit scopare[dd]) suum spiritum et a fermento ypocrisis expurgari[ee]).

Omnis ergo[ff]) ypocrita non[gg]) tantum ab aliis difficile[hh]) congnitus esse[ii]) ypocrita[kk]), sed neque eciam a seipso, quan-

---

a) noverunt *EFGHI et biblia;* noverint *AB.* b) *ita EFGHI; om. AB.* c) hoc *I.* d) *om. FGI.* e) novissent *FGHI.* f) *om. I.* g) Hee *E;* Hec *cet. cod.* h) congnoscuntur *I.* i) per *FGHI.* k) quorequisitis *FH;* congnoscitur *add. GHI.* l) *hac voce D 1. 2. contin.* m) se esse *D 1. 2;* se *EFGH;* seipsos *I,* ypocritas *om.* n) non esset *(sic) D 1. 2.* o) sicut — ab omni iniquitate *om. D 1. 2.* p) in Ia Joh. Io g. *om. FGHI.* q) quod *E.* r) *lineae superpos. A; om. EFGHI et biblia.* s) et *EFGHI.* t) sed *corr.* et *E;* sed *FHI.* u) sicud — primo *om. D 1. 2.* v) *om. FGHI.* w) declaratur *FGHI.* x) et illos *D 1. 2. E.* y) eciam inimicos *BD 1. 2. FGI.* z) eius *D 1.* aa) operiunt *H.* bb) habent *corr.* habet *A.* cc) semonit *(sic) H.* dd) scopare *FGHI;* scopere *ABE.* ee) expurgare *H.* ff) igitur *D 1. EFGHI.* gg) *om. H.* hh) est difficile *B.* ii) poterit *D 1. 2;* est *I.* kk) ypocritas *(sic) E.*

1) *I. Joann. I. 8—9.* 2) *cf. supra p. 35.*

tumcumque sit[a]) doctus et litteratus, et legat et predicet scripturas[b]). Et igitur talibus dicit appropriate philosophus Ethicorum V[o] [1]): „Omnis malus est ignorans", subaudis primum seipsum. Et simile dicit Bernhardus in suis Meditacionibus ad ypocritas[c]) [2]): „Multi multa sciunt, sed[d]) seipsos nesciunt." Et vide[e]), quam mirabile eisdem evenit per hoc, quod multa alia a se sciunt ypocrite et in eis sunt multa edocti et disserti[f]): per hoc abducuntur a sui ipsius congnicione, ut nequaquam possint[g]) scire seipsos in veritate. Causa est, quia sciencia sine caritate Jhesu inflat et violenter ad superbiam conducit, nisi assit manus Jhesu Christi. Superbia namque omnis non est aliud, nisi cecitas mentis humane et caput omnis ypocrisis; secundum quod dictum est Dan.[h]) [3]): „Inicium omnis peccati superbia"[i]). Et proinde dictum est[k]) ad sciolos huius mundi per apostolum [4]): „Si quis videtur sapiens esse hic[l]), in seculo, stultus fiat, ut sit sapiens in Christo." „Qui se credit aliquid scire, nondum congnovit, qualiter ipsum oporteat scire" [5]).

Ex[m]) quibus lympide colligitur, quod ypocrite sunt omnino incorrigibiles vel inemendabiles; ita[n]) nimis facti sunt reprobi circa fidem, et insanabilis[o]) plaga eorum[p]).

---

[a]) sicut *A*; sicud *B*; *om. D 1. 2*; sit doctus *om. E.* [b]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Ex quibus limpide colligitur, *v. infra lin. 18.* [c]) de ypocritis *EGH*; de suis ypocritis *I.* [d]) et seipsos *FGHI*; seipsos autem *E.* [e]) vide *EFG*; inde *cet. cod.* [f]) discreti *(sic) E.* [g]) possent *B* [h]) Dan. *om. FGHI.* [i]) superbia est *B.* [k]) *om. G.* [l]) sapiens esse hic *add. A in m.*; [esse *E*] sibi sapiens *EFGI*; videtur sibi sapiens *H.* [m]) *D 1. 2. contin.* [n]) et ita *D 1. 2. E.* [o]) insanabilis est *D 1. 2.* [p]) Maria *add. E rubr.*; *D 1. 2. contin.:* Item simulacio ypocritarum, *c. inferius p. 292, lin. 5.*

[1]) *Cf. Aristotelis Ethica Nicomachea, l. V, c. VIII, ed. Paris. (Didot), Opp. II, p. 61—62.* [2]) *S. Bernhardi Claraev. Medit. c. 1, ap. Migne, PL, t. 184, p. 485.* [3]) *recte Eccli. X. 15.* [4]) *I. Cor. III. 18.* [5]) *I. Cor. VIII. 2.*

Capitulum decimum[a]).

Quod ypocrite sunt, qui faciunt[b]) illam tribulacionem periculosissimam et maximam[c]) ecclesie sanctorum[d]).

Sequitur[e]) [1]): „Attendite vobis"[f]). Notanter hic dicit veritas „vobis", quia simulacio[g]) ypocritarum non est periculosa rebus temporalibus, sed periculosa animabus, et[h]) non quibuslibet animabus, sed animabus electorum et discipulorum Christi. Quam ob causam in scriptura superius allegata dicitur[i]) [2]): „Videte, ne quis vos seducat. Erunt[k]) enim dies tribulacionis." Et illico determinantur, qualis erit tribulacio, scilicet quia[l]) non rerum et corporum, prout fuit tempore tyrannorum, sed animarum et conscienciarum. Ideo sequitur [3]): „Exsurgent enim pseudo et[m]) pseudoprophete ad seducendum, si fieri potest, eciam[n]) electos." Et M[t]. XXIIII [4]): „Ita, ut in errorem inducantur, si fieri potest, eciam electi."

Instantibus igitur temporibus periculosis propter densitatem ypocritarum pax est in rebus et pax in corporibus, sed tribulacio animabus intus in consciencia[o]); et non quibuslibet animabus, quia non ypocritis, quia illi ducunt in bonis dies suos et omnia succedunt eis prospere, neque mortuis hominibus in mari [5]), id est peccatoribus publicis, erit tunc illa tribulacio pessima et ultima, sed hiis, qui volunt pie vivere in Christo; et licet tales a principio semper sunt in hoc mundo crucifixi et afflicti, tamen solum in corporibus et non animis[p]), vel si et[q]) in aliis animis, tamen numquam tantum excessive et[r]) periculose atque contagiose. Et idcirco propter

---

[a]) *ita A; om. B.* [Sequitur *H*] capitulum XXVI *EF (rubr.) H; om. I.* [b]) facient *FGH.* [c]) maxime *EF.* [d]) *ita omnes cod.* [e]) Sequitur capitulum *I.* [f]) vobis, etc. *FH.* [g]) *contin. D 1. 2.* [h]) *om. A.* [i]) *loco* Quam ob causam — dicitur *D 1. 2. ponit:* Ideo dicit Christus. [k]) Erunt — eciam electi *om. D 1. 2.* [l]) *add. A in m.* [m]) pseudo et *om. EFGHI.* [n]) eciam et *EH;* eciam *FGI.* [o]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Cuius gracia ɔc., *v. infra p. 293, lin. 3.* [p]) aliis *(sic) FG.* [q]) eciam *B; om. HI.* [r]) successive *E,* et *om.*

[1]) *Matth. VII. 15, ubi vero* vobis *non legitur.* [2]) *Marci XIII. 5 et 19.* [3]) *Marci XIII. 22.* [4]) *Matth. XXIV. 24.* [5]) *Cf. Apoc. XX. 13:* Et dedit mare mortuos, qui in eo erant.

excessum suum vel per anthonomasiam hec huiusmodi tribulacio maxima dicta est[a]), qualis numquam fuit nec sequetur. Cuius[b]) gracia illa vox cantici Sedechie[c]) ecclesie sancte[d]) bene extat[e]) apropriata[f]) in hoc tempore iniquitatis[1]): „Ecce in pace[g]) amaritudo mea[h]) amarissima.“ Amara etenim fuit amaritudo ecclesie tempore tyrrannorum, quia maxime et solum corporum; amarior tempore hereticorum, quia fidei; amarissima [f. 65b] tempore ypocritarum, quia fidei et conscienciarum et corporum. Vel[i]) amara tempore tyrannorum, quia dolorosa in corpore, sed aperta[k]); amarior tempore hereticorum, quia persequcio iniquitatis occulcior[l]) et per consequens periculosior[m]) saluti animarum; amarissima tempore ypocritarum, quia persequcio impietatis[n]) occultissima et ergo[o]) periculosissima[p]). Vel amara tempore primitivo, quia per tyrrannidem potencie secularis; amarior tempore hereticorum, quia potencia seculari et fraude composita et scripturis; amarissima tempore ypocritarum, quia omnibus viis seducendi electi dei paciuntur a[q]) potestate seculari et ab auctoritate spirituali, et a fraude composita ex scripturis et a fraude composita ex specie sanctitatis.

Eciam ex eo dicitur tempore[r]) ypocritarum[s]) tribulacio maxima, quia prima fuit solum ab extraneis, intus vigente[t]) multa sanctitate martires fulciente[u]) et relevante[v]). Secunda fuit quasi ab intraneis, sed ad breve tempus, donec fuerunt proditi esse heretici et eiecti[w]); et tunc respectu illorum cessavit quassacio[2]) ab intra tunc existentibus doctoribus fide dignis, qui infirmos constanter muniebant et consolabantur. Tempore autem ypocritarum fit tribulacio animis[x]) electorum a multis et ab[y]) intimis et ab hiis, qui preeminere[z]) vi-

---

4) Bene *G.*

a) *om. B.* b) *contin. D 1. 2.* c) Ezechie *E;* Sedechie regis *FGH.* d) sancti *B;* illa vox — sancti *om. D 1. 2.* e) exstat *H.* f) appropriatum *D 1.* g) pace mea *F.* h) *om. GHI.* i) vel sic *E.* k) aperte *D 2.* l) occulta *E.* m) periculosior *D 1. 2. EFGHI.* n) iniquitatis *H.* o) *loco* et ergo *ponitur in B:* ideo. p) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Remedium ergo &c., v. *infra p. 299, lin. 12.* q) et *A sup. lin.;* a *FGHI; om. B et E.* r) *om. E.* s) ypocritarum dicitur *E.* t) urgente *BEI.* u) fulcienti *E.* v) revelante *B.* w) errecti *(sic) I.* x) aliis *(sic) FGHI.* y) et ab *om. B;* et *om. E.* z) preminere *A;* premines *B;* preeminere *cet. cod.*

1) *Isaiae XXXVIII, 17.* 2) *Cf. Psalm. CV. 30.*

dentur in omni verbo et doctrina, in omni sanctitate et virtute, et non relinquitur, ad quem sit secure fugiendum vel a quo consolandum, quoniam „defecit sanctus“ et „iam non est propheta“[1]). Quod si sunt quidam electi et secundum Jhesum crucifixum virtuosi, — et dico „si“ pro „quia“, quia[a]) sunt plus quam septem milia virorum, qui non curvaverunt genua sua ante Baalim[b])[2]), — illi tamen difficillime indagantur, densitate locustarum nubilati et sepulti, quarum locustarum multitudo ut[c]) fumus de putei abisso[d]) egrediens eciam solem obscuravit[3]). Propter quod, si qui tales viri fuerint in hoc tempore sancti et electi, eciam ipsimet contremiscunt et dubitant, ne forte et[e]) ipsi ab ypocrisi teneantur; quamobrem requisiti latitant, et inquisi i[f]) pro consilio, nichil certum, nichil solidum audent consulere suis infirmis[g]), trepidantes. Quomodo autem potest quis super eo, quod in paucis invenitur, firmiter stabiliri? Adde ad[h]) hoc super illo, quod nutat et[i]) tremit[k]) in[l]) seipso. Neque[m]) nimis[n]) hoc est mirandum, quod paucitas premodica electorum[o]) tempore ypocritarum supra modum est fuscata et contecta pre multitudine locustarum, cum similiter sol et luna sint tenebris obvoluta[3]), quamvis non in se, sed in nobis, non in capite, quia illud velari non debet[4]), sed in corpore et membris corporis.

Intellige proverbium per ea, que hodie conspicantur, puta quod civitas illa magna orbis christianorum in tres partes[5]) de facto est conscissa[p]), scilicet Romanorum ad[q]) meridiem, Grecorum ad orientem[r]), Francigenarum ad occidentem. Quorum Romani dicunt: „Hic est ecclesia et hic est Christus.“ Francigene dicunt: „Non ita est, sed nos sumus ecclesia, et hic est Christus.“ Et Greci[s]) erecti[t]) pertinaciter inquiunt: „Mentimini vos et vos, sed nos sumus ecclesia, et hic est Christus.“ Ecce, ad literam ewangelium est adinpletum superius assignatum, ubi dicitur[6]): „In illis diebus dicetur vobis: Ecce

---

26) Ecce hic est Christus aut illic. Nota bene *F.*

a) *om. EFGHI.* b) Baal *FGHI et biblia.* c) multitudo et *om. B*; multitudo ut *FGHI.* d) abissi *ABF.* e) *om. EFGHI.* f) nichil *(sic) E.* g) *om. B.* h) *om. FGHI.* i) nutat et *om. EFGHI.* k) tremuit *I.* l) super *H.* m) nec *FGHI.* n) minus *(sic) FGHI.* o) pauci modica pre electorum *(sic) H.* p) conscisa *I.* q) in *FGHI.* r) Origentem *H.* s) Et Greci *add. A in m.* t) Greci *tantum BEFGHI.*

1) *Cf. Psalm. XI. 2. et LXXIII. 9.* 2) *Cf. Rom. XI. 4.* 3) *Cf. Apoc. IX. 2—3.* 4) *Cf. I. Cor. XI. 7.* 5) *Cf. Apoc. XVI. 19.* 6) *Lucae XVII. 23.*

hic est Christus, ecce illic.“ Ecce obscuritas solis et lune, ut eciam civitas posita supra montem [1]) abscondatur et sit obnubilata[a]), quod videri non potest, in tantum, ut[b]) ex infinita multitudine christianorum non facile quis posset[c]) inveniri, quod sit ita certus, ubi est unica vera[d]) dei ecclesia. Audentur[e]) et qui[f]) iurare et constanter indicare omnibus inquirentibus, ubi ecclesia est ex hiis tribus vel ubi est Christus.

Hoc dico non quoad omnes, quia aliqui sunt, qui noverunt, ubi est Christus[g]) et eius corpus, de quibus scriptum est[2]): „Ubicumque fuerit corpus, ibi[h]) congregabuntur et aquile“, et ego credo, quod in illa parte, que cessit Romanis, est Christus, sed que dico, hec loquor comparative ad totam multitudinem eorum, qui quondam dicebantur christiani; loquor eciam comparacione[i]) ad certitudinem [f. 66a] ecclesie sanctorum primitive, ubi fuit notorium, ubi est[k]) ecclesia, et ubi est[k]) Christus; hic autem nullibi est tanta certitudo existencie[l]) Jhesu Christi, noto in istis partibus prefatis, ut quis audacter se offerrat pro eo ad moriendum. „Wlpes igitur foveas[m]) habent et volucres celi nidos, filius autem hominis“, id est christianus verax, filius domini nostri Jhesu Christi, „non habet, ubi caput suum reclinet“[3]), id est ubi confugiat secure et ubi firmetur et ubi protegatur a demoniis et ab ypocritis, agitatus undique et a peccatis conturbatus in tribulacione hac[n]) premaxima[o]), quoniam ecce quasi omnes amici Jhesu Christi sermone et lingwa, sed de facto et vita fere omnes inimici, omnes domestici[4]) corpore, sed pene omnes extranei opere et affeccione: si cui effundas tuam animam affeccione et sermone, quasi volens Jhesum crucifixum invenire, inde abibis amaricatus animo in teipso, reperiens, quod ibidem Christi Jhesu graciam, simul[p]) laborem et pulchros tuos sermones perdidisti; ita[q]) ne-

---

8) Nota bene *F.*

11) Ecclesia Grecorum *(sic)* est vera ecclesia *F.*

a) obnubilata est *H.* b) quod *FGI.* c) poterit *EFGHI.* d) veri *B.* e) Audentur *AB.* Audeat *E.* Audet *FGHI.* f) et qui *add. A in m.; om. BEFGHI.* g) et Christus *B.* h) illic *I et biblia.* i) comparative *EGHI.* k) esset *FGHI.* l) existencia *(sic) E.* m) *om. E.* n) ac *(sic) FGI.* o) permaxima *EFGI.* p) simul et *FGHI.* q) ita ut *FGHI.*

1) *Cf. Matth. V. 14.* 2) *Matth. XXIV. 28.* 3) *Matth. VIII. 20.* 4) *Cf. Matth. X. 36.*

que palam et solempniter audebis Jhesum crucifixum[a]) confiteri, quia tunc sine modico tamquam hereticus tractaberis et non[b]) conviciatus et consputus non abibis; et tunc per experienciam[c]) sencies tribulacionem hanc[d]) maximam et amaritudinem amarissimam omnium fidelium in domino Jhesu corporis[e]), conscienciarum et animorum.

Capitulum undecimum[f]).

De fermento ypocrisis et distinccione eius ac propriëtatibus[g]).

[I.] Sequitur[1]): „Attendite vobis a fermento." Pro quo est sagaciter[h]) advertendum, quod duplex est fermentum notatum[i]) in scriptura et in rebus conpertum[k]), et illud[l]) diversum. Unum est fermentum racionis et voluntarium[m]), quo panis et alie res sponte fermentantur; et illud est bonum, quia ponit panem in bono sapore et bono statu, similiter et alios liquores, ut cervisiam et similia[n]) multa; et idcirco illud est[o]) boni[p]) significativum[q]), puta fidei vel sapiencie Jhesu Christi, velud eciam sal; et de illo habetur M[t.r]) XIII e.[s])[2]): „Simile est regnum celorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farine satis tribus[t]), donec fermentaretur totum." Et istud[u]) nequaquam hic[v]) est designatum. Aliud[w]) est fermentum quedam[x]) aciditas vel amaritudo aut verius[y]) corruptela in ipsa re, nata occulte et[z]) ex seipsa, non ab extrinseco[aa]) aliquo inmissa, sed ab intrinseco generata, non spontanea, sed ex natura rei liquide veniens, veluti est acor[bb]) in vino, mucor in panibus, fetor vel[cc]) rauciditas in carnibus,

---

22) Nota de corruptela corporum *B rubr.*

Deprompti autem sunt hi tractatus ex libro tertio Regularum, qui reliquas totius operis partes et argumenti gravitate et disputationis amplitudine superare videtur; certe enim eis cum sententiarum abundantia, varietate et originalitate, tum summi et primi consilii unitate antecellit. Quod consilium summum et quasi fundamentum omnis argumentationis est „veritas vitae et doctrinae Jhesu Christi", illa „tertia decima, summa et unica atque singularis regula" sive „unica lex vitae", cuius notitia est „regimen efficax et sufficiens omni volenti per virtutes salutem suam adipisci" (p. 2), simulque adiumentum „aptissimum ad hoc, ut homo per eam seipsum cognoscat, eidem comparatus, et ut cognoscat alios a se, praecipue pseudomagistros, ad ipsam coaequando facta et dicta eorum" (p. 3, cf. p. 14).

Hanc ergo veritatem auctor explicat primum „quantum ad eius inscriptionem multiplicem et propalationem in mentibus per se et inmediatam in animis hominum" (= tractatus I.), tum „quoad manifestationem ipsius per eius testes fideles, utpote per Jhesum crucifixum et ipsius discipulos et prophetas"

(tractatus II.). Ac per explicationem hanc proprio Magistri Parisiensis ingenii acumine ornatam et rationibus philosophicis instructam auctorem ad „summam inquisitionis" eniti videmus, puta quod „ipsa veritas vitae et doctrinae Jhesu Christi et veritas vitae et doctrinae ipsius Jhesu discipulorum et doctorum atque totius ecclesiae sanctorum est illa sollemnis regula usque ad finem, quae dicta est esse regula unica, communis, brevis, facilis, manifesta et infallibilis" (p. 68—69). In sequenti parte disputationis regula haec ad gravissimas quaestiones illius temporis in ecclesia christiana applicatur: ad quaestionem de crebra laicorum sacramenti altaris communione (tractatus III.), ad quaestionem de unitate, distinctione et universitate ecclesiae (tractatus IV.), ad quaestionem de Antichristo eiusque tempore et membris (tractatus V.), denique ad communem ecclesiae illis temporibus statum, qui auctori apparet quasi abhominatio desolationis locata in loco sancto per mysticum Antichristum et membra eius (tractatus VI.).

Quaestio de crebra laicorum sacramenti altaris communione in libro hoc non solvitur per propria auctoris argumenta eiusque rationes, quas in libri I. tractatu II. invenire possumus (v. in volumine I. pag. 51—165), quibusque libri IV. et V. destinati sunt; hoc loco auctor acquiescit in testimoniis „tot et tantorum testium fidelium", id est testimoniis „apostolorum et sanctorum praecedentium, doctorum priscorum et modernorum", quae testimonia singula universaque non solum admodum insignem collectionem efficiunt sententiarum de gravissima quaestione praxis ecclesiasticae temporibus antehussiticis in Bohemia, sed etiam documentum clarissimum praebent admirabilis eruditionis Magistri Parisiensis.

Quaestio de unitate, distinctione et universitate ecclesiae, quae tractatu IV. exponitur, gravi ecclesiae discidio, quod anno 1378 accidit, mota est. Ardens autem studium, quo auctor Regularum ad eam ex omnibus partibus acriter et serio excutiendam accedit cum singulari libertate et audacia proponens, quid sit ecclesia, quae eius constitutio, quae ratio intercedat inter eam et rem publicam, qui status morum ecclesiae fuerit illis temporibus, omnia haec summa vi animos legentium tenere possunt.

Et cum status morum ecclesiae illius aetatis potissimum ansam dederit ad studia reformandae religionis in Bohemia, quae in libris Magistri Matthiae de Janov etiam atque etiam manifestantur, non mirabimur, quaestioni huic specialiter postremos duos tractatus libri tertii esse dicatos, quorum alter de Antichristo, alter de abhominatione desolationis in loco sancto posita agit. In his duobus tractatibus simul etiam elementa mystica et eschatologica illius cogitandi rationis, qua Magister Parisiensis omnes res humanas perpendebat, continentur, sicut ex editionis huius volumine III. et IV., quae ad hanc rem pertinebunt, affatim elucebit.

Nunc de primis tantum quattuor tractatibus, quos supra nominavimus, nobis est quaerendum. Itaque nostrum esse arbitramur in sequenti praefatione omnia adferre, quae ad eos ex parte externa, bibliographice-litteraria, cognoscendos necessaria sunt, contra summa sententiarum in iis expressarum in fine voluminis in rerum indice locum invenit, ubi singulae auctoris sententiae, quae in volumine praesenti reperiri possunt, ordine alphabetico et logico digestae adducuntur.

Liber tertius.

Tractatus primus.

(Editionis huius p. 1—39).

1. *Inscriptio totius libri tertii in margine codicis A his verbis est adnotata: „[Decima] tercia regula principalis" (cf. infra p. 1). In communi Regularum prooemio (cf. vol. I. Prooemium, p. 17) totus liber tertius hoc modo significatur: „Tercius liber includit unicam celeberrimam regulam, que omnium aliarum mater est, et omnibus aliis precedentibus duodecim, scilicet 4or ex libro primo et 8° ex libro secundo, communis est et perfectissima ...". In eodem prooemio etiam inscriptionem tractatus primi his verbis designatam legimus: „Nam in primo tractatu disputatur de regula in se" (l. c.).*

2. *Argumentum primi tractatus libri tertii ab auctore partim verbis commodum allatis exprimitur, partim enuntiato*

in initio tractatus III. posito (cf. infra p. 68): „Inscripcio regule multiplicis et propalacio in mentibus per se et inmediata in animis hominum.“ Ut plane loquamur, tractatus hic disputationem theologicis et philosophicis rationibus confectam continet de inmediata et interna manifestatione Christi, primae veritatis et unicae atque sufficientis regulae et legis vitae christianae in creaturis ratione praeditis.

3. Dispositionem tractatus, quae separatim non adfertur, ex ipso argumento eius colligere possumus; nam post prooemium de Jhesu Christo, summa vitae regula (cap. 1—2), cap. 3—8 de veritate et ratione, quae inter eam et creaturas rationabiles intercedit, agitur, cap. 9—10 de duplici inscriptione eiusdem veritatis disseritur, et cap. 11—14 sententiae ex antecedenti disputatione manantes ad quaestionem de crebra sacramenti altaris communione applicantur.

4. Tractatus incipit verbis: „Postremo investiganda est et prosequenda una generalis regula“, et explicit: „vel ab ipsius cena magnifica digne quis repellatur?“

5. Tempus conscribendi huius tractatus incertum quidem est, sed si rationem habemus, quomodo haec pars cum toto opere cohaereat (v. vol. I, pag. VII, IX, XII), dicere possumus eum circa annum 1389 ortum esse.

6. Codices, qui tractatum „De regula in se“ ad hos dies conservaverunt, non alii sunt ac, qui totum Regularum opus continent, nempe:

1. *Cod. Musei regni Bohemiae XIII E 13 (= cod. A), f. 68a—74b.*
2. *Cod. bibliothecae palat. Vindobonensis 4747 (= cod. B), f. 118a—133a.*
3. *Cod. Capit. Prag. O 11 (= cod. C), f. 67a—80b.*
4. *Cod. Capit. Prag. D 55 (= cod. D 1), f. 21a—23a (excerpta).*
5. *Cod. Gersdorf. (Budissenensis) 8°, n. 7 (= cod. D 2), f. 268b—270b (excerpta).*

   Tantum unus alius liber manu scriptus specialis ad hos generales accedit, qui est

6. *Cod. Univ. Prag. I. E. 16, f. 35a—43a = cod. F (cf. Truhlář, Catal. cod. lat. n. 201).*

Postremus hic codex tres priores tractatus libri tertii continet, sed inter reliquos codices locum singularem tenet non solum aptis correcturis vel variis lectionibus a reliquis discrepans, sed etiam crebris et interdum crassis erroribus, quorum maximam partem efficiunt plurimae, nonnunquam ineptissimae elisiones, quae ortae sunt vel librarii neglegentia vel eius ignorantia, quod auctoris verba male intellexit. — Mutua horum sex codicum ratio ex sequenti tabula cognosci potest:



7. Tractatus hic adhuc nec typis expressus nec in linguam aliam est conversus. Ex scriptis mentionem eius facit editoris liber bohemicus „M. Matěj z Janova" (Pragae 1905) c. III. A) a) § 1., ubi argumentum eius et dispositionem accuratius explicatam invenies.

Tractatus secundus.

(P. 40—67 huius editionis).

1. Titulum ex tractatu ipso conicere possumus; in Prooemio enim legimus (vol. I., p. 17): „In secundo (sc. tractatu) applicatur (sc. regula generalis) ad apostolos et prophetas."

2. Argumentum eius explicat, quomodo regula primae veritatis per testes veritatis manifestetur, et contendit hos testes veritatis, cum conformes sint veritati, ordinate, constanter, virtuose atque utiliter eam manifestare et docere. Porro de

ecclesia sanctorum et de religione christiana, quae est regula vitae christianae, agitur. In capit. 1. tractatus tertii (cf. infra p. 68) argumentum hoc stricte indicatur his verbis: „In secunda distinccione (ostenditur) eadem regula (sc. generalis) quoad manifestacionem ipsius per eius testes fideles, utpote per Jhesum crucifixum et ipsius discipulos et prophetas."

3. Dispositio iterum ex disputatione ipsa haurienda est. Cap. 1—6 exponitur, quales sint testes primae veritatis, quibus virtutibus imbuti sint praecipue in veritate manifestanda et docenda; cap. 7 de manifesta et infallibili veritate vitae et doctrinae Jhesu agens explicationem apte concludit; cap. 8 regula haec ad pseudomagistros applicatur, cap. 9 et 10 de conformitate ecclesiae sanctorum et religionis christianae cum prima veritate disseritur.

4. Incipit tractatus verbis: „Iam loqui restat de eo, qualiter regula notata est manifesta et infallibilis"; explicit: „nec non et illos deprehendendi, qui dicunt, sed non faciunt veritatem."

5. Tempus conscribendi tractatus huius quidem incertum est, sed haud errabimus, si eum eodem fere tempore ac praecedentem (circa a. 1389) ortum esse existimabimus.

6. Codices cum iidem sint ac in tractatu primo, satis est folia adnotare, in quibus hunc tractatum scriptum invenimus:

Cod. A, f. 74b—80a,
Cod. B, f. 133a—144b,
Cod. C, f. 80b—91a,
Cod. D 1, f. 23a—24b (excerpta),
Cod. D 2, f. 270b—272b (excerpta),
Cod. F, f. 43a—48b.

7. Editiones[1]*. Exigua fragmenta huius tractatus edita invenimus in Brunfelsi recensione aliquot scriptorum Ma-*

---

[1]) *Vulgo constat Franciscum Palacký in libro: „Die Vorläufer des Hussitenthums in Böhmen", Leipzig 1846, p. 59—81 „eine kleine Auswahl von Stellen aus dem Buche Regulae, die an sich schon ausgezeichnet und für den Verfasser und seine Zeit charakteristisch genug zu sein scheint" edidisse. Loci ex omnibus quinque Regularum libris hausti sunt. Illam egregiam singularum partium operis Magistri Parisiensis editionem hoc loco semel commemorare satis habemus.*

gistri Hus, quae anno 1524 in lucem prodiit (= Br.), ex qua postea in Oppera Mag. Jo. Hus Norimbergae anno 1558 edita sunt translata (= Opp.). Ita edita sunt, quantum scimus, in summa capitula tria, quae in recensionibus istis in uno tractatu sunt coniuncta, qui inscribitur: „De abolendis sectis et traditionibus hominum." Capitula haec sunt:

c. 3, ap. Br. f. 73^{a}–74^{a} et in Opp. f. 472^{b}—473^{a} = Regularum l. III, tr. 2, c. 1; c. 4, ap. Br. 74^{a}, Opp. 473^{a}—^{b} = Reg. l. III, tr. 2, c. 6; c. 5 ap. Br. 74^{b}, Opp. 473^{b} = Reg. l. III. tr. 2, c. 8.

8. Versio veterobohemica. Victorinus Anxiginus Scutecius presbyter duos sermones medio aevo sexto decimo ex lingua latina in bohemicam convertit, qui bohemice inscribuntur: „Kázaní dvoje o Antichristu a šelmě, která bojuje proti svatým" (Sermones duo de Antichristo et de bestia, quae sanctos impugnat). Prodierunt Magdeburgi anno 1554 et inde ab Car. Jar. Erben susceptae sunt ut „dubium scriptum Magistri Hus" in Collectos libros bohemicos Mag. Jo. Hus (Sebrané spisy české M. J. Husi), vol. III, p. 300—311. Alter horum sermonum, qui bohemice inscribitur „O pravém povolání kazateluov, o boji šelmy proti svatým a o vítězství jejím, o vítězství také svatých" (De vero praedicatorum munere, de pugna bestiae adversus sanctos et de eius victoria, etiam de sanctorum victoria) et ad verba Apoc. XI, 7—12 (sic) spectat, versionem primi capituli ex tractatu „De testibus veritatis" continet. Versio paucis exceptis, quae mutata sunt, verba auctoris fideliter bohemice interpretatur.

9. Ex scriptis, quae de tractatu hoc agunt, conf. Kybal, M. Matěj z Janova, p. 58—59 et 87—88.

Tractatus tertius.

(P. 68—139 huius editionis).

1. Titulum recte praebet cod. I: „Determinaciones sanctorum doctorum, que sunt hic collecte, pro cottidiana vel crebra communione sacramenti altaris a plebibus christianis." (Cf. infra p. 68, notam b).

2. *Argumentum est applicatio regulae primae veritatis ad quaestionem de crebra laicorum sacramenti altaris communione (cf. Prooemium in vol. I, p. 17 et infra p. 69) et sententiarum virorum illustrissimorum de hac re recollectio.*

3. *Dispositio haec est: Capitulo 1. propositio totius libri tertii atque praecipue huius tractatus adumbratur; capitulo 2. prima regula veritatis cum testimoniis veritatis ad quaestionem propositam applicatur et totius tractatus partitio adiungitur. Deinde secuntur duodetriginta determinationes de crebra laicorum communione, quae hoc modo distribuuntur: a) modernorum dicta magistrorum, quorum nomina haec sunt: Joannes Horleaan, Mag. Franciscus de Vratislavia, Mag. Nicolaus Wendlar, Mag. Matthaeus de Cracovia, Mag. Adalbertus Ranconis, Fr. David O. M., Abbas Aulae Regiae, Milicius, auctor libri „De septem sacramentis", Simon de Cassia, Magistri cuiusdam collegii (c. 3—13); — b) dicta „doctorum virorum, qui in theologia magistri famosi in ecclesia nostram aetatem praecesserunt"; hi sunt: Bonaventura, M. Amandus seu Henricus Suso, auctor libri „Glossa ordinaria", Thomas de Aquino, Bernardus Claraevalensis, Mag. Alanus de Insulis, Innocentius papa III, Joa. Cassianus, s. Anshelmus, Caesarius, episcopus Arelatensis (c. 14—22); — c) „sanctorum doctorum decreta", nempe s. Joannis Chrysostomi, s. Augustini, s. Ambrosii, s. Hieronymi (c. 23—27); — d) „paparum seu episcoporum apostolicorum dicta et decreta", prout est determinatio Anacleti papae (c. 28); — e) „beati Pauli super hoc in suis epistolis sanccio" (c. 29) et „Actuum apostolorum exercicium" (c. 30); — denique f) „constitutio Jhesu Christi" (c. 31).*

4. *Incipit tractatus verbis his: „Sic itaque hac regula solempni et deiformi declarata", et explicit: „per hoc ostendens manifeste, quam maxime, quam continue et sepe sit desiderandus et rogandus et cottidie manducandus a fidelibus iste panis celestis, qui dat vitam mundo."*

5. *Tempus conscribendi incertum est, sed verisimile est aliquo anno ab anno 1389 non longo intervallo disiuncto tractatum hunc ortum esse.*

6. *Libri manuscripti huius thesauri sententiarum de quaestione illis temporibus tam impensa, sicut erat quaestio de crebra laicorum sacramenti altaris communione, plurima sunt.*

Ad hanc editionem conficiendam sequentes codices adhibere potuimus:

a) codices, qui totum opus Regularum continent:

1. *Cod. A, f. 80^{a}—90^{b},*
1. *Cod. B, f. 144^{b}—167^{b},*
3. *Cod. D 1, f. 24^{b}—28^{b} (excerpta, cf. p. 92, n. c),*
4. *Cod. D 2, f. 272^{b}—277^{a} („ „ „ „ „);*

b) codices speciales, qui hanc tantum partem praebent:

5. *Cod. E = Cod. Univ. Prag. VIII. B 6, f. 165^{a}—177^{b} (cf. Truhlář, n. 1441),*
6. *Cod. F = Cod. Univ. Prag. I. E. 16, f. 48^{b}—59^{b} (cf. supra p. VII),*
7. *Cod. G = Cod. Cap. Prag. O 7, f. 115^{b}—138^{b},*
8. *Cod. H = Cod. bibl. palat. Vindob. 4334, f. 77^{a}—100^{a},*
9. *Cod. I = Cod. Vratisl. com. 1606, f. 98^{b}—117^{a}.*

Mutua ratio, quae inter codices A, B, D 1, D 2 et F intercedit, iam supra pag. VII explicata est. Itaque de reliquis tantum pauca commemorabimus: Cod. E satis est dicere ineunte fere saeculo XV ortum esse eumque nonnullis locis cum codice B congruere, quamquam affirmari non potest codicem E ex B esse descriptum; haud dubie vero concedendum est utrumque ex eodem vel saltem simili archetypo originem traxisse. — Codex G satis perspicua vestigia hussiticae originis ostendit, ex quibus exempli gratia unum p. 70 legimus, ubi ad vocem „de manducacione" adscriptum est vocabulum „et bibicione." In reddendis autem verbis auctoris codex hic prae aliis sui iuris esse videtur; varias enim lectiones in eo cum plurimas, tum nonnullas etiam sensu ab aliis codicibus abhorrentes invenimus ita, ut interdum quasi propriam textus, qui dicitur, recognitionem praebere videatur. — Codex H originem hussiticam iam titulo, quem operi Matthiae inscribit, aperte profitetur: „De regulis Veteris et Novi Testamenti pro communione quotidiana, alias frequenti utriusque speciei" (cf. infra p. 68, n. b.) Id quoque probabiliter affirmari potest scriptorem huius codicis natione Bohemum fuisse; id enim absque dubio demonstrant notae bohemicae in primis postremisque foliis atque etiam glossae, quae inter lineas textus reperiuntur. Ex nota, qua tractatus in hoc codice explicit „Speculum b. Augustini" f. 75^{a}: „Finis in vigilia Andreae a^{o}. 1473", iudicari licet, codicem hunc circa

annum 1474 scriptum esse. Attamen codex hic, in quo prooemium Matthiae est omissum et tantum determinationes aliorum auctorum adferuntur, aeque ac codex B, non multum a codice A differt. — Postremus codicum supra adductorum I ortus est saeculo XIV—XV. Antequam in bibliothecam urbanam Vratislaviae pervenit, erat in bibliotheca s. Bernardini Vratislaviae, quod adnotatio in interna tabula involucri testificatur. Ibi enim legimus: „Iste liber est datus pro loco s. B(er)nari [sic] Wrat. pro usu fratrum minorum ibi existencium, presencium et futurorum" (cf. ibid. f. 1ª supra: „Iste liber pertinet pro loco s. Bernardini extra Wratislaviam" et veterem signaturam: „Bibl. Bernhard. Vratisl. Jur. V. pr. 1, 9"). Hic codex textum eisdem verbis incipit ac codices E et G et imprimis simillimus est codicis G ita, ut uterque ex eodem archetypo fluxisse videatur, quamvis et tempore et loco valde distent.

Mutuam codicum rationem tuto explorare non possumus, et tabula, quam infra adiungimus, non est pro absoluta fide digna existimanda.

7. Editiones typis impressas totius huius tractatus et conversiones in aliam linguam nullas novimus. Summam sententiarum priorum octo determinationum Höfler inseruit libro



Script. rer. Hus. II, p. 60—61. Cf. etiam Loserth, Hus und Wiclif, p. 65 sq. et Kybal, l. c. p. 60—61 et p. 292 sq.

Adnotatio. Tractatum hunc aeque ac alias proprias Regularum partes in extenso typis exscribendum curavimus, licet tantum collectionem locorum praebeat, qui ex scriptis aliorum hausti sunt. Sed tota haec collectio cum ipsa non sine pondere suo est (nam etiam determinationes auctorum adhuc ignotorum praebet), tum firmum subsidium repraesentat, quo reliqui tractatus Magistri Matthiae de crebra sacramenti altaris communione nituntur.

Tractatus quartus.

(Editionis huius p. 140—308).

1. Titulus ex argumento p. 140, 195, 220, 268 intellegitur. In pagina 140 inscriptionem cumulatam duarum gravissimarum partium tractatus: „De unitate et universitate ecclesiae" (dist. I) typis excudendam curavimus. Titulus „De universitate ecclesiae" expresse legitur initio V. (recte IV.) distinctionis (cf. infra p. 268): „Incipit rubrica. Distincio V^a^ de universitate ecclesiae Jhesu Christi et membrorum eius." Addendum vero est non comprehendi titulo totum hoc argumentum distinctionum II. et III., quae „de ordine et distinctione ecclesiae atque de proportione debita partium eius" agunt. Quare rectius inscriberetur tractatus hic breviter: „De ecclesia."

2. Argumentum stricte ab auctore in Prooemio (v. vol. I., p. 17) his verbis expressum est: „In quarto tractatu adaequatur (sc. regula generalis) ad universitatem pulcerrimam catholice ecclesie." Verba, quae in prooemio tractatus III. libri tertii (cf. infra p. 69) legimus: „Secundo apportabuntur ad regulam notatam status aliqui et precipue hominum devotorum vere vel similium devotis in presenti seculo religionis christiane", negative tantum tractatus huius argumentum exprimunt, praebent enim iudicium auctoris de iis societatis ecclesiasticae membris, quae ecclesiae unitatem corrumpunt et perdunt.

3. Dispositio. Tractatus in quattuor distinctiones dividitur, quarum I. (p. 140—195) de unitate ecclesiae et variis dif-

formitatibus divisionibusque in ecclesia agit, II. (p. 195—220) de ordine et distinctione ecclesiae, III. (p. 220—267) de proportione debita membrorum virginis nuptae Christi, i. e. partium ecclesiae dei, IV. denique (p. 268—308) de universitate ecclesiae et de eius praesenti tempore perditione.

Haec dispositio in codicibus aperte non praebetur, quin etiam in primario codice A singularum distinctionum inscriptiones nec integrae nec omnino recte adducuntur. Itaque cum in editione hac initio divisionem tractatus in duas tantum distinctiones (dist. IV. de unitate, dist. V. de universitate ecclesiae) tenuissemus, expresse tantum has duas distinctiones notavimus (p. 140 et 268, cf. etiam notas in sinistra parte voluminis). Sed illam inscribendi rationem nunc corrigendam putamus et plenam atque rectam totius tractatus dispositionem addimus, eos, qui librum legent, rogantes, ut in editione titulos secundum ea, quae secuntur, corrigant (cf. etiam Conspectum argumenti):

p. 140. „Tractatus quartus. De ecclesia. — Distinccio prima de unitate ecclesie";

p. 195. „Distinccio secunda de ordine et distinccione ecclesie";

p. 220. „Distinccio tertia (pro Distinccio quarta) de proporcione debita membrorum virginis nupte Christi, id est parcium ecclesie";

p. 268. „Distinccio quarta de universitate ecclesie Jhesu Christi et membrorum eius."

4. Incipit tractatus ita: „Nunc ordo exposcit, ut de unitate sancte ecclesie et pulcerrima ipsius distinccione disseramus." Distinctio IV. explicit: „Et ipsa est regula perfecta vite hominum et omnis veritatis et discipline, de qua regula in superioribus per multa est disputatum."

5. Tempus componendi et conscribendi tractatus huius est incertum. Etiam hic ex connexione cum aliis Regularum partibus de tempore iudicantes, ad annum fere 1389 pervenimus. Unicus vero locus, quo ad res illis temporibus gestas alluditur (cf. infra p. 163), admodum est ambiguus.

6. Codices, qui tractatum hunc continent, non alii sunt, ac qui totum opus praebent, quos iam ex nostris adnotationibus de tractatu primo novimus, itaque sufficiet folia adferre, in quibus tractatus hic legitur:

1. Cod. A, f. 94ª—130ᵇ,
2. „ B, f. 167ᵇ—219ᵇ (dist. IV. deest, cf. infra p. 267, notam a),
3. „ C, f. 91ª—154ª,
4. „ D 1, f. 29ª—33ᵇ (excerpta),
5. „ D 2, f. 277ª—284ª (excerpta).

7. *Editiones.* Otto Brunfels et post eum Norimbergienses in scriptis Magistri Jo. Hus sequentia fragmenta tractatus Matthiae de ecclesia addiderunt:

I. De mysterio iniquitatis Antichristi fragmentum.

c. 9. Br. 50ª—ᵇ, Opp. 483ᵇ—484ª = l. III, tr. 4, c. 23.
c. 10. Br. 50ᵇ, Opp. 484ª = l. III, tr. 4, c. 23.
c. 11. Br. 50ᵇ—51ª, Opp. 484ᵇ = l. III, tr. 4, c. 23.
c. 12. Br. 51ª—52ª, Opp. 484ᵇ—485ª = l. III, tr. 4, c. 24.
c. 13. Br. 52ª, Opp. 485ª—ᵇ — III, tr. 4, c. 27.

III. De abolendis sectis et traditionibus hominum.

c. 1. Br. 72ª—ᵇ, Opp. 472ª = l. III, tr. 4, c. 8.

IV. De unitate ecclesiae et schismate.

c. 1. Br. 75ª—ᵇ, Opp. 475ᵇ = ?
c. 2. Br. 75ᵇ—76ᵇ, Opp. 676ª—ᵇ = l. III, tr. 4, c. 2.
c. 3. Br. 76ᵇ—77ª, Opp. 476ᵇ—477ª = l. III, tr. 4, c. 16 et 22.
c. 4. Br. 77ᵇ, Opp. 478ª = l. III, tr. 4, dist. V, c. 33.
c. 5. Br. 77ᵇ—78ª, Opp. 477ª—ᵇ, l. III, tr. 4, c. 34.
c. 6. Br. 78ª—ᵇ, Opp. 477ᵇ—478ª = l. III, tr. 4, c. 34.
c. 6. Br. 78ᵇ—79ª, Opp. 478ª—ᵇ = l. III, tr. 4, c. 35.

8. *Conversio veterobohemica.* Duo fragmenta nobis nota sunt, quae conversionem veterobohemicam tractatus Matthiae de ecclesia praebent. *Victorinus Anxiginus Scutecius* presbyter partem c. 10 dist. IV de veneratione statuarum sanctorum (cf. Erben, l. c., t. III. p. 313—314) convertit, et antea iam Mag. Jo. de *Přibram* in tractatu „O jednotě církve a poslušenství staršim (de unitate ecclesiae et obedientia maiorum) [cf. de eo J. Goll in Annal. Societ. scient. bohem. 1878 — et cod. bibl. palat. Vindob. 4314, f. 139—152] cap. 19 distinctionis II. commemorat et singulas eius partes in linguam bohemicam convertit, sed tam parum accurate, ut manifestum

sit eum Matthiae sententias ad propria studia et suas ipsius cogitationes conformare voluisse.

9. Ex scriptis cf. Kybal l. c., p. 61—63 et 69 sq.

— — —

Pariter ac in volumine primo edendo etiam hoc secundum volumen typis mandantes gratias sincerissimas agimus imprimis dominis illustribus, quorum tutelae mandatae sunt bibliothecae Musei, Universitatis, Capituli Pragensis, Palatinae Vindobonensis, Budissinensis, quod nobis benigne libros manuscriptos commodaverunt. In quorum seriem nunc etiam honestissimus praefectus bibliothecae Vratislaviensis accedit. In opere ipso conficiendo iterum adiuti sumus singulari studio, diligentia ac insigni rerum peritia virorum praestantissimorum atque doctissimorum domini doctoris VENCESLAI NOVOTNÝ, professoris historiae Bohemicae in Universitate Pragensi, et domini HENRICI NEUDERT, professoris gymnasii Smichoviensis, quorum uterque pro virili parte ad editionem huius admodum difficilis voluminis emendandam contulit.

Pragae, 17. die Januarii 1909.

Vlastimil Kybal.

CONSPECTUS ARGUMENTI.

LIBER TERCIUS

DECIMA TERCIA REGULA PRINCIPALIS.

TRACTATUS PRIMUS

	Pagina
DE REGULA IN SE	1—39
Prooemium. — [Jhesus Christus regula generalis, decima tertia et summa, unica atque generalis]	1
Cap. I. [Deus, filius et sanctus spiritus ut regulae] . . .	3
Cap. II. — [Forma seu lex naturalis rerum et Veritas prima] .	5
Cap. III. — [Veritas prima et creaturae intellectuales] . . .	6
Cap. IV. — [Veritas prima qualis sit et qualiter denominetur in scrip uris]	8
Cap. V. — [Intelligentiae coelestes et homines et Veritas prima] .	10
Cap. VI. — [Veritas et synderesis. Veritas et leges. Lex naturalis, lex scripta et lex gratiae]	12
Cap. VII. — De articulis fidei [et de propositionibus universalibus in sciendis]	16
Cap. VIII. — [Regula brevis et facilis: continet summam veritatem et virtutem. Regula veritatis et praeceptum charitatis. Adinventiones hominum]	18
Cap. IX. — [Regula veritatis communis et homo. Prima inscriptio veritatis per viam naturae 1. intus in intellectu hominis]	22
Cap. X. — [Prima inscriptio veritatis per viam naturae: 2. foris in omnibus creaturis. Applicatio ad frequentem communionem eucharistiae. Veritatis obnubilatio et hominis caecitas atque infirmitas]	25
Cap. XI. — [Secunda inscriptio veritatis intus et foris per Jhesum Christum. De spirituali communione eucharistiae] .	30
Cap. XII. — [Veritas et sacramentum altaris sub speciebus panis et vini]	33
Cap. XIII. — [Veritas et frequens communio cibi et potus eucharistiae]	35
Cap. XIV. — [Veritas et frequens communio eucharistiae. Impeditores frequentis communionis eucharistiae]	37

Pagina

TRACTATUS SECUNDUS

DE TESTIBUS VERITATIS . . . 40—67

Cap. I. — Quod regula generalis est manifesta et infallibilis. Quod veritas dei est et fuit per testes ydoneos manifestata 40

Cap. II. — Quod soli testes electi veritatis sunt conformes veritati 43

Cap. III. — Quod testes fideles veritatis manifestant ipsam ordinate et constanter 45

Cap. IV. — Quod testes veritatis manifestant ipsam virtuose et utiliter 47

Cap. V. — Quod Jhesus, fidelis testis veritatis, usquequaque utiliter predicavit veritatem 50

Cap. VI. — Quod testes veritatis docent utiliter eandem, quia perfecte se veritati contulerunt 53

Cap. VII. — Que est regula manifesta et infallibilis omnibus hominibus communiter ad vivendum . . . 56

Cap. VIII. — Quod omnes, qui sunt isti regule difformes, et precipue doctores in vita vel doctrina, quantum est de se, sunt inutiles 59

Cap. IX. — Quod ecclesia sanctorum et solum ipsa ideo est perfecte ordinata et valde commendabilis, quia est intus et foris isti regule conformata 62

Cap. X. — De modo, quo conformata est ecclesia regule veritatis 65

TRACTATUS TERCIUS

DETERMINACIONES SANCTORUM DOCTORUM PRO COTTIDIANA VEL CREBRA COMMUNIONE SACRAMENTI ALTARIS A PLEBIBUS CHRISTIANIS . . . . . 68—139

Cap. I. — Recapitulacio predictorum 68

Cap. II. — [Quaestio de frequenti communione qualiter per testimonia veritatis solvenda sit] 70

Cap. III. — Venerabilis vir Johannes Horleaan, predicator eximius et doctus et magnus doctor in theologia et in iure canonico, prout hic relucet ex dictis suis, facit questionem, dicens 75

Cap. IV. — Sequntur dicta pro cottidiana vel alias frequenti sanctorum laycorum communione cum sacramento dominico venerabilis viri Magistri Francisci, canonici in ecclesia Sancte Crucis et rectoris parochialis ecclesie in Wratislavia 79

Cap. V. — Sequitur determinacio Magistri Nicolai Wendlar, decani ecclesie Sancte Crucis in Wratislavia, viri illustris et devoti 80

Cap. VI. — Determinacio Magistri Mathei de Cracovia, doctoris in theologia sancte universitatis Pragensis . . 82

Pagina

Cap. VII. — Determinacio venerabilis viri Magistri Adalberti Ranconis, magistri in artibus et doctoris in theologia Paryslensis 86
Cap. VIII. — Determinacio fratris David de Ordine Minorum, professoris sacre scripture, in libello suo De septem processibus religionis 92
Cap. IX. — Determinacio venerabilis viri abbatis patrum conventus de Aula Regia, qui fuit mire devocionis, ita ut esse abbas resignaret ob devocionem ante mortem 96
Cap. X. — Determinacio venerabilis viri et illustris predicatoris Milycii in sua postilla, que intitulatur „Gracie dei“ 98
Cap. XI. — Determinacio auctoris De septem sacramentis, in capitolo de eucaristia 102
Cap. XII. — Determinacio Symonis de Cassia 103
Cap. XIII. — Determinacio cuiusdam collegii magistrorum . . 104
Cap. XIV. — Determinacio venerabilis magistri Bonaventure . 107
Cap. XV. — Determinacio venerabilis viri Magistri Amandi in suo tractatu, quem intytulavit Orilegium sapiencie . 110
Cap. nullum. — Determinacio Gloze ordinarie super illo verbo apostoli I. ad Cor. XI: „Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit“, sic inquiens 113
Cap. XVI. — Determinacio Thome de Aquino 114
Cap. XVII. — Determinacio Bernhardi super illo verbo: „Panem nostrum cottidianum da nobis hodie“ . . . 116
Cap. XVIII. — Determinacio Magistri Allani Alani . . . 117
Cap. XIX. — Determinacio Innocencii pape tercii in libro De missa 118
Cap. XX. — Determinacio Cassiani collacione XXIII^{a} . . . 119
Cap. XXI. — Determinacio Anshelmi 120
Cap. XXII. — Determinacio beati viri Cesarii, episcopi Arelatensis 124
Cap. XXIII. — Determinacio Crisostomi super epistolam ad Hebreos, sermone XVII: sic inquit 125
Cap. XXV. *(sic, cf.* Cap. nullum). — Determinacio Augustini in libro De ecclesiasticis dogmatibus . . . 127
Cap. XXVI. — Determinacio beati Ambrosii, in libro quinto De misteriis et sacramentis: exponens dominicam oracionem, dicit 131
Cap. XXVII. — Determinacio beati Jeronimi 132
Cap. XXVIII. — Determinacio Anacleti pape, simul et preceptum: qui dicit 134
Cad. XXIX. — Determinacio beati Pauli apostoli . . . 134
Cap. XXX. — Determinacio Actuum apostolorum, ubi II° cap.^{o} dicitur 136
Cap. XXXI. — Determinacio legislatoris ewangelici ac patrisfamilias 136

Pagina

TRACTATUS QUARTUS

DE ECCLESIA. . . . . . 140—308

DISTINCCIO PRIMA

DE UNITATE ECCLESIE (p. 140—195).

Cap. I. — De conparacione status presentis christianorum ad regulam veritatis Christi et doctrine et eius apostolorum 140

Cap. II. — De quinque modis unicionis et de hiis, que nocent unitati ecclesie 147

Cap. III. — Applicacio supradictorum modorum unicionis ad communitatem familie et domus Jhesu crucifixi . . 150

Cap. IV. — Quod Christus Jhesus maxime diligit unitatem ecclesie et efficit, et omne, quod cooperatur ad unionem, est ex parte Christi 154

Cap. V. — Quod corpus misticum Christi in ecclesia non est divisum neque potest, sed yppocrite ab ecclesia et a se invicem scismate sunt divisi 156

Cap. VI. — Prefacio ad subsequencia et quomodo paulatim et successive reddetur pax familie Christi et yppocrite, qui turbant unionem ecclesie, abscindentur usque in finem 162

Cap. VII. — [De unitate Christi Jhesu sponsi et ecclesiae eius nuptae. Unitas sanctorum christianorum et schisma] . . 164

Cap. VIII. — [De variis difformitatibus in ecclesia] . . . 167

Cap. IX. — [Quae] difformitates seu diversitates sunt Christi Jhesu familie nocive et amputande *[discrepat ab argumento]* 171

Cap. X. — Quod difformitas inter homines ad extra venit ex difformitate intrinseca et priori animorum . . 173

Cap. XI. — Quod difformitas accidentalis non necessaria extrinseca rerum et habituum in hominibus derogat conformitati intrinsece animorum et destruit eandem . 176

Cap. XII. — Quod principaliter et solum spiritus Jhesu Christi potest facere in hominibus omnia communia . . . 178

Cap. XIII. — Quod pauci sunt, qui propria amant et tenent communionem ecclesie et unitatem 182

Cap. XIV. — Quod divisio sacerdotum vel papatus in ecclesia est signum manifestum et complementum prioris scissionis spiritualis et magne in corpore ecclesie . 186

Cap. XV. — Quod prior facta est discessio populorum a Christo Jhesu, et post secuta est divisio a se invicem manifesta sacerdotum 190

Cap. XVI. — Quod divisio manifesta populorum in ecclesia Christi fuit utilis, eorum, qui prius a Christo spiritualiter recesserunt, et propter quas causas fuit utilis . 193

Pagina

DISTINCCIO SECUNDA

DE ORDINE ET DISTINCCIONE ECCLESIE (p. 195—220).

Cap. XVII. — Distinccio sancte ecclesie secundum beatum Paulum apostolum et secundum sanctum Dyonisium . . 195
Cap. XVIII — Distinccio familie Christi, id est ecclesie secundum ordinacionem modernorum sanctorum, quoad gradus ecclesiasticos vel status clericorum . . . 200
Cap. XIX. — Distinccio familie Jhesu crucifixi quoad utrumque statum, scilicet clericorum et laycorum, vel regum et sacerdotum 206
Cap. XX. — Distinccio universalis ecclesie simul et eius familie in tredecim articulos ad modum ecclesie primitive . 209
Cap. XXI. — Quomodo inpii de sedibus predictis duodecim successive proicientur foras et sancti pro eis successive assumentur, et quomodo sancti et iusti iniquos in die iudicii iudicabunt 216

DISCRECIO QUARTA [RECTE TERCIA]

DE PROPORCIONE DEBITA MEMBRORUM VIRGINIS NUPTE CHRISTI, ID EST PARCIUM ECCLESIE DEI (p. 220—267).

Cap. XXII. — De proporcione equali et debita ad se invicem parcium Christi Jhesu familie 220
Cap. XXIII. — Quod in corpore Christi mistico principalius est manus dextra quam sinistra, et primum principalius-[que] est regimen sacerdotum quam regum terre in populo christiano, et quomodo iam fit istius abusus 227
Cap. XXIV. — Quod vicio manus dextre factum est, quod sinistra manus amplius quam ipsa in corpore Christi mistico regit et principaliter 233
Cap. XXV. — Quod violacio proporcionis inter articulos manus dextre est causa, quod eadem manus, id est sacerdocium, est infirmata 239
Cap. XXVI. — Quod manus dextra ideo est infirmata, quod palma eius et novissimi digiti et iuncture ipsorum sunt a primis et a grossioribus articulis extenuata et contracta, id est inferiores sacerdotes a superioribus 242
Cap. XXVII. — Quod manus quedam tercia et inpertinens adiuncta in corpore ecclesie fecit manum dextram infirmatam et contemptam, id est potestas patrum religiosorum potestatem ordinariorum sacerdotum . 248
Cap. XXVIII. — De singulari iniuria, quam facit manui dextre et essenciali manus illa tercia et inpertinens in corpore ecclesie Jhesu Christi 253

Pagina

Cap. XXIX. — [De adinventionibus] 256
Cap. XXX. — Quod sicut unicum preceptum Christi Jhesu et unicum sacrificium constitutum in ecclesia facit valde et promovet unitatem, ita multa et varia precepta et doctrine hominum gravant et disturbant unitatem ecclesie Jhesu Christi . . . 259
Cap. XXXI. — Quod sicut una consuetudo facit multum ad unitatem ecclesie, ita diverse consuetudines voluntarie admisse in populo destruunt universitatem familie Jhesu Christi 264
Cap. XXXII. — Quod diversitas conversacionis et actuum in familiis et fratribus est contraria unitati ecclesie et spiritui Jhesu Christi 266

DISTINCCIO QUINTA [RECTE QUARTA]

DE UNIVERSITATE ECCLESIE JHESU CHRISTI ET MEMBRORUM EIUS (p. 268—308).

Cap. XXIX. — [Diffinitio universitatis ecclesiae] . . . 268
Cap. XXX. — I) De hiis, qui nocent universitati ecclesie sanctorum et distrahunt eandem, et primo de modo, quo quidam apropriant sibi ipsis ea, que sua sunt, quam tocius universitatis 271
Cap. XXXI. — II) De alio modo, quo universitas ecclesie deterioratur et distrahitur, per quem persone sancte et utiles universitati recedunt de medio plebium et fratrum infirmorum 275
Cap. XXXII. — III) De tercio modo magis subtili, quo quidam conturbant universitatem ecclesie, recedentes a sua vocacione, qua vocati sunt 280
Cap. XXXIII. — De ethimologia universitatis et de tribus modis necessariis in universitate, sive tribus respectibus oportunis 283
Cap. XXXIV. — De determinacione huius nominis „universitas“ et de illis, que faciunt et conferunt ad esse universitatis, et de differencia deorum . . . 287
Cap. XXXV. — De modis et causa subtili, quibus universitas ecclesie est infirmata et destructa . . . 291
Cap. XXXVI. — De modis et causa discessionis in presenti a deo vero et domino Jhesu Christo, per quod universitas sanctorum est dirrupta . . . 293
Cap. XXXVII. — Quod sicut unitas patrum proficit et instruit, ita pluralitas nimia patrum, magistrorum ac dominorum non subordinatorum in ecclesia Christi destruxit universitatem 297

Pagina

Cap. XXXVIII. — Quod sicud unitas religionis in populo instruit unionem, ita multitudo diversarum parcialium religionum derogat unice communi ecclesie universitati 303

Cap. XXXIX. — Quod sicud unitas legis et regule vite hominum colligat et promovet populi unitatem, ita multitudo regularum et preceptorum secundum adinvenciones hominum gravat et distrahit ecclesie universitatem 306

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 11, lin. 11 supple supra esse [ei] videatur.
P. 11, lin. 28 lege sequi non possit *pro* sequi non posse, *prout omnes cod. habent.*
P. 15, lin. 24 lege liber . . propositus *pro* liber . . prepositus.
P. 21, inscr. praeceptum charitatis *pro* praeceptum charitas.
P. 25, inscr. inscriptio *pro* incriptio.
P. 26, lin 5 adde vel [nos] magis quam ipsi.
P. 27, lin. 12 ymaginis *pro* ymiginis.
P. 27, lin. 38 adde infra p. 34, l. 29.
P. 28, lin. 6 pro: confortaret[ur], *corr. ab ed., legi potest* confortaret.
P. 28, lin. 26 lege Aperies *pro* Aperis.
P. 43 inscr. lege de ove *pro* de ovi.
P. 52, lin. 14 lege fit *pro* sit.
P. 58, lin. 31 lege intuentes *pro* intentes.
P. 60, lin. 21 lege et quinque lapidibus *pro* ex quinque lapidibus.
P. 75, lin. 37 adde idem [sit] ac.
P. 78, lin. 16 lege Chiisti *pro* Christis.
P. 91, lin. 27, versus hexam. Hostia nos (?) *pro* Hostia spiritus.
P. 93, lin. 23 lege sanguis meus *pro* sanguis mea.
P. 104, lin. 9 lege angustior *pro* augustior *et lin. 10* monemur *pro* movemur.
P. 111, lin. 17 lege remunerator *pro* renumerator.
P. 133, lin 3 lege corpus Christi *pro* corpus Christus.
P. 136, lin. 11 lege sanxit *pro* sanctitati.
P. 146, lin. 19 lege seipsos *pro* seipos.
P. 158, lin. 15 lege adherencia *pro* adherente.
P. 164, lin. 8 rectius uti *pro* ubi.
P. 165, lin. 8 lege ad deum *pro* utque deum.
P. 187, lin. 8 lege diffusionem *pro* diffusione.

P. 188, lin. 6 lege invicem *pro* in vice.
P. 200, lin. 18 lege indagare *pro* indagari.
P. 202, lin. 18 adde ab archidiaconis.
P. 222, lin. 16 lege ministrorum et *pro* et ministrorum.
P. 249, lin. 6 adde [ad] totum corpus per se fulciendum.
P. 246 inscr. lege dist. 4, c. 31 *pro* c. 4, dist. 31.
P. 267 inscr. lege De nociva *pro* De novica.
P. 270, lin. 18 lege sanguinibus *pro* saguinibus.
P. 294, lin. 6 et 35 et p. 295, lin. 4 lege ydololatria *pro* ydolatria.
P. 294, lin. 21 lege Jerusalem *pro* Jesusalem.
Adn. — In cod. A „capitolum" communiter scribitur, sed in editione nostra „capitulum" typis excudi curavimus.

[f. 68a] # LIBER TERCIUS[a].

DECIMA TERCIA REGULA PRINCIPALIS[b].

TRACTATUS PRIMUS[c].

De regula in se[c].

Prooemium[c].

Postremo investiganda est et prosequenda una generalis regula pro direccione vite hominum et congnicione sui ipsius cuilibet homini et [ad][d] discernendum spiritus prophetarum et doctorum, an ex deo sint vel non.

Quam regulam generalem merito dixerim, tum quia omnibus communiter convenit[e], vite puta cuiuslibet etatis hominum, cuiuslibet condicionis, omni virtuti morali, omni studio bono et salubri disciplinc instruende et formande, tum[f] quia ab uno communi[g] generali omnium hominum domino et magistro et ductore est indita, constituta et[g] promulgata, tum quia regule duodecim precedentes, videlicet quatuor, de quibus in primo tractatu[h], et octo, de quibus in secundo tractatu[i] per totum, omnes ab ista tamquam matre communi generantur, moderantur et rectificantur.

Qua de causa hec regula erit merito et ex certo proposito in loco decimo tercio in ordine regularum hic inserta, sin-

---

[a]) *ita A rubr.; om. BCF.* [b]) *ita A in m.; om. BCF.* [c]) *add. ab editore; om. ABC; cod. A false ponit:* Cap.^{m} I^{m}. *F inscr.*: Preciosissimus tractatus de direccione vite hominum. [d]) *add. ab ed.* [e]) conveniet *A.* [f]) tum — promulgata *om. B et C.* [g]) *om. F.* [h]) *recte* in primo libro; *vide libri I. tractatum 1. et 2. in vol. I.* [i]) *recte* in secundo libro; *vide libri II. tractatum 1. in vol. I.*

gularem tractatum sibi vendicando, ut per hoc numerus gloriosus et famosus commemoretur, videlicet duodecim patriarcharum et dehinc duodecim tribuum et tredecimi ac singulariter super exstantis[a]) dei, qui dedit tribulus principium et incrementa et fuit eorum exemplar in monte[b]) demonstratum et regimen; post hec, ut fiat conformacio numero duodecim apostolorum — (et[c]) qui sunt et fuerunt forma vite omni homini christiano, sicut innuit apostolus, dicens I[a] Thess. 4° [1]): „Videte, fratres, ut caute ambuletis, et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram“[2]), — et terciodecimo et singulariter ac deifice desuper existenti domino nostro, Jhesu Christo, qui est et fuit et semper erit illa unica regula omnibus apostolis et cum hoc omni homini venienti in hunc mundum, sola necessaria et sufficiens ad omnia, in omnibus et in omni loco et tempore, non tantum hominum, sed et angelorum, quoniam ipsa est illa sapiencia et veritas[d]), que attingens a fine[e]) usque ad finem fortiter, disposuit[f]) omnia suaviter[3]). Et idcirco nichil est obliqum, quod sibi manet conforme et per ipsam gubernatur[g]), atque nichil est rectum, quod ab ea recedit vel desinit eidem summopere atque continue[c]) et in omnibus conformari.

Hanc igitur regulam hic in proposito intendo pro summa et unica atque singulari investigare et indagatam collocare[h]), et ipsius solius noticiam esse regimen efficax et sufficiens omni volenti per virtutes[i]) salutem suam adipisci. Quinymmo omnis ille et solus talis[k]), qui secundum istam[l]) regulam vivit et ipsi se conformat, potest esse et ipse regula ydonea seu exemplar vite hominum[m]) aliorum et dicere veraciter, veluti apostolus[3]): „Imitatores mei estote, fratres, sicut ego Christi.“ Et[n]) qui hanc lucem induit, et ipse similiter per hoc efficitur lux in hoc mundo aliorum, quemadmodum ad huiusmodi dictum est[4]): „Vos estis lux mundi.“

Quapropter ipsa est unica lex vite, „lex perfecte libertatis, in qua[m] si quis perspexerint[o]), non obliviosus auditor, sed factor

---

[a]) axtantis *B et C*; existentis *F*. [b]) mente *B et C*. [c]) *om. F*. [d]) virtus, veritas *BC*. [e]) affine *scribitur in A*. [f]) disponit *B et C corr. et biblia*. [g]) oblilum ... gubernetur *F*. [h]) *in marg. add. A*. [i]) voluntati per virtutem *F*. [k]) *post* talis *add.* eciam *C in m*. [l]) *om. C*. [m]) omnium *B*; hominum *A et C*; *C add. sup. lin.* sui (?). [n]) *om. B*. [o]) perstiterit *F*.

[1]) *recte Philip. III. 17*. [2]) *Cf. Sap. VIII. 1*. [3]) *I. Cor. XI. 1*. [4]) *Matth. V. 14*.

(verbi) beatus in facto suo erit." Jaco. III. g. [1]) „Hic est liber vite mandatorum dei et lex, que est in eternum: qui tenent eam, pervenient ad vitam, qui autem dereliquerint eam, in mortem." Baruch IIII° a. [2]) „Hec est sapiencia sanctorum et intellectus coram populis, ut audientes universi precepta dicant: En populus sapiens et intelligens, gens sancta." Deutero. IIII° b. [3]) „Ipsa est mater pulchre dileccionis et agnicionis et timoris et sancte spei, sapiencie." Eccli. XXX.°[a]) [4]) „Ipsa est omnium virtutum magistra [b]), desursum descendens, primum quidem pudica, pacifica, modesta, suadibilis, bonis consenciens, plena misericordia et fructibus bonis, iudicans sine simulacione." Jac. III.° [5]) „Ipsa est finis loquendi omnium hominum et ad quam et [c]) secundum quam est omnis homo." Ecclesiastes ultimo [6]). „Ipsa via regia et strata publica, a qua nec ad dexteram nec [d]) ad sinistram est declinandum." Num. XX. e. [7]).

Et hec erit aptissima ad hoc, ut homo per eam seipsum congnoscat, eidem comparatus, et ut congnoscat alios a se, precipue pseudomagistros, de quibus sermo, ad ipsam coequando facta et dicta eorum.

Capitulum primum [e]).

Nunc igitur ad ipsam investigandam sic accedetur.

Solus siquidem deus, qui est infallibilis et omniquaque sibi ipsi [f]) sufficiens, non eget gubernaculo extrinseco vel exemplo, sed voluntas sua est lex sua, et sapiencia eius est regula eius, indiminute et inmutabiliter ac sempiterne inmobilis, rectissima, pulcherrima et delectabilissima: que forma vel regula est ipse pater in divinis, quia filius in ea est (unde apostolus Phil. I. [8]): „Qui cum in forma dei esset"), et per ipsam est vel ad ipsam,

---

[a]) *ita A;* 29° *B;* 27° *C;* XXIIII° *F.* [b]) in gracia *(sic) C.* [c]) *om. C.* [d]) neque *C.* [e]) *ita A in marg. dextro, sed in marg. sinistro legitur* Cap.^{m} 2^{m}; *ita et F rubr., om. B et C.* [f]) *om. F.*

[1]) *recte Jacob. I. 25:* „Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit." [2]) *Baruch IV. 1.* [3]) *Deuter. IV. 6.* [4]) *recte Eccli. XXIV. 24,* sapiencie *omittens.* [5]) *Jacob. III. 17.* [6]) *Cf. Eccle.XII. 13 (libere allatum).* [7]) *Cf. Numer. XX. 17 (libere allatum).* [8]) *recte Philip. II. 6.*

quia filius est adequata patris similitudo et ymago, (unde Jo. 14[a])[1]): „Qui videt me, et patrem meum videt“), et secundum ipsam filius operatur (unde Jo. 5[b])[2]): „Usque modo pater operatur, et ego operor“; et iterum[3]): „Sicud pater suscitat mortuos et vivificat[c]), sic et filius, quos wlt, vivificat“).

Item simili intelligencia filius est illa forma patris vel regula a patre, quia est verbum patris et in patre et id, quod pater, substancialiter. Et omnia, que pater operatur, per filium suum operatur: unde omnia per ipsum facta sunt et sine[d]) ipso factum est nichil. Et omne, quod facit pater, ad formam et ad similitudinem sui filii, vel que est in filio suo, facit; unde Gen. primo[4]): „Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram“. Que imago in divinis est filius; unde apostolus Ro. VIII°[5]): „Conformes fieri ymagini filii sui“; et I[a] Jo. III°[e])[6]): „Scimus, cum apparuerit, quia similes ei erimus.“ Et proinde[f]) filius est forma vel ydea inmutabilis et eterna omni creature, aut[g]) [f. 68b] in filio est supersubstancialiter et vitaliter similitudo vel[h]) forma omnium, que facta sunt. Unde Jo. I.[7]): „Quod factum est, in ipso vita erat“, et Boecius in ‚De consolacione‘[8]):

„Pulcher pulcherrimus ipse,
Mundum mente gerens, similique ymagine formans.“

Et in eadem consideracione spiritus sanctus est rectitudo, pulchritudo, delectabilitas et bonitas ipsius[i]) forme vel regule mirabilis perpetue in divinis, que nequaquam ab ipsa forma sunt distincta in essencia. Qua de re spiritus sanctus est ipsa forma vel regula in divinis. Unde[k]) per ipsum et in ipso forma et ymago in omnia creata derivatur. Unde scriptum est[9]): „Spiritus domini ornavit celos“; et iterum[10]): „Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum.“

---

18) Nota bene *A*.

[a]) *A m. poster.; om. BC et F.* [b]) *A m. poster.; om. B et C.* [c]) *ita add. B sup. lin., sed om. A et C.* [d]) et sine — in filio suo, facit *om. C.* [e]) III° Jo. primo *false A.* [f]) perinde *F.* [g]) *ita B et C; A habet* dei et, *sed eras.;* que *F.* [h]) et *F.* [i]) istius *BCF.* [k]) dum *B.*

[1]) *Joann. XIV. 9.* [2]) *Joann. V. 17.* [3]) *Joann. V. 21.* [4]) *Gen. I. 26.* [5]) *Rom. VIII. 29.* [6]) *I. Joann. III. 2.* [7]) *Joann. I. 3—4:* et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, *etc.* [8]) *Boetii De consolatione philosophiae lib. III, metrum IX, ap. Migne, PL, t. 63, col. 758—759.* [9]) *Job XXVI. 13.* [10]) *Psalm. XXXII. 6.*

Ex quibus colligitur, quod pater est regula vel forma, ex qua vel ad quam omnia. Filius est regula, secundum quam omnia. Spiritus sanctus est regula, in qua omnia, secundum scripturam, que dicit Ro. 11[a])[1]): „Quoniam ex ipso, per ipsum et in ipso sunt omnia.“ Et quia ibi est summa idempnitas, summa[b]) equalitas, plena et adequata similitudo, propter quod non tres forme vel regule, sed unica est regula omnibus, de qua scriptum est[2]): „Respice et fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.“ Et propter eandem unitatem apostolus, ubi supra, conclusit, dicens[3]): „Ipsi honor et gloria in secula seculorum“[c]).

Capitulum secundum[d]).

Solus itaque deus a seipso et secundum seipsum omnia operatur, nullo indigens aminiculo extrinseco, sui directivo. Omnia vero alia, puta creata, sicuti ab alio sunt[e]) et vivunt, ita ab alio gubernantur et diriguntur in suis motibus et operacionibus et ad suam perfeccionem: et illud est eis hic regula intenta. Deus autem, cuius[f]) perfecta sunt opera[4]), unamquamque rem, postquam in numero et mensura et pondere secundum suam ipsius regulam intrinsecam composuit, indidit a principio et intrinsece eidem rei motum et tendenciam vel inclinacionem ad suum finem ultimatum, ad quem extat eo[g]) ordinata. Hoc est sua perfeccio et ordo, et proinde[h]) perfeccio universi.

Et pro eo ac per hoc[i]) forma uniuscuiusque rei semper et ubique habet suas proprias vires intrinsecas vel naturales motivas ad suas proprias operaciones et penes hoc ad obiecta. Et illud[k]) vocant hii, qui de naturis communem sermonem texuerunt, naturam vel legem naturalem. Unde Aristoteles Phisicorum primo[5]): „Natura est principium motus et quietis, primum per se et non secundum accidens.“ Et hoc est forma naturalis rei.

---

[a]) 11 *om. B et C.* [b]) idemptitas, suprema *F.* [c]) Amen *add. C.* [d]) *ita A manu posteriore; om. B et C et F.* [e]) sunt — alio *om. B;* illo *F.* [f]) *loco* autem, cuius *in cod. C.* autenticus *(sic) ponitur.* [g]) *om. F.* [h]) perinde *F.* [i]) pro hac *F.* [k]) id *C.*

[1]) *Rom. XI. 36.* [2]) *Exod. XXV. 40.* [3]) *Rom. XI. 36.* [4]) *Deuter. XXXII. 4.* [5]) *Aristotelis Naturalis auscult. l. III, c. I, ed. Paris. (Didot) II, p. 273.*

In eadem etenim[a]) consideracione philosophi posuerunt duo principia omnium intrinseca, scilicet actum[b]), et illud est forma, quam ego voco hic regulam, et materiam precise suscipientem illum actum intrinsece, quod placet michi hic nominare corpus rectum. Unde Aristoteles primo de anima[1]): „Anima est actus primus corporis organici phisici, potencia vitam habentis."

Est igitur regula illa[c]), secundum quam res unaquaque regitur, forma intrinseca rei, non tamen illa, que est hic assumpta ad inquirendum, quoniam ista non est aliud ab ipsa re, quoniam est intrinseca et que dat esse[d]) rei secundum philosophum et format ipsam rem ad numerum, pondus et mensuram, et quia illa varia est in rebus et multiplex secundum diversitatem specierum.

Est autem et alia forma vel regula, veluti dictum est, communis, ad quam et secundum quam omnia gubernantur, et quamvis diversis nominibus in scripturis exprimatur, utpote verbum dei, ut in psalmo[2]): „Verbo domini celi firmati sunt et spiritu", etc., voluntas dei, prout idem[3]): „Omnia, quecumque voluit, dominus fecit", filius patris, principium et finis, et sic de aliis: tamen in proposito illam omnem regulam veritatem primam placuit appellare, et cetera[e]).

Capitulum tercium[f]).

Que licet sit regula omnium rerum communis, ad quam et secundum quam diriguntur, tamen modo singulari et proprio[g]) est regula stabilis[h]) omnium intelligenciarum, quoniam omnes res alie a racionabilibus creaturis, quamvis ab hac veritate et secundum eam gubernantur per suam naturam vel formam, tamen eandem non congnoscunt neque habent in suis operacionibus eleccionem; sed creatura intellectualis, existens a veritate et in veritate et per veritatem, congnoscit illam veritatem, quia ab ea est, et quia per ipsam est id, quod est, et quia habet liberam voluntatem et per consequens

---

a) eciam *F.* b) actum et potenciam *B.* c) *om. F.* d) essenciam *F.* e) et cetera *om. BCF.* f) *ita A rubr., om. B et C et F.* g) proprie *C.* h) infallibilis *F.*

1) *recte Aristoteles de animis lib. II, cap. II, ed. Paris. (Didot) III, p. 447.* 2) *Psalm. XXXII. 6.* 3) *Psalm. CXXXIV. 6.*

eleccionem in suis motibus et operacionibus: veritas quoque, a qua et per quam [est], est exemplar suum supremum et regula, ad quam et secundum quam debet moveri et operari penes clariorem vel obscuriorem habitum illius[a]) indite veritatis, quoniam iustum est et veritatis, ut opus suum opificem imitetur et effectus gerat et exprimat similitudinem sue cause. Justum, inquam, et sanctum est, ut ea, que primo et principaliter a veritate et ad veritatem sunt et vivunt, a se autem nichil, ad veritatem eciam et secundum veritatem moveantur seu operentur, quam congnoscunt.

Si itaque et dum et[b]) quamdiu intellectualis creatura huiusmodi, congnoscens veritatem, et secundum veritatem movetur et eligit operari, tunc et tamdiu est in veritate et participat veritatem, et tamdiu est in suo ordine et fruitur bonitate universi.

Sed quam cito eadem ex libertate eleccionis declinat in suo motu a congnita veritate vel ad suum libitum et complacenciam in seipsum, ut fecit primus angelus secundum propriam voluntatem, vel[c]) ad libitum unius alterius, prout fecit primus homo secundum voluntatem sue uxoris vel serpentis, tam cito violat, quantum in se est, et offendit primam veritatem et contempnit permanere in veritate, quia contempsit secundum suam debitam regulam[d]), primam veritatem, moveri et manere. Et tunc mox ex seipso a suo proprio primevo esse et[e]) vita corruit, et ordine universi, quantum est ad se, destructo, deordinacionem incessabilem et infinitam in seipso paciens, a fruicione[f]) pulchritudinis [f. 69[a]] et bonitatis universi felici per veritatem spoliatur et ad tenebras suas dilabitur inmensas et interminatas, id[g]) ipsum exigente iudicio[h]) veritatis, si et quamdiu iterum non redit spontanee ad suam primam veritatem et ad suum ordinem primitivum. Et quia creature intellectuali a suo ordine destitui, delectacione propria privari et lumine veritatis spoliari est sua occisio et mors infausta et pessima, ideo dominus Jhesus crucifixus, Jo[hannis evangelio][i]) ad filios iniquitatis et[k]) de dyabolo loquens, ait[l]): „Vos ex patre dyabolo estis,

---

[a]) *om. F.* [b]) *A sup. lin., om. BCF.* [c]) vel — voluntatem *om. C.* [d]) id est *add. F.* [e]) primevo *et* et — ad se *om. B.* [f]) ad fruicionem *(sic) C.* [g]) *ita B et C;* ad *A;* ad — veritatis *add. A in m.; om. F.* [h]) iudicio proprio *B et C.* [i]) *suppl. ab editore.* [k]) *om. F.*

[l]) *Joann. VIII. 44 (libere allatum).*

ideo opera eius wltis facere, que sunt occisio et mendacium." Nam subiungit[1]): „Ille homicida fuit a principio"[a]), subaudis primus suiipsius, dehinc multorum aliorum, etc.[b]).

Capitulum quartum[c]).

Ex istis infertur, quod veritas[d]) est regula omnium, per[e]) quam reguntur singula, et primo et principaliter intelligenciarum. Que est:

1) Unica, et ideo facit hominem recollectum in unum; et pro eo scriptum[f]) Jo. X°[2]): „Martha, Martha, sollicita es et turbaris circa plurima. Porro unum[g]) est necessarium."

2) Communis[h]), et idcirco facit unitum populum et concordem; propter quod scriptum est[3]): „Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam, sanctorum communionem."

3) Brevis: quapropter commensuratur[i]) cuiuslibet hominis facultati et etati; unde propheta[4]): „Verbum abreviatum faciet dominus in toto orbe terre."

4) Facilis: et per illud excludit omnem excusacionem inpotencie vel ignorancie a quolibet christiano; pro quo dicit Jo.[5]): „Et mandata eius gravia non sunt."

5) Manifesta: propterea quemlibet volentem[k]) faciliter custodit ab errore; unde propheta . . .[6]).

6) Infallibilis: ex eo certificat hominem et privat omni timore; unde Proverbiorum . . .[7]).

Quapropter ipsa erit hominum ydonea, primum ad investigandum et congnoscendum seipsum, quantum ad[l]) suos motus, actus et cogitaciones, ad cognoscendum quoque, quantum est possibile, ad discernendum infideles et falsos doctores et prophetas a[m]) non falsis, sicud scriptum est Jo.[8]): „Si vos

4) Nota totum *A*.

a) ab inicio *B et biblia*. b) *om. BCF*. c) *ita A rubr.; om. BC; F rubr.*: Cap. tercium. d) *rasura in cod. A*. e) *om. C*. f) pro ea scr. est *F*. g) unum est necessarium *om. B*. h) Communis — concordem *om. B*. i) commensatur *ABF*. k) quamlibet voluntatem *F*. l) ad — quantum *om. C*. m) ante *C*, an *(sic) B*.

1) *Ibidem*. 2) *recte Luc. X. 41—42*. 3) *Symboli apostolici artic. IX*. 4) *Isaiae X. 23*. 5) *I. Joann. V. 3*. 6) *dictum prophetae om. omnes cod.; cf. Psalm. XCVI. 10*: „Custodit Dominus animas sanctorum suorum." 7) *locum Proverb. om. omnes cod.; cf. Prov. I. 33*: „Qui autem me audierit, absque timore requiescet et abundantia perfruatur, timore malorum sublato." 8) *Joann. VIII. 31—32*.

in sermone meo manseritis, tunc vere discipuli mei eritis, et congnoscetis veritatem, et veritas liberabit vos."

Ad videndum distinccionem huiusmodi[a]) veritatis: quid est vel que est illa veritas, quantum presenti inquisicioni congruit, est sciendum, quod multipliciter accipitur veritas in scripturis:

Veritas increata, de qua Jo.[1]): „Ego sum via veritatis"[b]).

Veritas creata, et hec[c]) multiplex, secundum quod scriptum est in psalmo[2]): „Diminute sunt veritates." Ecce, pluralitas.

Veritas proposicionis, de qua Jo.[3]): „Si veritatem loquor vobis, quare non creditis michi?"

Veritas essencie. Actuum X[4]): „In veritate reperi, quod non est personarum accepcio apud deum."

Veritas conversacionis seu vite. Psalmus[d])[5]): „Memento, domine, quod in veritate ambulaverim coram te."

Veritas proposicionis mentalis, et hec est[e]) proprie veritas, de qua psalmus[f])[6]): „Qui loquitur veritatem in corde suo."

Veritas[g]) vocalis, de qua Jo.[7]): „Si veritatem locutus sum vobis." Et hec minus principaliter et minus proprie dicitur veritas, nisi analogice[h]) ad primam.

Veritas scripta, de qua . . .[8]).

Veritas increata est verbum in principio apud deum, et deus ipse est veritas.

Veritas creata ipsius intellectus vel proposicionis mentalis est[i]) adequacio intelleccionis[k]) ad verbum vel ad primam veritatem, id est conformis intelleccio prime veritati, aut veritas proposicionis mentalis est adequacio intelleccionis ad rem intellectam, et non differt ab intellectu veritas sic accepta essencialiter, nisi sicut actus ab agente.

Veritas proposicionis vocalis est adequacio oracionis vocalis ad veritatem mentis vel ad proposicionem veram mentalem.

---

3) De veritate n. *A cet. abscissis.*

[a]) huius *B.* [b]) et veritas *C et biblia;* via, veritas et vita *F.* [c]) hec est *B.* [d]) Ysaie *recte B et F.* [e]) hec est *BCF;* est *om. A.* [f]) psalmus — de qua *om. C.* [g]) *add. in marg. A; om. F.* [h]) analoyce *B;* analoice *F.* [i]) id est *sup. lin. A.* [k]) intellectus *B.*

[1]) *Joann. XIV. 6, ubi legitur:* via et veritas. [2]) *Psalm. XI. 2.* [3]) *Joann. VIII. 46.* [4]) *Act. X. 34.* [5]) *recte Isaiae XXXVIII. 3.* [6]) *Psalm. XIV. 3.* [7]) *Joann. VIII. 40.* („Qui" oc.) [8]) *locus afferendus om. est in omnibus cod.*

Similiter veritas proposicionis scripte est adequacio ipsius ad veritatem in re vel in intellectu.

Veritas essencie est idem, quod essencia rei, et inde dictum est, quod ens et verum convertuntur.

Veritas vite est adequacio conversacionis et morum hominis ad veritatem mentis seu intellectus vel propositi formati secundum veritatem verbi divini.

Unde sequitur, quod veritas prima est origo et regula prima omnium aliarum veritatum[a]).

Est namque vita et lumen veritatis, que est in intellectu; veritas vero in intellectu est vita[b]) et lumen proposicionis vocalis et lumen proposicionis scripte, et hec eadem veritas est lumen et regula veritatis morum vel operacionum virtutis.

De veritate prima dictum est Jo. VI[1]): „Verba, que loquor vobis, spiritus et vita sunt." De veritate intellectus dicit Jhesus[2]): „Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit", scilicet per veritatem, „non habens quidquam tenebrarum, erit lucidum totum", id est cogitatus, verba et opera.

Et sic apparet ex istis, quod intellectus hominis optime tunc regulatur, quando adherens verbo dei conformat se veritati; dehinc verba et actus hominis optime tunc regulantur, quando reguntur intellectu conformi verbo dei.

Capitulum quintum[c]).

Intelligencie insuper celestes, quia, primam veritatem facie ad faciem adcontemplantes[d]), a principio in veritate perstiterunt, neque ullomodo sunt ab ea aversi, nec in minimo eidem difformati, data [est] eis gracia et inunccio, per quam summe delectantur adherere indeclinabiliter prime veritati et eidem in omnibus et per omnia conformari in tantum, quod nequeunt vel cogitare difformiter prime veritati. Ideoque sunt inobliquabiles a sua regula et per consequens inpeccabiles et inobtenebrabiles.

Apostatici autem spiritus et homines, ut supra dictum est, quia primum sine medio et clare videntes hanc

---

24) Nota de veritate to(tum) *A*.

[a]) virtutum *B*. [b]) veritas *F*. [c]) *ita A et C, om. B*. Sequitur capitulum quartum *F rubr*. [d]) contemplantes *B et F*.

[1]) *Joann. VI. 64*. [2]) *Luc. XI. 34 et 36*.

veritatem et per eam et in ea existentes, pro suo [f. 69[b]] libito sunt aversi ab hac sua regula, et in veritate, a qua dependebant, non perstiterunt, eligentes subsistere independenter in semet ipsis contra veritatem: ideo per irregularitatem suam obtenebrati et funditus eversi, non amplius valeant[a]) veritatem hanc, eciam si vellent, contemplari, in tantum, ut per oppositum bonis angelis neque eciam cogitare valeant conformiter et[b]) adequate veritati prime, secundum quod inquit apostolus[1]), proprie ad modum hominis frenetici, in quo organa et regule intellecciones in capite sunt cassate et obducte ac perverse, ut illud[c]), quod est deorsum, supra esse videatur, et hoc, quod est quies, motum esse[d]) iudicet, nullamque[e]) possit ordinatam et iustam intelleccionem conbinare. Ista accipe et hic de aliis[f]), qui a veritate sunt prolapsi. Et ideo dicit apostolus[2]): „Nos talem fiduciam", etc.

Et quia veritas requirit, ut is, qui delinquit, rediens ad veritatem, condignam satisfaccionem faciat pro delicto, et in eo puniatur, in quo congnoscitur deliquisse, ac per eandem viam ad veritatem redeat, per quam spontanee a veritate deviavit: ideoque[g]) deus, reditum indulgens ad suam primam veritatem, instituit, ut homo, qui sibi ipsi placendo recessit a veritate, isdem sibi ipsi displiceat, et studeat — et[h]) contra semet — conplacere veritati; et qui dyabolo contra veritatem credidit, iam veritati, convincto[i]) dyabolo et semet ipso, fidem plenam adhibeat; et qui veritatem[k]) clare conspectam[l]) et facile congnitam sequi contempsit, iam veritatem ablatam et absconsam, licet difficulter, inquirens, non nisi dono eiusdem veritatis possit credere et eam solum in enigmate invenire, inventam sequi non posse nisi ex gracia et dono veritatis.

Regula igitur cuilibet homini sue vite ad nosse bonum suum et facere est veritas in suo supremo intellectu. Si namque homo suum contemplativum intellectum, qui aliter dicitur synderesis[m]), ad supremam veritatem, que est verbum dei, vigilanter elevet, et quantum sibi conceditur, adequate[n]) et eidem com[m]ensuret laboretque magnis conatibus suum intellectum subicere verbo Jhesu Christi (sicud scriptum est Cor.[3]):

---

[a]) valent *F.* [b]) *om. F.* [c]) id *F.* [d]) essencie *F.* [e]) *ita BF;* nullaque *A et C.* [f]) *post corr. A.* Ita . . de hiis *F.* [g]) idemque *C.* [h]) eciam *F.* [i]) *corr. A in m.;* convicto *F.* [k]) veritate *B et C.* [l]) conscriptam *F.* [m]) sinderesis *BCF.* [n]) adequet *F.*

[1]) *Cf. II. Cor. III. 5.* [2]) *II. Cor. III. 4.* [3]) *II. Cor. X. 5.*

„Captivantes intellectum in obsequium Christi"), semper et in omnibus suum discursum racionis reflectendo primum et principaliter ad ea, que dei sunt, dehinc ad ea, que sunt ad seipsum, depost, si et quantum oportet, ad ea, que sunt extrinseca et que sunt proximorum: idem, inquam, homo facile seipsum poterit dimetiri et esse ydoneus per eandem formam et alios iudicare; dico autem: si in illis, que sunt supradicta, sit exercitatus et provisus. Exinde[a]) enim dictum est[1]): „Spiritualis homo diiudicat omnia"; et Ecclesiasticus[2]): „Sicut in aquis agnoscuntur wltus hominum, sic homo sapiens", etc. ibidem.

Cuius gracia homo volens regulariter vivere et religiose, omnem suum propositum, intellectum et cogitatum studeat summopere veritati divine, quam per spiritum Jhesu continue[b]) docemur intus et ab extra per consilia[c]) sanctorum et scripturas divinitus inspiratas, tamquam infalibili et unice regule coequare. Studeat nichilominus homo motus, desideria, actus, voluntates[d]), sermones et omnem habitudinem corporis extrinsecam secundum intellectum veritate[e]) iam sic illuminatum gubernare et ad ipsum conportare, ita ut incessanter racio veritatem primam in omnibus interroget[f]) et requirat, sensus autem et actus corporis interrogent in singulis et requirant intellectum.

Capitulum sextum.[g])

Illam vero veritatem, quia dixi esse unicam regulam, hoc cito persuasum esse poterit, (1) tum ex eo, quia unicum est verbum dei, quod est fons[h]) sapiencie omnis in excelsis, Eccles. primo[3]), quod semel locutus est deus[i])[4]), qui est unicus filius dei et unigenitus, qui est in gloria dei patris, et ipse est, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, et per hoc est ipse via, veritas et vita[5]): veritas[k]) enim est, quam[l])

---

23) (Nota) totum (pul)cherrimum *A*.

[a]) Et exinde *F*. [b]) cottidie *C*. [c]) concilia *F*. [d]) *om. F*. [e]) a veritate *F*. [f]) interrogat *C*. [g]) *ita A rubr.; om. BC; F rubr.:* Cap. quintum. [h]) forma *corr.* fons *A in m.; om. B et C*. [i]) Ps. LXI°. *add. F*. [k]) veritas — vita *om. F*. [l]) a qua *C*.

[1]) *I. Cor. II. 15.* [2]) *hoc dictum in Eccl. reperire non potuimus; cf. Prov. XXVII. 19:* „Quomodo in aquis resplendent vultus prospiciencium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus." [3]) *Eccli. I. 5.* [4]) *Cf. Psalm. LXI. 12.* [5]) *Cf. Joann. XIV. 6.*

congnoscimus, via, quia per eam ad modum eius facimus, vita, quia eam gustamus et diligimus, et hec tria unum sunt, scilicet veritas nostra supradicta, — (2) tum ex eo, quia ipsa est principium et finis omnium veritatum creatarum, sicut scriptum est[1]): „Ego sum alpha et omega, principium et finis" — (3) tum ex eo, quia ipsa est sola necessaria et utilis cuilibet homini ad salutem, quemadmodum scriptum est Jo.[2]): „Sollicita es et turbaris erga plurima: porro unum est necessarium", et alibi inquit[a])[3]): „Sine me, inquit, nichil potestis facere."

Unde quamvis multe sint veritates vel propositiones vere, tamen nisi sint ab ista veritate vel nisi conducant ad istam, omnes sunt vane et inutiles ad salutem, et per consequens merito opera hominum et fabule poterint nuncupari. Propter quod scriptum est Thym.[4]): „A veritate quidem auditum avertent[b]), ad fabulas autem convertentur."

Et inde fit, quod quamvis[c]) tres leges, scilicet naturalis, scripta et gracie, fuisse ponuntur, una tamen veritas earum est dicenda, et ita licet decem precepta legis scripte sunt promulgata, tamen unica veritas est ipsorum methafisica[d]), transsumptiva[e]).

Ubi advertendum est, quod proposita regula, scilicet[f]) veritas, ut una et communis omnium esset[g]) regula, tripliciter est descripta et dehinc notificata secundum scripturam, que[h]) dicit Proverb.[5]): „Ecce, descripsi eam tibi tripliciter"[i]). Unde triplex lex[k]) sibi est subordinata, non obstante distinccione infra ponenda de ipsius quadruplici inscripcione. Nam licet concurrant quoad aliquid, tamen in eo differunt hee summe, quia hic agitur de legibus simpliciter voluntariis, in quantum sunt scripte ad homines[l]), sed ibi agetur de lege[m]) naturali et lege gracie dei, in quantum sunt scripte a deo.

Dico itaque, quod veritas[n]) est regula inscripta cui-

---

[a]) *om. CF.* [b]) avertentur *F.* [c]) Et sic quamvis, *hisce vocibus D 1. 2. excerpta sua de tr. 1. libri III. continuant, cf. inferius p. 16, n. m).* [d]) methaphisica et *F.* [e]) *D 1. 2. contin.:* Et sic proposita regula oc. [f]) videlicet *D 1.* [g]) esse *B.* [h]) que dicit Proverb. *om. D 1. 2.* [i]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Si lustres omnia ewangelia oc., *v. infra.* [k]) naturalis, scripta et gracie *add. F.* [l]) ab hominibus *F.* [m]) de lege *om. B.* [n]) *hac voce D 1. 2. tractatum 1. libri III. REGULARUM incipiunt, qui in*

[1]) *Apoc. I. 8.* [2]) *recte Luc. X. 41—42.* [3]) *Joann. XV. 5.* [4]) *II. Tim. IV. 4.* [5]) *Proverb. XXII. 20.*

libet homini in intellectu[b]) naturaliter, secundum quam homo potuit[c]) se sufficienter gubernare et congnoscere, ipse solus seipsum regule inscripte conparatus, et dehinc [f. 70[a]] secundum seipsum et alium iuste iudicare et metiri, sicut scriptum est[1]): „Ex te ipso intellige, que sunt proximi.“ Et inde dictum est[2]): „Diliges proximum[c]), sicut teipsum.“ Et hec est lex prima et preclarissima naturalis, que dicit[3]): „Omnia, quecumque wltis, ut faciant vobis homines[d]), et vos facite illis, et quod tibi non vis fieri, minime fac aliis.“ Per quam homo, si actibus et cogitacionibus suis invigilet, poterit semper in promptu habere, per quod possit suam iusticiam examinare et in equitate iudicare.

Sed cum illa lex intrinsecus fuisset oblitterata et in memoria[e]) hominis tenebrata, addidit deus altera vice suam inscribere veritatem iam ab extra et coram sensu corporis in lapideis tabulis et[f]) ad ipsam homines arcius obligavit, addens transgressoribus penas et ultores, per hoc designans, quod homo, qui[g]) rennuit libere secundum veritatem vivere, et — sicuti erat homini proprium, — voluntarie deo suo[h]) subesse, tandem saltem faciat[i]) iam idem coactus et chamo et freno astrictus, ut insipiens iumentum et solis sensibus agitatum[4]). Et inde iterum sunt famosa decem dei precepta quasi decem gubernacula vite hominis, per que iterum homo manifestius potuit se et alios examinare, quam prope vel longe sit a iusticia, se preceptis adequando, non quod aliquid[k]) sit in preceptis secundo inscriptis additum supra legem nature vel regulam primo inscriptam, sed solum quia magis legem nature exprimunt quasi rudibus pueris et obtusis, et manifestius iudicant vel clarificant unicam et sepe dictam[l]) atque intimam veritatem.

Que iterum lex ita[m]) secundo inscripta non rectificavit[n]) corruptos[o]) homines[p]) intime et delapsos ab intus scripta ve-

---

D 1. 2. hanc inscriptionem praebent: „Tractatus de frequenti (et) quottidiana communione (sic). Cap. I.“ (rubr.). [a]) in intellectum *D 1. 2.* [b]) potest *D 1. 2*, ponit *(sic) B.* [c]) tuum *add. D 1. 2. et biblia.* Dilige *F.* [d]) homines, etc., et quod tibi *D 1. 2.* [e]) mente *F.* [f]) *om. C.* [g]) quod *F.* [h]) *om. B et C.* [i]) facit *B;* ut faciat *F.* [k]) aliud *F.* [l]) et sepe dictam *om. D. 1. 2. D 2. loco* clarificant *ponit:* declarant. [m]) sita *A,* ita *B et C, om. D 1. 2.* [n]) rectificat *D 2.* [o]) corruptos *A et C.* [p]) *add. A in marg.; om. F.*

[1]) *Eccli. XXXI. 18.* [2]) *Matth. XIX. 19.* [3]) *Matth. VII. 12.* [4]) *Cf. Psalm. XXXI. 9.*

ritate, sed magis fuit occasio amplioris deordinacionis et obturacionis intrinsece per peccatum, quia tunc iam peccatum hominis factum est supra modum peccans, prout deducit apostolus per plura, loquens ad Romanos[a] [1]), nacta sua potestate a precepto. Propter quod Paulos dicit ibidem[2]): „Virtus peccati lex.“ Multo maius enim peccatum peccantis tunc erat, quam prius, cum iam deus intus et foris peccatum prohibebat, primo et secundo peccatum hominis detegens et manifestans per scripturam. Quanto siquidem maior dei diligencia, maior gracia et maior sciencia hominibus adhibentur, tanto maior culpa, si illa per peccatum contempnantur.

Et ecce, tercio deus voluit inscribi suam veritatem[b]) iam ultimo et perfecte, videlicet intus per unccionem sancti spiritus, docens omnem veritatem vitaliter (sicut[c]) scriptum est[3]): „Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quidquam“), et foris in carne per ostensionem verbi caro facti, monens efficaciter et potenter, sicut[d]) scriptum est[4]): „Sermo eius erat potestatem habens.“ Intus per verbum caro factum, quod habitat in nobis[5]), foris per opera iusta et magnifica ac divina. Intus per Christum Jhesum, foris per apostolos Jhesu Christi et dehinc omnes alios conformes[e]) asseclas[f]) Jhesu Christi. Intus per graciam vel caritatem, foris per sacramenta gracie contentiva et effectiva. Et per hoc liber est hominibus prepositus, scriptus totus intus et foris, de quo[g]) paulo post amplius edicetur.

Hec itaque veritatis inscripcio collegit[h]) in se ambas precedentes leges easque vivificavit et reformavit, videlicet legem nature intus per verbum caro factum, quod habitat in nobis[5]), quod eam intrinsece illustravit, et per spiritum sanctum legem scriptam foris, quam ad vitam suscitavit. Itaque

---

24) Lex vetus *D 1. rubr. et folio inferiore:* De lege triplici: nature, veteri et gracie.

30) Lex nature *D 1. rubr.*

[a]) loquens Romanos *D 1.*, apostolus ad Rom. *D 2. ceteris om.* [b]) voluntatem *corr.* veritatem *A; om. F.* [c]) sicint — quidquam *om. D 1. 2.* [d]) et sicut *C.* [e]) *add. A in marg.* [f]) et asseclas *D 1. 2.*, asseclas Jhesu Christi *om. C.* [g]) de quo — edicetus *om. D 1. 2.* [h]) colligit *D 2.*

[1]) *Cf. Rom. VII. passim.* [2]) *Cf. Rom VII. 7 et 8 (libere allatum).* [3]) *Joann. VI. 64.* [4]) *Cf. Luc. IV. 32:* quia in potestate erat sermo ipsius. [5]) *Cf. Luc. I. 14.*

lex gracie tercia leges ambas precedentes ita homini ad bonum deduxit ac salutem, que prius erant homini in culpam et dampnacionem [a]). Propter quod scriptum est [1]): „Litera occidit, spiritus autem vivificat."

Sola igitur ultima tradicio legis vel tercia inscripcio veritatis est homini perfectissima regula atque sufficientissima ad vivendum [b]) et per quam omnis iusticia plene valet examinari et congnosci, per quam [c]) nmnis iniquitas facile potest deprehendi et evitari, per quam discrecio plena seu noticia potest haberi non tantum iustorum hominum et [d]) iniustorum, vel [e]) prophetarm fidelium et [f]) inpostorum [g]), sed eciam spirituum, an ex deo sint vel non, et omnium virtutum et viciorum in homine christiano, qui est perfecte particeps spiritus Jhesu Christi.

Continet autem hec regula solum unum preceptum ad modum prime legis, videlicet dileccionem, ut per hoc innuat [h]), quod ipsa est plena reformacio prime legis. Nam hoc quod dictum est in lege naturali [2]): „Omnia, quecumque wltis, ut faciant vobis homines", etc., est prorsus ingratum et inane ac nimis grave, si fiat sine dileccione. Adde igitur [i]) ei dileccionem, puta, quatenus illud inpleatur ex dileccione, tunc plane erit lex perfecta et levis. Et per [k]) idem et secunda inscripcio [l]) est sue vite et gratitudini restituta [m]).

Capitulum septimum [n]).

De articulis fidei [o]).

Sunt eciam hic articuli fidei christiane ad[d]endi, qui omnes sicuti sunt ab unica regula veritatis, ita ad eam dirigunt congnoscendam in credendis, veluti eciam alie omnes artes et scienciarum regule vel principia vel maxime in sciendis.

---

25) Nota totum *A*.

[a]) ut que . . . iam sunt in graciam et salutem *F*. [b]) vivendum *A in marg. et F;* videndum *ABC et D 1. et D 2. add.* [c]) per quam *D 1. 2;* postquam *cet. cod.* [d]) sed et *D 1. 2.* , [e]) vel — inpostorum *(sic) om. D 1. 2.* [f]) *sup. lin. add.* [g]) in posterum *(sic) B et C et F.* [h]) innratur *F.* [i]) *om. F.* [k]) per idem et *om. D 1. 2.* [l]) legis *add. F.* [m]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Et sic quamvis tres leges, *etc. v. supra p. 13, n. c).* [n]) *ita A rubr.; om. B et C. F rubr.:* Sequitur c. sextum. [o]) *ita A rubr.; om. BCF.*

[1]) *II. Cor. III. 6.* [2]) *Cf. Matth. VII. 12.*

Nam[a]) licet multiplex sapiencia in hominibus pertranseat [f. 70[b]] vel sit pertransita, non tamen nisi unica veritas resplendet in eadem. Et licet sciencia relativa transmutetur[b]) in eadem anima vel in diversis animabus, sciencia[c]) tamen universalis et abstracta, manens una, non mutatur. Et quamvis experiencia sensitiva et congnicio rerum singularium varietur, sciencia tamen proposicionum universalium necessariarum[d]) perpetue non mutatur. Ad quarum proposicionum universalium scienciam pervenimus per discursum racionis et multorum singularium in unum spirituale conleccionem. Que iterum proposiciones universales sic stabiliter vere ad quasdam proposiciones magis communes in sua sciencia et veritate et pauciores per operacionem iudicii racionis colliguntur, et ille iterum ad pauciora et magis communia rediguntur, donec veniatur[e]) ad primum principium cuilibet[f]) sciencie unicum[g]) et commune, quod secundum perscrutatores talium subiectum attribucionis in sciencia vel genus generalissimum vocatur, et illud esse debere aliquod inconplexum subtiliter descripserunt. Nam si illud principium[h]) composicionem[i]) ex partibus etrogenis acciperet, illud iterum[k]) amplius resolvere in partes contingeret, que partes iterum ad aliquod unum, vel intrinsecum vel extrinsecum, respicerent, suam analogiam vel atribucionem quasi ad suum commune[l]) necessario predicando. Quare illud in resolucione ultimum esset utique primum principium, unicum[m]) et commune. Sic itaque latitudo, longitudo et profundum cuiuslibet artis et sciencie ad unicum primum et principale colliguntur. Et illam placuit hic regulam unam illius artis et sciencie nuncupare.

Atque iterum in consideracione eadem huiusmodi prima principia ac genera generativa[n]) multiplicium et variarum arcium et scienciarum, studiorum, accionum moralium, veluti sunt virtutes, nec non motuum omnium naturalium necesse est utique concurrere ad aliquod unum[o]), quod erit principium[p]) prin-

---

[a]) *om. F.* [b]) transmittetur *C.* [c]) sciencia — mutatur *om. C.* [d]) necessariarum — universalium *om. C.* [e]) veniant *C.* [f]) cuiuslibet *CF.* [g]) unitum *C.* [h]) primum *BF;* primum principium *C.* [i]) compositum *B et C.* [k]) et iterum *B et C.* [l]) commune principium *A, sed postea* principium *del.* [m]) utique *C.* [n]) generalissima *B et C.* [o]) *om. C.* [p]) unum *B et C;* primum *F.*

cipale et commune. Nam inconcussum tenemus, quod puta ab uno solo[a]) omnis multiplicitas rerum et scienciarum est derivata. Igitur eadem via necesse est, ut ad idem unum omnia redeant et colligantur. Et illud erit summe unum, summe[b]) simplex ac principium, et in illa sua simplicitate atque unitate omnem essenciam, virtutem et accionem tocius multitudinis prodite conprehendens. Et proinde de eo dictum est[1]): „In principio creavit deus celum[c]) et terram", et iterum[2]): „Quoniam[d]) ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia."

Et istud tale unam veritatem et summam in proposito pono unicam regulam tocius conversacionis et vite cuiuslibet hominis. Et hic est deus et dominus noster Jhesus crucifixus.

Capitulum octavum[e]).

Ex hiis evidenter infertur[f]), quod nuper[g]) erat assumptum in attribucionibus huius regule nostre unice et communis, puta quod ipsa est brevis et facilis.

Brevis autem, quia omnes leges collegit[h]) in unam legem observandam, sufficientem et perfectam, que continet unicam summam veritatem atque unicam summam virtutem.

1) Veritatem autem, que homini intus et foris est similis[i]), adequata et facta similis (sicut scriptum est Hebr.[3]): „Voluit per omnia assimilari fratribus"), et que intus et foris conprehendit omnem sapienciam et veritatem et docet utilia ad salutem, (sicut scriptum est[4]): „Ego deus docens utilia"), illuminando ad ea, que sunt intus et foris, atque perficiendo hominis intellectum (sicud iterum scriptum est Jo. 1[0 5]): „Qui illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum").

---

16) Nota totum pulchrum *A*.

[a]) puta ... solo *post corr. A.* [b]) unum, summe *om. C.* [c]) *om. B.* [d]) Quoniam — tale unam *om. C.* [e]) *ita A rubr.; om. B et C; F rubr.:* Cap. septimum. [f]) informatur *C.* [g]) nuper *AF;* super *cet. cod.* [h]) omnem legem colligit *C.* [i]) *om. F.*

[1]) *Genes. I. 1.* [2]) *Rom. XI. 36.* [3]) *Hebr. II. 17.* [4]) *Isaiae XLVIII. 17.* [5]) *Joann. I. 9.*

Que veritas est inscripta intus in mente et foris in operacione, et per consequens est in promptu ubique et semper cuilibet homini. E[s]t veritas, que se sola sufficit[a]) ad docendum, dirigendum et salvandum quemque[b]) hominem. Propter quod scriptum est[c]) [1]): „Suscipite insitum verbum", — ecce inscripcio regule compendiosa, — „quod potest salvare animas vestras", — ecce sufficiens ad salutem plene et usquequaque. Propterea scriptum est[2]): „Hiis amplius, fili[d]) mi, non requiras, quia scribendi libros non est finis." Et I. Joh. II[3]): „Scripsi vobis, inquit, de hiis, qui seducunt vos. Et vos unccionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis."

Ecce enim ista unccio est profecto illa sepe dicta inscripcio veritatis hominem perfecte regulantis et docentis. Ideo sequitur[4]): „Et non necesse habetis, quod aliquis doceat vos, sed unccio eius docet vos de omnibus. Et verum est et non est[e]) mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo." Et paulo post idem explicat inscripcionem regule ad ea, que sunt extra, ita dicens[5]): „Si scitis, quia iustus est, scitote, quoniam et omnis, qui facit iusticiam, ex ipso natus est."

2) Ex eo insuper regula hec brevis est et facilis in sua execucione et in captu, quia continet vitam in summa virtute[f]), videlicet, ut dictum est, habet solum unicum[g]) preceptum caritatis, sicut scriptum est Jo.[6]): „Hoc est preceptum meum, ut diligatis invicem"[h]). Nam si[i]) lustres bene[k]) omnia ewangelia, nullibi considerabis Christum ita simpliciter et expresse preceptum aliquod posuisse, nisi hoc de dileccione), quoniam paulo post iterum addidit, dicens[7]): „Hoc mando vobis, ut diligatis invicem." Ex quo[l]) infertur, quod Jhesus non posuit aliud preceptum, legem ferendo, nisi, ut dictum est, preceptum dileccionis, quia hoc et eius apostoli similiter explanarunt. Unde apostolus[m]) Rom.[8]): „Nichil alterutrum de-

---

6) „Quod potest salvare animas vestras" *A.*

[a]) sufficiens est *F.* [b]) quemquam *F.* [c]) Jacobi *add. F rubr.* [d]) fili *B et biblia;* filii *cet. cod.* [e]) non est *AF.* [f]) et summam virtutem *F.* [g]) unum *corr.* unicum *A.* [h]) sicut dilexi vos *add. C.* [i]) *contin. D 1. 2., v. supra p. 13, lin. 22.* [k]) *om. D 1. 2.;* bene ewangelia *F.* [l]) Ex quo — Unde *om. D 1. 2.* [m]) et apostolus: Nichil oc. *D 1. 2.*

[1]) *Jacob. I. 21.* [2]) *Eccle. XII. 12.* [3]) *I. Joann. II. 26—27.* [4]) *I. Joann. II. 27.* [5]) *I. Joann. II. 29.* [6]) *Joann. XV. 12.* [7]) *Joann. XV. 17.* [8]) *Rom. XIII. 8 et 10.*

beatis[a]), nisi ut invicem diligatis. Plenitudo[b]) enim legis est dileccio." Et iterum[1]): „Diliges dominum[c]) deum tuum ex toto corde tuo et[d]) ex tota anima[e]) et ex omnibus viribus tuis, et proximum tuum sicut teipsum." Et ad propositum[2]): „In hiis enim duobus [f. 71[a]] preceptis tota[f]) lex pendet et prophete." Licet autem hic duo videntur numerari precepta propter respectum duplicem, tamen unicum est opus quoad ipsius substanciam vel causam formalem, finalem, efficientem et subiectum.

Unicum igitur est preceptum, ad quod unica regula dirigit veritatis. Et illud est facillimum et suavissimum, sicud veritas loquitur, dicens[3]): „Tollite iugum meum super vos[g]). Iugum enim[h]) meum suave est, et onus meum leve." Enimvero quid levius et suavius[i]) potest esse[k]) anime racionali, quam diligere et diligere suum conveniens et suum bonum congnitum? Ymmo illa dileccio est sola vita et delectacio anime racionalis. Propter[l]) quod scriptum est I. Jo.[4]): „Nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres." Et tunc ad propositum: „Qui non diligit, manet in morte." Igitur[m]) a sensu contrario: qui diligit, manet in vita. Notanter autem dictum est: ‚diligere suum conveniens et suum bonum', quia ad illud solum et tale diligendum et dirigendum in numero, pondere et mensura, id est secundum exigenciam rei seu quantitatem[n]) conveniencie in ea et bonitatis docet et dirigit hec[o]) regula veritatis. Quapropter qui diligunt non suum bonum vel inordinate, non sunt in regula veritatis, et ergo diligunt mortem anime sue, et[p]) per consequens odiunt animam suam, quia illud anime proprie[q]) diligunt adhibere sibi, quod suo inimico odioso vix optarent adhibendum, videlicet tenebras et mortem. Propter quod scriptum est[5]): „Qui autem[r]) diligit iniquitatem, odit animam suam"[s]). Diligere igitur

---

[a]) debeat *C.* [b]) Plenitudo — dileccio *om. D 1. 2.* [c]) dominum (d. t.), etc. *D 1. 2. cet. om., contin.:* In hiis oc. [d]) *om. C.* [e]) anima tua *C et biblia.* [f]) mandatis universa *D 1. 2. et biblia.* [g]) Tollite — super vos *om. D 1. 2.* [h]) *om. D 1. 2.* [i]) suavissius *A.* [k]) dici *B et C.* [l]) Propter — hec regula veritatis *om. D 1. 2.* [m]) Ergo *B.* [n]) qualitatem *B.* [o]) *sup. lin. add. A. om. F.* [p]) et — Propter quod *om. D 1. 2., contin.:* sicut scriptum est . . . [q]) a. p. *om. F.* [r])*om. D 1. 2.* [s]) *post hanc vocem D 1. 2 contin.:* Hic te volo oc. *v. infra p. 21, lin. 24.*

[1]) *Luc. X. 27.* [2]) *Matth. XXII. 40.* [3]) *Matth. XI. 29 et 30.* [4]) *I. Johann. III. 14.* [5]) *Psalm. X. 6.*

suum conveniens et suum bonum est gaudium[a]) et levissimum anime racionali in tantum, quod dicat[b]) Augustinus: „Anima ibi est plus, ubi amat, quam ubi animat."

Et ipsa dileccio est vita et lumen eius, sicuti est[c]) dulcissimum similiter racio[nal]i anime hominis suscipere et imitari veritatem. Et ipsa[d]) est vita et lumen eius. Vere[e]) dignum ergo et iustum est[f]), equum et salutare, ut homo, qui habet racionem veluti suum summum bonum et in quo omne bonum, summe diligat, simpliciter et propter se et non propter aliud, et diligendo eidem summe inhereat, et inherendo perfruatur, ita eciam, ut credat summe, id est ex toto corde, ex[g]) tota anima et[h]) ex totis suis viribus, prime et summe veritati, et ipsam summe conetur cognoscere secundum mensuram sue fidei, et congnoscendo summe tenere, et tenendo summe imitari imitandoque se[i]) sibi conformari.

Que veritas tunc est intus et foris hominibus inscripta[k]), quando verbum caro factum est et habitavit in nobis. Et ipsa[l]) est vere pius, vere suavissimus et miserator et misericors dominus Jhesus crucifixus.

Et ecce hic est regula illa nostra in principio proposita ad querendum, per quam se homo et alios posset congnoscere et regulare. „Imitatores igitur dei estote, inquit apostolus[1]), sicut filii karissimi."

Hic[m]) te volo animi advertere[n]), si bene faciunt sancte ecclesie hii, qui doctrinas hominum, subaudis obligantes ad observanciam, et adinvenciones, cerimonias et statuta nimis multiplicant auctoritate sua et iam ab antiquo, amplius et amplius addendo honera[o]) inportabilia super humeros hominum et pro regulis necessariis ad salutem ea ponendo et firmando. Per quod faciunt et fecerunt ecclesiam sanctorum nimis obligatam et gravatam, magis quam[p]) quondam fuit gravata gens

---

26) Statuta ecclesie multiplicia *D 1.*

[a]) gaudiosum *F.* [b]) dicit *F.* [c]) eciam est *F.* [d]) quia ipse *F.* [e]) Verum *B et C.* [f]) dignum igitur est *F.* [g]) et ex *C.* [h]) *om. C.* [i]) *om. C;* se sibi summe *F.* [k]) inscriptam *corr.* inscripta *A;* in scriptura *(sic) B et C.* [l]) *F:* ipse . . piissimus . . d. noster Jhesus crucifixus. [m]) *contin. D 1. 2., cf. supra p. 20, lin. 30.* [n]) animadvertere *D 1. 2. et F.* [o]) onera *B et D 1. 2.* [p]) quam — scriptum est *om. B.*

[1]) *Ephes. V. 1.*

Judeorum, de quo[a]) scriptum est: „Utquid[b]) temptatis deum, imponere [iugum] super cervices discipulorum, quod[c]) neque vos neque patres nostri [neque nos] portare potuimus." „Sed per graciam[d]) domini nostri Jhesu Christi credimus salvari." Act. XV. c°.[e]) [1]). Et per hoc populum liberum valde christianum servilem[f]) nimis confecerunt[g]), et qui soli Jhesu existens inmediate subiectus, gaudebat de spiritus sancti libertate, hic iam subiectus absque Jhesu multis dominis, non cessat murmurando cedere sub mandatis interminatis. Per quod, ut[h]) infra dicetur[2]), populus christianus quam plurimum gravatus et wlneratus consciencia amare ingemiscit[i]) suspicaturque perinde legem Christi seu iugum esse grave ac difficile ad salvandum[k]). Timent[l]) insuper deum doctrinis huiusmodi et mandatis hominum et hiisdem frustra ipsum colunt[m]), obmissis illis, que graviora sunt legis, id est magis necessaria et salubria, puta preceptis dei, misericordia et iudicio, dileccione et veritate. Verumptamen ista oportuit facere et illa non obmittere. Et de hiis maior disputacio in subsequentibus me prestolatur[3]).

Capitulum nonum[n]).

Ex hiis[o]) igitur palam sequitur, quod ista est regula unica, scilicet ista veritas communis omnium hominum. Nam si omnia, eciam[p]) insensibilia, ab ea et secundum eam sunt et[q]) gubernantur, cur[r]) non homo solus, qui sentit et congnoscit? Sed quia, heu, solus homo ab ea est deformatus et per hoc irregularis effectus, cum alias tamen omnia alia in celo et in terra gaudent et festinant huic regule conformari vel secundum ipsam gubernari, ideo in veritate homini orandum est continue et dicendum est[s]) a veritate institutum[3]): „Fiat voluntas tua, sicut in celo, et in terra."

---

19) Nota totum *A*.

[a]) de quo — Act. XV. *om. D 1. 2.* [b]) Utquid wultis omnes *corr.* Utquid *A in m.* [c]) *om. A.* [d]) *om. A et B.* [e]) c° *om. A; dictum scripturae om. F; add. A in m.* [f]) servituti *D 1.* [g]) fecerunt *F.* [h]) ut infra dicetur *om. D 1. 2.* [i]) ingemiscat *A.* [k]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Per viam itaque ɔc., *v. infra p. 24, lin. 29.* [l]) Timet *F.* [m]) colit *F.* [n]) *ita A, om. B et C.* Sequitur *add. F rubr.* [o]) ex predictis *F.* [p]) encia *B, om. C.* [q]) ut *C.* [r]) *om. C.* [s]) *om. F.*

[1]) *Act. XV. 10 (voces uncis inclusae ab ed. add. sunt).* [2]) *cf. infra tract. 4 libri III.* [3]) *Matth. VI. 10.*

Et iterum, si ab hac veritate et secundum hanc homo totaliter et ex toto[a]) recipit suum esse et vivere, cur non eciam bona sponte in omnibus et per omnia ad illam veritatem et secundum illam suas operaciones voluntarias deberet regere et totum ambitum sue conversacionis gubernari[b])? Propter quod scriptum est[1]): „Estote sancti, sicut ego sanctus sum", et iterum[2]): „Estote misericordes, sicut pater vester celestis" [f. 71 b], et: „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde." Et[c]) apostolus[3]): „Imitatores dei estote, sicud filii karissimi."

Et iterum, si omnis homo communiter habet ad id inditam racionem, ut, sapienciam et scienciam imitans, ea[d]) vivat et dirigatur, sicut scriptum est[4]): „Si spiritu vivimus, — dicit Glosa: id est racione, — tunc ad propositum: „spiritu et ambulemus"; in hac autem veritate est omnis sapiencia et sciencia et omnis virtus, sicut scriptum est[5]): „In Christo sunt omnes thesauri sapiencie et sciencie dei": qua excusacione homo in hac et per hanc regulam suam racionem non deberet informare, presertim cum ipsa sit cum illa sapiencia, que quidem attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter[6])? Et hec ipsa est hominibus[e]) incarnata in Jhesu crucifixo et data atque proposita ad imitandum, sicut scriptum est[7]): „Hic est filius meus dilectus, in quo michi complacui[f]). Ipsum audite." Et iterum[8]): „Qui non audierit[g]) prophetam illum, tolletur anima eius de populo."

Ista insuper est sapiencia et veritas, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Illuminat autem intus et foris, in omni tempore et in omni loco totum hominem et totaliter, sicut scriptum est[9]): „Sapiencia foris predicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua." Ergo ipsa regula congruentissima omni homini semper et ubique, intus et foris, atque sufficientissima ad gubernandum et vivendum.

Et iterum, si homo quilibet communiter habens liberam voluntatem, per eam semper in suum bonum vel apparens bo-

---

[a]) et ex toto *om. F.* [b]) gubernare, cum tamen *F.* [c]) Item *F.* [d]) secundum eam *F.* [e]) omnibus *F.* [f]) michi bene complacui *C et F.* [g]) audiet *F.*

[1]) *I. Petri I. 10.* [2]) *Luc. VI. 36 et Matth. XI. 39.* [3]) *Ephes. V. 1.* [4]) *Gal. V. 25.* [5]) *Col. II. 3.* [6]) *Matth. XVII. 5.* [7]) *II. Petri I. 17.* [8]) *Cf. Act. apost. III. 23.* [9]) *Proverb. I. 21.*

num[a]) et suum perfectibile ducitur[b]) vel inclinatur, (cum vero in ista veritate sit conditum omne bonum et perfectibile hominis, et ad ipsum summum bonum dirigat et conducat, et sit pro eo et ad hoc homini hec eadem veritas regula certissima constituta): quare iam non relinquitur racio, cur homo per eam non gubernetur[c])?

Quia igitur ista veritas sic accepta est[d]) communis forma omnibus et singulariter proposita, et idcirco, quia omnium est principium, et ideo, quia suam similitudinem et lumen inpressit omni homini, (sicut scriptum est Gen.[e]) [1]): „Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram", et psalmista [2]): „Signatum est super nos lumen wltus tui, domine"), et ideo, quia omnem hominem obligat ad se et secundum se vivendum et gubernandum (sicut scriptum est [3]): „Estote sancti, sicut ego sanctus sum"), et ideo, quia convenientissima et sufficientissima[f]) atque summa racio et summa veritas et summum bonum, ad quod inquirendum et assequendum omnis homo est conditus, vestigiaque ipsius homini sunt ostensa et expressa: et ex istis plane colligitur, quia deus omnia voluit et obligavit ad se et secundum seipsum per hanc veritatem vivere et gubernari[g]), et precipue intellectuales creaturas.

Ideoque maxime homini, cui necessarium erat, inscripsit veritatem hanc[h]), communicavit, divulgavit[i]), primum dupliciter, scilicet via nature et iusticie, via gracie et misericordie. Et ita inpletum est, quod dictum est per psalmistam [4]): „Semel[k]) locutus est deus, duo hec audivi, quia[l]) potestas dei est, et tibi, domine, misericordia, et tu reddes unicuique secundum opera sua."

I) Per[m]) viam autem[n]) originalis iusticie vel nature inscripsit[o]) istam veritatem vel regulam dupliciter et hominibus indidit et divulgavit: intus scilicet et foris. Intus in mente et foris in universa creatura. Intus, ut a semet intelligeret, foris ut a[p]) creatura[q]) disceret. Intus, ut dei yma-

---

[a]) vel apparens bonum *om. B.* [b]) ducit *(sic) B et C.* [c]) gubernatur *F.* [d]) est et *F.* [e]) Gen I° *B.* [f]) sanctissima *corr.* sufficientissima *A;* sanctissima et s. *F.* [g]) per hanc veritatem *F.* [h]) *add. A in m.;* et per hanc veritatem *F.* [i]) et divulgavit *F.* [k]) Solis *A.* [l]) quod *C.* [m]) *contin. D 1. 2.* [n]) itaque *D 1. 2.* [o]) deus *add. D 2.* [p]) *om. B et C.* [q]) creaturam *C.*

[1]) *Gen. I. 1.* [2]) *Psalm. IV. 7.* [3]) *I. Petri I. 16.* [4]) *Psalm. LI. 12.*

ginem et similitudinem inmediate in se videret, foris, ut per vestigia dei deum investigaret.

1) Intus in intellectu cuiuslibet hominis. Quilibet enim homo naturaliter habet inscriptam et inditam noticiam veritatis[a]). Et hec[b]) ipsa est lex naturalis, que ponit homini[c]) ad se ipsum et ad proximum nec non ad deum debitam habitudinem et iusticiam. Et exinde emanavit illud preceptum, quod est commune et notorium cuilibet homini et indelebile, in quo dicitur [1]): „Omnia, que wltis, ut faciant vobis[d]) homines, et vos facite illis, et quod tibi non vis fieri, minime fac aliis." Et ista est lex scripta primo in[e]) cordibus hominum, de qua apostolus Ro. II.[f]) [2]): „Cum enim, inquit[g]), gentes, que legem non habent[h]), naturaliter ea, que legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente ipsis consciencia ipsorum."

Capitulum decimum[i]).

Unde luculenter infertur, quod ista lex vel regula naturalis iudicat et corripit ignoranciam et crudelitatem modernorum sacerdotum et prophetarum, quoniam lex nature est[g]): „Omnia, quecumque wltis, ut faciant vobis homines et vos facite illis", utpote[k]) est deductum. Nam presbiteri hodie, qui missas frequenter celebrando gaudent se cibari corpore et sanguine Jhesu Christi et grates referunt deo et hominibus, qui eos ipsos ad id promovent et promoverunt: quare ergo non faciunt ita aliis, puta laycis et suis plebeis, similiter ipsos ad sacramentum altaris expediendo et promovendo, simul congaudendo[l]) eorum frequenti cibacioni?

Et si respondent, quod videlicet ipsis est[m]) traditum et non plebeis, plane illud ignorancia est et mendacium. Nam dominus communis omnibus communiter se tradidit sine [f. 72[a]] accep-

---

22) De corpore Christi *A*.

[a]) et falsitatis *add. A, sed postea del.; habet F.* [b]) *ita A et D 1. 2.;* hoc *B et C* (h[c]). [c]) hominem . . et proximum *F.* [d]) vobis, etc. *D 1. 2, cet. om.* [e]) in *A et D 1. 2;* de *B et C.* [f]) Ro. II. *om. D 1. 2.* [g]) *om. D 1. 2.* [h]) non habent, etc. *D 1. 2., cet. om.; contin. v. infra p. 26, lin. 6.* [i]) *ita A; om. BCF.* [k]) utpost *B.* [l]) et congaudens *F.* [m]) *om. B.*

[1]) *Matth. VII. 12.* [2]) *Rom. II. 14—15.* [g]) *Cf. Matth. VII. 12.*

cione personarum, eciam cecis et infirmis, collectis de vicis et plateis. Et dixit[1]): „Accipite, sumite ex hoc omnes.“ Et iterum alia scriptura[a]) dicit[2]): „Bibite ex eo omnes.“

Si autem dicunt: Nos sumus digni et ad hoc ordinati, et non ipsi layci, vel magis quam ipsi: iterum erit hec superbia, et per consequens invidia et inpotencia, quoniam non[b]) officium dignificat quoad manducacionem, sed fides et caritas ac bona vita, et licet sacerdotes precedant plebeios in ordine officii, non tamen in dignitate manducacionis[c]).

Quapropter hii[d]) igitur ministri, qui pascunt dulciter semet ipsos et non gaudent aliis eciam ministrare, aut si tristantur et remurmurant, si alii fratres volunt eciam ipsi sepe[d]) epulari, manifeste „in viam Cayn abierunt vel mercede[e]) Balaam sunt effusi“[3]), transgrediunturque predictum preceptum naturale, in quo dicitur[4]): „Omnia, que wltis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis.“ Sed ve illis dicit Judas in sua canonica[5]): „Qui in viam Cayn abierunt et errore Balaam mercede sunt effusi, et condradiccione Chore perierunt. Hii sunt, inquit, in epulis suis macule, convivantes“, et tunc multum ad propositum: „sine timore, semet [ipsos] pascentes“. Ad[f]) quod propheta Ezechiel 33° [6]): „Ve pastoribus Israel, qui pascebant semet ipsos. Nonne greges a pastoribus pascuntur“? etc. ibidem.

2) Foris autem inscripta est hec veritas homini et ostensa in omnibus creaturis, que omnes indicant homini et predicant veritatem. Et pro eo superius dictum[g]) est[7]): „Sapiencia foris predicat.“ Et psalmus[8]): „Celi enarrant gloriam dei, et opera manuum eius anuncciat firmamentum. Dies diei indicat verbum et nox nocti indicat scienciam“, etc. ibidem ad propositum. Homini quoque per Salomonem dicitur[9]): „Vade ad formicam, o piger, et disce sapienciam.“ Inde venit manuduccio vel via homini in congnicionem divine veritatis. Propter quod dicit

6) Officium non facit digniorem communionis (?). — Contra adversarios. Sacerdos est dignior layco sacramentum (?) Christi preparare (?) *D 2.*

a) in alio ewangelio *F.* b) *hac voce D 1. contin.* „Cap. 2^m^ *(rubr.).*
c) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Arguitur cecitas oc., *cf. infra p. 27, lin. 14.*
d) *om. F.* e) mercedem *corr.* mercede *A;* mercedem C. f) Ad quod — pascebant *om. C.* g) *loco* superius scriptum *ponit C:* scriptum.

1) *Cf. Marc. XIV. 22.* 2) *Matth. XXVI. 27.* 3) *Cf. Judae 11.*
4) *Cf. Matth. VII. 12.* 5) *Judae 11—12.* 6) *recte Ezech. XXXIV. 2.*
7) *Proverb. I. 20.* 8) *Psalm. XVIII. 1—3.* 9) *Proverb. VI. 6.*

apostolus Ro. I. ad negligentes et transgressores veritatis[1]): „Revelatur, inquit[a]), ira dei de celo, super omnem inpietatem et iniusticiam hominum eorum, qui veritatem dei in iniusticia[b]) detinent, quia, quod notum est dei[c]), manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit", et tunc ad propositum: „Invisibilia enim ipsius, a[d]) creatura mundi, per ea, que facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus et divinitas, ita ut sint inexcusabiles. Quia cum deum congnovissent, [deum] non sicut deum glorificaverunt neque graciam egerunt[e]); sed evanuerunt in cogitacionibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymiginis eorum."

Hic de directo arguitur[f]) cecitas et iniusticia modernorum sacerdotum, illorum, qui obsistunt in plebe[g]) Christi cottidiane vel alias frequenti communioni corporis Jhesu Christi et magnificant quasdam fabulas, veluti ymagines et alias res sine vita, et ita retrahunt populum a gloria ipsorum deificante ipsum[h]) in veritate, scilicet a corpore et sanguine Jhesu crucifixi, et alliciunt ad collendas ymagines corruptibiles vel ossa vel aliqua fabulosa, que[i]) nequaquam sunt in se certa neque[k]) continent in se vim salutarem[l]). Cecitas eorum[m]) dein[n]) in hoc reprehenditur in predicta distinccione. Nam cum videant manifeste in scriptura modo predicta tocius creature, quod puta dei ita perfecta sunt opera, quod omni viventi in celo et in terra ordinavit deus et adiunxit suum proprium alimentum, incipiendo a summis angelis usque ad novissimum vermem et plantam, sicut scriptum est[2]): „Qui dat iumentis escam ipsorum et pullis corvorum"[o]), etc., videant insuper aut possent videre predicti pseudoli, si non excecasset eos ypocrisis, quod idem deus constituit cuilibet creature, quatenus ad continuandum suam vitam intrinsecam necesse habeat cottidie[p]) aut sepe vel continue cibum sibi aptatum[q]) pe-

21) Ymagines. Oscula *D 2.*

a) *A post corr.* b) iusticia *B, C et A ante corr.;* et in i. *F.* c) deo *B.* d) *om. C.* e) egent *BC.* f) *contin. D 1. 2. F:* Per predicta de d. a. oc. g) lege *(sic) BC.* h) ipsos *F.* i) vel *B.* k) sunt — neque *F.* l) *D 1. 2. contin.:* Defectus cibi et potus oc., vide *infra.* m) eorumdem *BCF.* n) *om. BF.* o) invocantibus *add. C.* p) continue *B et C.* q) apportatum *C.*

1) *Rom. I. 18—23.* 2) *Psalm. CXLVI. 9.*

tere, querere et manducare et suam sic vitam prolongare et roborare.

Considerent demum, quod divina sapiencia iam in Christo Jhesu, similiter ut aliis viventibus, ita homini cibum sibi proprium et adequatum prepararet[a]), et qui secundum essenciam hominis proprie ipsum cibaret, et confortaret[ur][b]), videlicet in anima et corpore, et racione et in sensu, et in mente et in carne, sicut scriptum est Deutero.[1]): „Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei."

Cum eciam credant cum hoc prefati, quod hic cibus sit toto[c]) homini totaliter preparatus, ut scriptura dicit[2]): „Parasti cibum illorum, quoniam ita est preparacio eius", ille est corpus et sanguis domini nostri Jhesu Christi, sicut scriptum est Jo.[3]): „Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus": est inquam, scilicet[d]) ille cibus homini proprius, dulcissimum et tremendum altaris sacramentum. Sciant dehinc vel scire debent, quod ille cibus mirabilis est hominibus et in tali proprietate datus et constitutus, sicuti cibo conpetit, et hoc est, ut cottidie vel sepe insumatur, et[e]) in tali condicione, sicut aliis viventibus ab homine, puta si volunt vitam suam habere et continuare, quod desiderent, requirant et [f. 72b] summant cottidie vel frequenter cibum pro se adaptatum.

Racio autem illius, quare sic deus voluit omnibus ordinare viventibus, ut sue vite sustentamentum extra se in[f]) cibo habeant, qui est in manu dei repositus, iuxta scripturam, que dicit[4]): „Aperis tu manum tuam et inplebis omne animal benediccione", istius inquam causa in quarto tractatu huius plane est designata[5]). Nunc dico, quod sacerdotes et prophete moderni hii, qui inpediunt in plebeis[g]) cottidianam vel alias crebram communionem panis ipsorum appropriati et celestis vel dissuadent vel qui non promovent et non vocant ad sacramentum, per hec condempnantur, et quod dicentes se[h]) sapientes, stulti esse demonstrantur, quia cum videant omnia vivencia sibi aptatum alimentum cottidie requirere vel frequenter, et neccesse habent pro vita[i])

---

[a]) *ita B et C;* prepararent *A.* [b]) *corr. ab ed.;* confortaret *omnes cod.* [c]) totus *B.* [d]) *om. F.* [e]) *om. BCF.* [f]) id est in *F.* [g]) plebibus *B et C.* [h]) se esse *B.* [i]) prompta *(sic) B et C.*

[1]) *Deutero. VIII. 3.* [2]) *Psalm. LXIV. 10.* [3]) *Joann. VI. 56.* [4]) *Psalm. CXLIV. 16.* [5]) *vide librum IV. art. IV. Regularum.*

sua ipsum manducare: Isti solis hominibus negant cibum sic eis preparatum frequentare, cum idem deus et homo, preparans et tribuens hominibus istum panem primum, in libertate eos posuit, dicens [1]): „Hec quocienscumque feceritis", etc. Dehinc et alibi omni die ipsum querendum[a]) atque manducandum constituit, dicens [2]): „Sic[b]) ergo orabitis: Pater noster, qui es in celis, panem nostrum cottidianum", et[c]) ut expressius necessitatem cottidiane sumpcionis huius cibi edicat, addidit, dicens: „da nobis hodie." Propterea bene sonat ad istos illa beati Job ex[h]ortacio, ubi dicitur [3]): „Interroga iumenta, et dicent tibi", quoniam[d]) secundum prophetam Ysaiam I. [4]): „Cognovit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui, Israel autem me non congnovit." In Job eciam dicitur [5]): „Interroga iumenta, et docebunt te."

Itaque cum fuisset sic veritas ostensa homini[e]) via naturali secundum duplicem modum et inscripta, homo tamen non perstitit in veritate, sed omnis caro corrupit viam suam: Et idcirco fuit secundum utrumque modum, scilicet intus et foris, veritas homini obnubilata, et secundum modum superius declaratum homo in duo mala incidit, scilicet cecitatis et infirmitatis vel ignorancie sui boni et inpotencie[f]) dirigendi se ad suum bonum. Ignorancia quoad primum modum scripture, scilicet intus presentis et indite in anima veritatis. Impotencia quoad secundum modum, id est ad inscripcionem veritatis omnibus creaturis[g]), sic[h]) videlicet, quod homo, videns in omnibus creaturis divinam bonitatem et veritatem et sapienciam et potenciam et magnitudinem expressam et ostensam, et tantum vidit in seipso illam eandemque destitutam et offensam et a semet ipso, non posseque per semet reformari ac reordinari ad dignitatem sui status in ordine ad ceteras creaturas et quoad usum earum et dei[i]) fruicionem. Et cum vidit omnia alia a se gratuite voluntatem dei exequi et a veritate suaviter gubernari, semet tantum conspexit moveri contra divinam voluntatem et esse exortem[k]) a regimine regule universi,

---

[a]) et rogandum *add. F.* [b]) Sic — etc. *add. A in marg. et om. BCF.* [c]) *om. B et C.* [d]) quia *F.* [e]) omni *F;* sic *om. F.* [f]) inpotenciam *F.* [g]) in o. c. *F.* [h]) sic — creaturis *om. B.* [i]) *om. C.* [k]) exsortem *F.*

[1]) *cf. I. Cor. XI. 25.* [2]) *Matth. VI. 9.* [3]) *Job. XII. 7, ubi* docebunt *legitur.* [4]) *Isaiae I. 3.* [5]) *Job XII. 7.*

scilicet a conformitate notate[a]) veritatis, et secundum doctrinam apostoli[1]) videt[b]) in se, hoc est in carne sua, non esse bonum, sed malum. Non enim bonum, quod voluit[c]), hoc agere suberat, sed malum, quod noluit, hoc inerat operari, et cetera.

Capitulum undecimum[d]).

II) Deus igitur, miserator et misericors, nolens prorsus perire, quod[e]) condidit, iterum voluit verbum suum, quod semel loquitur et ab eterno est locutus, secundo audiri in mundo ab homine, ac per hoc universa ad vitam reformari, — quemadmodum scriptum est Jo.[2]): „Amen, amen, dico vobis, quia venit hora et nunc est, in qua audient mortui vocem filii dei, et qui audierint[f]), vivent", — et ut[g]) homo posset cognoscere veritatem et ad congnitam ut posset remeare, sicque omne mendacium, quo erat inbutus, deponere et habundanciam malicie, ac[h]) per hoc, quasi modo genitus infans racionabilis, sine dolo accipere potestatem, filius dei fieri, sicut scriptum est[i])[3]): „Voluntarie genuit nos verbo veritatis, sive ut essemus inicium aliquod creature eius": idcirco inquam deus, ecce secundo inscripsit patulo suam veritatem, conformiter ut prius, intus et foris, videlicet in carne et spiritu, in[k]) humanitate et divinitate, et hoc per dominum nostrum Jhesum Christum, qui est illa veritas et lex vite et regula omnis veritatis et discipline, liber scriptus[l]) intus et foris, sed signatus[4]). Dedit insuper illud volumen plenum gracia et veritate intus et foris homini non tantum ad videndum et tractandum, sed ad comedendum et potandum, quatenus sic perfecte veritatem et graciam homo sibi incorporaret et uniret[m]) essetque siccine totus homo restauratus et sanatus, intus puta a sua cecitate vel ignorancia, foris vero a sua inpotencia ad bonum; et iuxta istam consideracionem sic pulchre loquitur venerabilis Hugo De sacramentis, dicens[5]): „Sic itaque una creatura erat, cuius sensus totus intus erat, puta angeli sive spiritus. Et alia creatura erat, cuius sensus

---

[a]) note *F.* [b]) vide et *A,* et *addens in m.;* et *om. B et C;* vide *F.* [c]) doluit *BC.* [d]) *ita A rubr., om. BCF.* [e]) quem *F.* [f]) audient *B.* [g]) *corr. ab ed.;* et non *omnes cod.* [h]) *om. B.* [i]) Jacobi II *add. F rubr.* [k]) in spiritu et h. *F.* [l]) gracia et veritate *add. F.* [m]) viveret *F.*

[1]) *Cf. Rom. VII. 18 sq.* [2]) *Joann. V. 25.* [3]) *Jacobi I. 18.* [4]) *cf. Apoc. V. 1.* [5]) *Hugonis de S. Victore De sacr. l. I, p. VI. c. 5, ap. Migne, PL, t. 176, col. 266 et 267.*

totus foris erat, puta animalia irracionabilia. Et positus est in medio homo, ut intus [f. 73ª] et foris haberet. Intus ad invisibilia, foris ad visibilia. Intus per sensum racionis, foris per sensum carnis, ut ingrederetur et contemplaretur, egrederetur et contemplaretur: intus[a]) sapienciam, foris opera sapiencie, utrumque contemplaretur et per[b]) utrumque reficeretur, videret et gauderet, et amaret et laudaret. Sapiencia[c]), paschua intus erant. Opus sapiencie, paschua foris erant. Et dimissus est sensus hominis, ut ad utrumque iret et in utroque refeccionem inveniret: iret per congnicionem, reficeretur per dileccionem. Sapiencia liber erat scriptus[d]) intus. Opus sapiencie liber erat scriptus foris. Voluit autem postea adhuc, aliter foris scribi sapienciam, ut manifestius videretur et perfeccius congnosceretur, ut oculus hominis illuminaretur ad scripturam secundam, quoniam[e]) caligaverat ad primam. Fecit opus secundum [post] primum, et illud evidencius erat, quoniam non solum demonstravit, sed illuminavit. Assumpsit carnem non amittens divinitatem. Propositus est liber scriptus intus et foris, foris in humanitate, intus in divinitate, ut foris legeretur per imitacionem, intus per contemplacionem, foris ad salutem, intus ad felicitatem, foris ad meritum, intus ad gaudium[f]). Intus, ut „in principio erat verbum“[g]), foris[h]) „verbum caro factum est, et habitavit in nobis.“ Liber igitur unus semel erat scriptus intus[i]) et bis foris. Foris primum per visibilium condicionem, secundo foris per carnis assumpcionem, primum ad iocunditatem, secundo ad sanitatem, primo ad naturam, secundo contra culpam, primo, ut natura foveretur, secundo ut vicium sanaretur et natura beatificaretur“, etc.

Ex hiis[k]) plene colligitur sufficiens responsio ad illos, qui persuadentibus crebram plebeiorum communionem Christi Jhesu corporis et sanguinis solent dicere: Sufficit ipsis[l]), quod manducant in presencia missarum spiritualiter. Nam forte in Veteri Testamento in tali manducacione, puta spirituali sola[m]), oportebat homines contentari, quia nondum verbum caro factum erat. Juxta quod dictum[n]) est superius[1]): „Non in solo pane vivit homo,

---

a) intus — contemplaretur *om. B.* b) *add. A sub lin. et in m.;* utoque *F.* c) *post corr. A.* d) libri — scripta *B.* e) *A post corr.;* qui *BC.* f) gaudia *C.* g) *om. C.* h) et *B.* i) *om. C.* k) Ex predictis *F.* l) eis *C;* illis *F.* m) *om. B et C;* spiritualiter *F.* n) erat *F.*

1) *Deutero. VIII. 3.*

sed in omni verbo, quod procedit de ore dei", puta solum spiritualiter. Sed iam in Novo Testamento talis manducacio nequaquam sufficit homini solum[a]) spiritualis et per verbum, secundum quod procedit de ore dei, quoniam veritas iam dixit[1]): „Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis", quia iam datum est hominibus verbum[b]) caro factum ad manducandum, secundum quod optime congruit homini, qui est conpositus ex carne et intellectu. Ex eisdem enim vivimus, nutrimur et sumus secundum philosophum. Quapropter propheta dicit[2]): „Parasti cibum illorum, quoniam ita est preparacio eius."

Item manducare tantum spiritualiter est solum librum mandatorum dei pretactum[c]) intus legere vel audire, quod quidem licet docet hominem ad bonum, non tamen usquequaque confortat ad bonum exequendum. Igitur non ita integre hominem reformat ille modus, neque ita est inscripcio eius[d]), scilicet huius libri, sed intus et foris, et ita traditus extat homini ad vorandum et digerendum et incorporandum. Non solum ad audiendum intus vel legendum datum est inquam homini hoc volumen, scilicet verbum caro factum[e]) seu nostrum hoc mirabile[f]) sacramentum, sed ad legendum intus et extra ad tractandum et ruminandum intime et foris, in anima et in corpore[g]), in corde et in ore, quatenus totum hominem sanaret et restauraret, doceret et confortaret in anima et in corpore, in proposito et in opere, in principio et in fine, prout eadem veritas et idem vivus panis protestatur, dicens[3]): „Ego sum alpha et omega, principium et finis." Et iterum[h]) ad idem dicit[4]): „Ego veni, ut vitam habeant et habundancius habeant", atque iterum Johannis X°[5]): „Ingredietur et paschua inveniet, et egredietur et paschua inveniet", etc.[i]).

---

[a]) solum tantum *C.* [b]) *om. A et B.* [c]) *A corr.*, pretaxatum *F.* [d]) inscripcionis *(sic) B et C.* [e]) factum est, *sed* est *del. A.* [f]) venerabile *C.* [g]) in corpore *om. B.* [h]) Et iterum *AC et F.* [i]) *om. C.*

[1]) *Joann. VI. 54.* [2]) *Psalm. LXIV. 10.* [3]) *Apoc. I. 8.* [4]) *Joann. X. 10.* [5]) *Cf. Joann. X. 9.*

Capitulum duodecimum[a]).

Quapropter quam ordinate et quam pulchre sicut ab inicio proposita est [veritas] omni intellectui[b]) et in celo et in terra, ut per eam existens illuminatus, stabilitus ac confortatus[c]), simili forma continuaret suam vitam, sicut supra est Deutero. allegatum[1]): „Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei", et iterum alia scriptura dicit[2]): „Panem angelorum manducavit homo": ita conformiter hec ipsa veritas, ut totum cibaret et instrueret hominem, omnibus[d]) communiter proposita est in sacramento altaris[e]). Et quatenus huiusmodi communitati et ministerio res ipse, in quibus hoc sacramentum est institutum, alluderent, idcirco sub speciebus veri panis et vini est confectum et promulgatum, sicut scriptum est[3]): „Accepit Jhesus panem, etc. similiter et calicem, dicens: Sumite ex hoc omnes."

Sunt namque hec species communissime et inter cibos et quoad usum animalium. Et inde et nomen panis est acceptum, quod „apan" [in] greco, quod[f]) sonat „omne" vel „totum" in latino; similiter et „vinum" quasi vis omnium aut vis hominis[g]) poterit nuncupari. Et quemadmodum in pane et vino fit congregacio in unum multorum granorum, sic in isto sacramento est colleccio omnium perfeccionum optatarum et optabilium ad suum esse vivere et intelligere [f. 73b] cuilibet communiter hominum capacium, veluti omnium sustentaculorum substancie, omnium gubernaculorum vite, omnium veritatum intelligencie, et omne bonum, de quo promissum est[h]) ad Moysen Exodi[4]): „Ego, inquit dominus, ostendam tibi omne bonum, et miserebor tui[i]) miseri et clemens ero, in quem michi placuerit." Ita[k]) iste panis communis omnium, panis proposicionis in conspectu cuiuslibet hominis[5]) primo est sibi cibus et potus, secundo est regula et magister, tercio est sibi verbum et omnis sapiencia et veritas.

---

[a]) *ita A rubr.; om. BCF.* [b]) intellectu *corr.* intellectui *A.* [c]) *post corr. A.* [d]) hominibus *C.* [e]) altari *C.* [f]) grece sonat *F.* [g]) hominum *C et F.* [h]) *om. C.* [i]) tibi *C.* [k]) Ita quod est *F.*

[1]) *Deutero. VIII. 3.* [2]) *Psalm. LXXVII. 25.* [3]) *Matth. XXVI. 26.* [4]) *Exodi XXXIII. 19.* [5]) *Cf. Matth. XII. 4.*

De primo horum dicit veritas Jo. VI° [1]): „Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus".

De secundo Ysaie [2]): „Et dabit tibi dominus panem artum et aquam brevem", et ad propositum: „et non faciet a te avolare doctorem tuum, et oculi tui videntes [a]) erunt preceptorem tuum et aures tue audient verbum post tergum monentis. Hec via domini, ambulate in ea, neque ad dexteram neque ad sinistram declinabitis."

De tercio Ecclesiastici [b]) [3]): „Cibavit [c]) illum dominus pane vite et intellectus et aqua sapiencie salutaris potavit illum."

Verumptamen aliis obmissis, que homo in sumpcione cibi et potus assequitur, quinque sunt, que cibus et potus in homine operatur [d]), scilicet delectacionem, vegetacionem vel augmentum, prolificacionem, roboracionem, illuminacionem intellectus. Aliis obmissis, quia de se plana sunt, que incidentaliter hic sunt memorata et alibi late pertractata, videlicet in primo tractatu et in ultimo [4]), dicendum est solum de ultimo, puta quomodo cibus et potus illuminant intellectum.

Quoniam naturaliter notum existit, quod sicut cibus et potus confortant membra singula corporis ad exequendum operaciones intentas, sicut [e]) eciam sobrie administrata confortant caput hominis ad formandum, intellecciones suas ad consiliandum et corpus totum gubernandum, et mira operacione naturali reddunt caput magis integrum et ingeniosum, — et inde dicit Boecius De disciplina scolarium [5]): „Acuit ingenium vinum modice sumptum"; ad hoc eciam I. Reg. XIIII°. e. scriptum est porro [6]): „Jonathas extendit summitatem virgule, quam habebat in manu, et intinxit in favum mellis et comedit, et illuminati sunt oculi eius", — defectus [f]) quoque [g]) cibi et potus reddunt hominem ebetem in capite et enervatum: sic in proposito [h]) panis hic vivus in sacramento altaris habet hoc in se maxime proprium illuminare intellectum digne manducantis ad congno-

---

12) Quinque *A*.

[a]) *A post corr.* [b]) XV° *add. F rubr.* [c]) Cibum *B.* Cibabit potabit *biblia.* [d]) operantur *C.* [e]) sicut *AB et C*; sic *F.* [f]) *contin. D 1. 2.* [g]) namque *D 1. 2.* [h]) *om. D 1. 2.*

[1]) *Joann. VI. 56.* [2]) *Isaiae XXX. 20—21.* [3]) *Eccli. XV. 3.* [4]) *vide libri I. tract. II, c. 7—8, (vol. I. p. 68—71) et libri V, dist. VII, c. 11—14.* [5]) *Boetius, De disciplina scholarium, c. 2, ap. Migne, PL, t. 64, col. 1228.* [6]) *I. Reg. XIV. 27.*

scendum veritatem et regulam vite utilem[a]). Et hoc plane descriptum est in discipulis euntibus in Emaus, qui non in collocucione in via, sed in fraccione panis dominum congnoverunt.

Ex quibus liquide colligitur, quod veritas prenotata, que e[s]t sapiencia omnium hominum, est regula vite generalis omnium hominum, et ipsa preparata est et prestita[b]) in communi cibo et potu sub speciebus communissimis, scilicet panis et vini, communiter ab omnibus fidelibus frequentanda et incorporanda. Unde limpide sequitur, quod populus christianus, habens unam et generalem vitam, habet unam et generalem vite sue regulam et legem, et ipsam eandem cottidie insumit, ut per eandem illuminetur ad congnoscendum, quid sit acturus cottidie, et per ipsam confortetur intrinsece ad hoc, quod congnovit, faciendum et exequendum.

Capitulum decimum tercium[c]).

Ex quibus vide, quam necessarium est et utile christiano, qui cupit secundum christianitatis regulam digne vivere, hoc sacramentum altaris cottidie vel sepe frequentare, quoniam inde efficaciter assumit congnicionem veritatis sue vite utilis, accipit inde confirmacionem[d]) ad standum et ambulandum in veritate, et per frequentacionem crebram ipsius continue istorum memoria vivaciter in homine renovatur, sicut loquitur veritas, dicens[1]): „Hoc facite in meam commemoracionem.“ Et in figura huiusmodi[e]) Exodi XVI.° dicitur[2]): „Egrediatur populus et colligat, que sufficiunt per singulos dies“, sequitur ad propositum: „ut temptem eum[f]), utrum ambulet in lege mea an non“, subaudis per continuam memoriam et exercicium eius. Et eidem[g]) facit, quod dicit apostolus I. Cor. V[3]): „Expurgate, inquit, vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azimi. Etenim pascha nostrum ymolatus est Christus.“ Ecce, hic conspersio azimi non videtur aliud esse vel signare quam unccionem gracie per spiritum sanctum, que est lex scripta in cordibus nostris.

---

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Quamdiu enim in ecclesia Christi oc., *v. infra p. 37, lin. 29.* [b]) et prestita *om. B.* [c]) *ita A, om. BCF.* [d]) ad confirmacionem *(sic) C.* [e]) huius *F.* [f]) eum *add. AC et F; om. B.* [g]) ad idem *F.*

[1]) *Cf. Lucae XXII. 19.* [2]) *Exodi XVI. 4.* [3]) *I. Cor. V. 7.*

Et hec est sapiencia et veritas, de qua sermo in presenti opere conpilatur. Nam pro eo dicitur I. Jo. [1]): „Et non habetis opus, ut quis vos doceat, sed unccio docebit vos de omnibus." Et hec eadem conspersio est et signat sacramentum altaris. Igitur ipsum est, quod illuminat et docet de omnibus sese frequentantes.

Item[a]) spiritus Jhesu est illa regula vel lex seu veritas scripta in cordibus fidelium, et ideo scriptum est[b]) Jo.[2]): „Et ego alium paraclitum mittam vobis, spiritum veritatis, [f. 74[a]] qui docebit vos omnem veritatem." Sed hoc sacramentum et in hoc sacramento altaris est redundans spiritus et vita Jhesu Christi, veluti de hoc[c]) sacramento ipsa veritas loquitur, dicens Jo. VI[3]): „Verba, que loqutus sum vobis, spiritus et vita sunt." Igitur sacramentum hoc est, quod frequentantem se docet omnem veritatem. Propter quod apostolus, ubi supra, post [quam] dixit[4]): „Ut sitis nova conspersio, sicut estis azimi", subiunxit: „Itaque epulemur in azimis sinceritatis et veritatis."

Item hoc sacramentum est proprie liber vite scriptus intus et foris, traditus prophete et ewangeliste[d]), et per consequens omni christiano ad vorandum, — nam scriptum est[5]): „Quod uni dico, omnibus dico", — ut ipsum ruminando et incorporando, per ipsum intus et extra docti inveniamur, sicut supra paulo ante est introductum, et veritas, loquens de hoc sacramento, adiunxit, dicens[6]): „Et quia scriptum est: Et erunt omnes docibiles dei", ergo ipsum est gracia et veritas atque sapiencia incarnata, que docet intus et foris et illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Nota igitur hic, quod gracia et veritas per[e]) Jhesum Christum facta est regula ewangelica, quemadmodum Jo. primo dictum est[7]): „Lex per Moysen data est[f]), gracia et veritas per Jhesum Christum facta est."

Et iste cibus et potus non tantum confortat, sed eciam docet omnem veritatem necessariam ad salutem; qui ibidem[g])[8]): „Verbum caro factum, quod habitat in nobis", et ex

---

[a]) Iterum *A.* [b]) *om. A.* [c]) *om. C.* [d]) prophetice et ewangelice (?) *C.* [e]) per — facta est *om. BCF.* [f]) *add. A sup. lin.; om. F.* [g]) quia idem est *F.*

[1]) *I. Joann. II. 27.* [2]) *Joann. XIV. 16.* [3]) *Joann. VI. 64.* [4]) *I. Cor. V. 7.* [5]) *Cf. Hebr. II. 11 (discr.).* [6]) *Joann. VI. 45.* [7]) *Joann. I. 17.* [8]) *Cf. Joann. I. 14.*

hoc apostolus vocat ipsum, ubi supra, azima sinceritatis et veritatis. Et ideo notanter propheta, postquam dixit [1]): „Dabit tibi dominus panem artum et aquam brevem", sine medio addidit [a]): „Et non faciet a te avolare doctorem tuum, et oculi tui videbunt preceptorem tuum et aures tue audient verbum post tergum monentis. Hec via, ambulate in ea", acsi aperte dicat, quod ille panis artus, id est cottidianus, similiter aqua brevis erit doctor tuus et preceptor tuus tecum et in te continue manens per manducacionem frequentem, qui docebit te omnia precepta dei et omnem veritatem. Nam pro eo scriptum est [b]) [2]): „Qui manducat meam [c]) carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo", etc.

Capitulum decimum quartum [d]).

Ex quibus sine ulla contradiccione sequitur, quod omnis homo christianus, amans legem ewangelicam et regulam religionis christiane et [e]) zelans non segniter pro ea, libenter amplectitur summam legis christiane et sepissime conatur eandem usitare [f]), sibi eam incorporare, cor suum et animam suam per eam adimplere. Et hoc totum [g]) fit per indefessum exercicium sumpcionis digne huius nostri mirabilis et tremendi sacramenti. Sicut eciam per oppositum is, qui minime suum summum bonum intelligit neque satagit hanc veritatis et gracie regulam usitare [h]) frequenter et sibi omni ad hoc meliori et propinquiori incorporare et intimare seu intimum facere, ille inquam evidens argumentum reportat, quod gracia et veritas ewangelica per Christum facta non sibi redolet neque est sibi menti eam exequi et per eandem gubernari.

Accedit ad hoc, quod quamdiu [i]) in ecclecia Christi fuit fervor caritatis et habundancia virtutis, tam diu communitas christiana cottidie et sepe istud nostrum veritatis azima iterabat. Sed postquam mul-

---

[a]) adiunxit: Et aures &c. *F.* [b]) Johannis VI° *add. F rubr.* [c]) *add A in m.; om. F.* [d]) *ita A rubr., om. BCF.* [e]) eciam *F.* [f]) visitare *corr.* usitare *A.* [g]) idem *C.* [h]) visitare *corr.* usitare *A;* usitare *B et C;* vivificare *F.* [i]) Quamdiu enim &c. *contin. D 1. 2.*

[1]) *Isaiae XXX. 20—21.* [2]) *Joann. VI. 57.*

torum refriguit caritas et habundavit iniquitas, tunc mox plebs christiana cessavit a frequenti communione huius panis[a]).

Ex hiis dogma manifestum[b]) potest extrahi[c]) pro reprobacione pseudoprophetarum, qui in eo ostenduntur, non habere zelum ad legem ewangelicam et graciam et veritatem factam per Jhesum Christum, quod scilicet summam gracie et veritatis christiane non valde videntur adamare, que est hoc venerabile sacramentum altaris, quod apparet in eo, quod effectum[d]) eius atque exercicium inpediunt et[e]) sic maxime et principaliter, prout dictum est, per communionem huius cibi et potus salutaris.

Effectus autem istius sacramenti est, secundum quod[f]) paulo superius est deductum[g]), illuminare vel docere, quid est bonum hominis, et confortare ad id[h]) bonum assequendum et operandum, quod videtur esse omne bonum hominis necessarium ad salutem, utpote velle bonum et posse bonum vel nosse bonum suum, et perficere illud, vel congnoscere suum bonum et assequi illud, vel optare[i]) bonum et saciari illo; et illud[k]) est, quod propheta, loquens de hoc sacramento, innuit, dicens[l]): „Quam magna multitudo dulcedinis tue, domine, quam abscondisti timentibus te." Sequitur ad propositum: „Perfecisti eis, qui sperant in te", id est omnem perfeccionem datam vel dabilem, optatam vel optabilem hominibus fidelibus plene et perfecte conposuisti in isto sacramento, et hoc in conspectu filiorum hominum. Et ad Moysen Exod. fit promissio[2]): „Ego, inquit dominus, ostendam tibi omne bonum, et miserebor tui. Miserebor et clemens ero, in quem michi placuerit." Et Zacharias IX[3]): „Quid bonum eius aut quid[l]) pulchrum eius, nisi vinum electorum et triticum germinans virgines?" Atque Luc. II°[4]) inquit magna Maria atque [f. 74[b]] mater dulcissima Jhesu Christi: „Esurientes inplevit bonis", etc.

---

12) Nota bene *A*.

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin,:* Jhesus itaque oc., *v. infra p. 52, lin. 3.* [b]) manifeste *C.* [c]) extrahere *F.* [d]) effecti *B et C.* [e]) *F add.:* dissuadent cottidianam videlicet vel crebre *(sic)* influenciam gracie et doctrine in populo christiano, que sit oc. [f]) *add. A sup. lin.; om. F.* [g]) deducta *F.* [h]) *om. C.* [i]) optari *C.* [k]) istud *F.* [l]) *add. A sup. lin.; om. F.*

[1]) *Psalm. XXX. 20.* [2]) *Exod. XXXIII. 19.* [3]) *Zachar. IX. 17.* [4]) *recte Luc. I. 53.*

Si igitur predicatores et prophete, qui maxime et principaliter ad hoc ipsum extant legati ad gentes, ut bonum promoveant populo[a]) christiano et bona eidem nunciarent, sicut scriptum est Ys. LII[ob])[1]): „Quam speciosi pedes ewangelizancium pacem, nuncciancium bona“[c]), illi, inquam, si inpediant et dissuadeant hoc bonum in populo christiano, tales profecto[d]) regula[e]) veritatis adequans iniquos et non fideles facile conprobabit. Quemadmodum scriptum est Jo. VII[f])[2]): „Qui autem querit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est, et iniusticia in eo non est.“ Ergo a sensu contrario et ad propositum: Qui non querit gloriam et profectum eius, qui misit illum, ille iniquus et mendax est.

Omnis vero minister vel predicator, quia missus est secundum ewangelium Luce XIIII.[3]) ad vocandum et querendum in vicis et plateis, extra civitatem et intus, et[g]) conpellendum ad cenam magnam sui domini, si igitur talis inpedit, disuadet et remurmurat contra communem et cottidianam vel crebram in populis christianis manducacionem corporis et sanguinis Christi Jhesu, hic non querit gloriam et honorem sui patrisfamilias, qui est splendidissimus in panibus, quoniam dicit Thomas IIII°[h]) dist. XII[4]): „Ad maiorem gloriam dei pertinet sepe manducare hoc sacramentum et communiter, quam si obmittatur vel ab ipsius cena magnifica digne quis repellatur[i])?“

---

[a]) in populo *F.* [b]) *om. F.* [c]) bella *A corr. et C;* bona *BF;* bonum *biblia.* [d]) et profecto *B et C.* [e]) *om. B et C.* [f]) *om. F.* [g]) *add. A sup. lin.* [h]) sup. IIII. *F.* [i]) *post hanc vocem F contin.:* Cum igitur ex istis, que dicta sunt, constet regulam tantum unam esse generalem ꝛc.

[1]) *Isaiae LII. 7.* [2]) *Joann. VII. 18.* [3]) *Cf. Luc. XIV. 21.*
[4]) *Thomas Aq. in IV. ll. Sent., dist. XII., qu. III, art. II, quaest. III, ed. Parm. VII. 1, p. 668.*

[f. 74b] DISTINCCIO SECUNDA[a]).

DE TESTIBUS VERITATIS[b]).

Capitulum primum[b]).

Quod regula generalis est manifesta et infallibilis. Quod veritas dei est et fuit per testes ydoneos manifestata[c]).

Jam loqui restat de eo, qualiter regula notata[d]) est manifesta[e]) et infallibilis.

Pro intelligencia cuius est attendendum, quod licet veritas modis notatis in precedenti tractatu fuerit inscripta, scilicet via nature et via scripture atque via intime unccionis vel gracie, tamen[f]) adhuc modo singulari[g]) manifestata[h]) aut[i]) promulgata est[k]) generaliter omnibus, primum et ab origine mundi per testes fideles, dehinc carne induta per seipsam, post[l]) hoc per suos alios nunccios, per apostolos videlicet et martires ac confessores et doctores.

Ex quibus duo chori splendidi conponuntur [ex] testibus ydoneis[m]) veritatis, videlicet patrum Veteris et Novi Testamenti, vel prophetarum et apostolorum Jhesu Christi, in medio quorum Veritas ipsa incarnata ad Jerusalem supremam usque est deducta per omnia secula huius vite, et hoc

---

1) 2a distinccio *A et manu posteriore:* Tractatus secundus *A.*

a) *ita ABF rubr.; om. C.* Tractatus 2us *et (rubr.)* 2a distinccio *add. A in m.* b) *add. ab ed.; om. omnes cod.* c) *ita A et B rubr.; om. C;* manifeste oc. *F.* d) nota *F.* e) manifestata *C.* f) inde *B et C.* g) *ita A post corr.;* singulariter *BCF.* h) manifesta *BCF.* i) atque *B et C.* k) *sup. lin. add. A;* fuit *F.* l) *post corr. A.* m) celestis et ydoney *(sic) F.*

cum preconiis et testimoniis omnibus seculis fide dignis, sicut scriptum est[1]): „Testimonia tua credibilia facta sunt nimis", subaudis et racione[a]) manifeste et infallibilis veritatis et racione testium approbatorum, sicut figuratum per exploratores terre promissionis botrum vini uberrimum in medio deportantes[2]) et duos Cherubyn se invicem respicientes super archam domini propiciatorium supportantes[3]), et[b]) per duas turbas Jhesum precedencium atque sequencium et hinc inde[c]) ipsi Jhesu acclamancium laudes et testimonia veritatis[4]), atque per duos testes gloriosos, qui habent celum potestatem[d]) claudendi et apperiendi, qui cum bestia concertant indefesse[5]).

Et isti sunt testes a veritate electi ex[e]) omni carne, ab eterno predestinati, in tempore vocati, iustificati et magnificati, quatenus forent testes veritatis ad omnem carnem fidedigni, ut per hoc esset inexcusabilis omnis homo, qui non credidit[f]) veritati vel qui in[g]) iniusticia[h]) detinet veritatem[6]); propter quod scriptum est[7]): „Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines."

Ex istis enim ipsorum ydoneitas ad manifestandum regulam veritatis bene potest deduci. Que dicitur primo, quia non casu, sed preordinati electi, sicut scriptum est Act.[8]): „Quotquot erant preordinati", ideo scriptum est Ro. VIII°[9]): „Nam quos prescivit et predestinavit, conformes fieri ymaginis[i]) filii[k]) dei, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus."

Item non a semet ipsis, sed vocati, sicut scriptum est Hebr. II[10]): „Nec[l]) quisquam sumit[m]) sibi honorem, sed qui vocatur a deo, tamquam Aaron. Sic nec Christus non[n]) semet ipsum clarificavit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum[o]): ‚Filius meus es tu, ego hodie genui te', quemadmodum et in alio loco[p]) dicit: ‚Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem

---

[a]) ra ionis *B et C.* [b]) *om. F.* [c]) huic *B et C.* [d]) celum potestatem *A in m.; celum om. F.* [e]) ab *F.* [f]) credit *F.* [g]) *om. B et C.* [h]) iusticia *corr.* iniusticia *A sup. lin.; detinerit add. F.* [i]) *ita BF et biblia;* ymagines *A et C.* [k]) *ita CF et biblia;* fili *A et C.* [l]) *ita AF et biblia.* Ne *B et C.* [m]) sumat *C.* [n]) *ita biblia et F; A del.; om. B et C.* [o]) *deum B et C.* [p]) alio loco *om. F.*

[1]) *Psalm. XCII. 5.* [2]) *Cf. Numer. XIII.* [3]) *Cf. Exodi XXVI. 34.* [4]) *Cf. Matth. XXI. 8—9.* [5]) *Cf. Apoc. XI. 6.* [6]) *Cf. Rom. I. 18.* [7]) *II. Petri I. 21.* [8]) *Act. XIII. 48.* [9]) *Rom. VIII. 29.* [10]) *recte Hebr. V. 4—6.*

Melchisedech'". Quapropter in textu assumpto subditur [1]): „Quos autem predestinavit, illos et vocavit."

Item non hos, qui confitentur ore se nosse deum, factis autem negant, seu qui veritatem quidem verbo testantur, sed factis iniquis eam offendunt et destruunt, quemadmodum est superius allegatum [2]): „Eorum, qui veritatem dei [in] iniusticia detinent", et infra ca. II. e.: „Si autem tu christianus [a]) congnominaris, et requiescis in lege [b]) et gloriaris in deo, et nosti voluntatem eius et probas utiliora, instructus per legem, confidis [c]) teipsum ducem cecorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insi[f. 75a]piencium, magistrum infancium, habentem [d]) formam sciencie et veritatis in lege", et tunc ad propositum: „Quid [e]) ergo alium doces, teipsum non doces? Qui predicas non furandum, furaris. Qui dicis non mechandum, mecharis. Qui abhominaris ydola, sacrilegium facis. Qui gloriaris in lege, per prevaricacionem legis domini inhonoraris [f]). Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes."

Non itaque tales inter testes veritatis conscribuntur, sed qui perfecte verbo et facto pretulerunt et preferunt veritatem, sicut scriptum est Mt. V. c. [3]): „Qui autem fecerit, sic [g]) et docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum", quemadmodum ipse Jhesus, qui cepit facere et docere, Actuum primo a. [4]). Et ideo additur in litera [5]): „Et quos vocavit, illos et iustificavit."

Item non pusillanimes et effeminatos vel inertes, qui intendentes et mittentes arcum convertuntur [h]) in die belli in [i]) arcum pravum [6]) et qui ad tempus credunt, sed in tempore temptacionis recedunt, sed viros constantes magne et probate virtutis, qui possent [k]) corripere insipientes, sicut scriptum est Act. [7]): „Virtute magna reddebant apostoli testimonium Jhesu Christi domini nostri." Similiter et de Jhesu crucifixo dictum est Luc. [l]) [8]): „Qui fuit vir potens in opere et sermone." Propter quod additur in auctoritate [9]): „Quos autem iustificavit, illos et magnificavit."

---

a) *ita omnes cod., sed in biblia* Judaeus *legitur.* b) in lege *om. B.* c) Consideres *F.* d) habentes *(sic) BCF.* e) Qui *biblia.* f) inhonoras *recte F et biblia.* g) sicut *C.* h) convertunt *C.* i) *ita F et biblia;* et *cet. cod.* k) possunt *F.* l) ultimo *add. F rubr.*

1) *Rom. VIII. 30.* 2) *Rom. I. 18 et II. 17—24.* 3) *Matth. V. 19.* 4) *Cf. Act. I. 1.* 5) *Rom. VIII. 30.* 6) *Cf. Psalm. LXXVII. 57.* 7) *Act. IV. 33.* 8) *Luc. XXIV. 19.* 9) *Cf. Rom. VIII. 30.*

Capitulum secundum[a]).

Quod soli testes electi veritatis sunt conformes veritati[a]).

Certus igitur est numerus et insignis testium veritatis, quos veritas sibi ydoneos effecit ministros Veteris et Novi Testamenti, armatura preclara iusticie dei et notabili[b]) ex alto indutus, ad que[c]) utique falsi testes non valent aspirare. Simulare quidem [possunt] et transformari in similitudinem[d]) veracium possunt, ut multos eorum, qui pereunt, valeant seducere, sed quin in ipsis aliquid proprii eorum non coopertum relinquatur, hoc efficere non possunt, per quod a sanctis vigilantibus congnoscantur.

Aliter frustra diceretur[1]): „Attendite vobis a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces", et post pauca: „A fructibus eorum congnoscetis eos." Ubi est notandum, quod aliter ovis sua veste incedit vestita et aliter lupus superinduit sibi vestem ovilem. Nam lana, quia in ove ab intrinseco sua accipit incrementa, habens in natura suam radicem, ideo lana est vestis ovis propria et cum hoc fructus eius proprius et indeficiens. Sed lana in homine vel in lupo, quia non est ex natura, ideo licet vestis[e]) eius potest esse, fructus tamen eius non potest esse. Unde lupus lanam comparat et defert cum labore, sed ovis gaudenter sine tedio. Item lupus necesse habet, ut vestem deponat sepius et se in sua pelle exhibeat, presertim cum non offert se occasio agendi suam predam, aut ut plurimum lupo violenter vestis accomoda per leones aut huiusmodi detrahitur, et tunc lupus per suos dentes rapaces facile et infallibiliter denudatur. Sed si ovi lana eius tondetur, ab ea mox nobilior vestis, ab intimis suis emanans, renovatur[f]), quia, ut dictum est, sua vestis est fructus eius, habens a sua forma substanciali sua incrementa.

Ita in proposito accipe de testibus fidelibus veritatis, iudicans falsos secundum oppositam qualitatem, quia sub speciebus cum labore et non semper se potest paliare.

---

15) Nota de lupo et de o(vibus) *A*.

[a]) *ita ABF rubr.; om. C.* Sequitur capitulum *add. F rubr.* [b]) vocali *(sic) F.* [c]) quem *F.* [d]) in similitudine *C.* [e]) et vestis *F.* [f]) *om. C.*

[1]) *Matth. VII. 15—16.*

Stantibus itaque hiis, que de discrecione pseudoprophetarum et veracium et primo et secundo tractatu huius dicta sunt[1]), hic potes colligere congruam regulam generalem, infallibilem et manifestam ad iudicium testium veritatis, notanter ex eo, quod dicit hic[a]) Christus[2]): „A fructibus eorum cognoscetis eos", et explicat[b]), dicens: „Numquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis[c]) ficus?"

Pro quo est considerandum, quod veritas suos testes, quos elegit et per quos voluit promulgari, eos per omnia secundum ipsam[d]) formavit, ut essent sibi omnino vel quanto propinquius similes; ideo supra est allegatum[3]): „Nam quos prescivit et predestinavit", et ad propositum: „conformes fieri ymaginis filii[e]) dei." Cuius gracia dictum est, quod ille, qui loquebatur per prophetas sua testimonia, demum astitit in medio et aperuit os suum, discipulos suos secundum se instituens atque dicens[4]): „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde." Et iterum[5]): „Hoc est preceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos", et paulo post[6]): „In hoc congnoscent homines[f]), quia mei estis discipuli, si dileccionem habueritis ad invicem." Et sic per multa alia invenies, quod veritas existens in medio, suam formalitatem, id est habitus virtutum omnium, in extrema, id est in suos prophetas ab ante et in apostolos depostea, hinc et inde influxit et dirivavit, et reciproce extrema contendebat summis studiis suo medio similari.

Consonum etenim est veritati, ut testes proprii vel nuncii veritatis essent[g]) perfecte intus et afforis conformes veritati[h]), quatenus omnis[i]), qui diligit veritatem [f. 75[b]], videat in ipsis et audiat ab ipsis circumquaque veritatem, quatenus sic informatus, certam sibi regulam infallibilem et manifestam posset accipere sue vite et sine formidine decepcionis imitari[i]).

---

[a]) *om. C.* [b]) exemplificat *F.* [c]) fructibus *corr.* tribulis *A in m.* [d]) seipsam *C.* [e]) fili *false A.* [f]) discipuli *corr.* homines *A in m.* [g]) essent ut *F.* [h]) *ita A et F;* veritatis *B et C.* [i]) quatenus omnis *om. A.* [k]) etc. *add. C.*

[1]) *v. libri secundi tractatum 1. (et 2.) in vol. I. passim.* [2]) *Matth. VII. 16.* [3]) *Rom. VIII. 29.* [4]) *Matth. XI. 29.* [5]) *Joann. XV. 12.* [6]) *Joann. XIII. 35.*

Capitulum tercium[a]).

Quod testes fideles veritatis manifestant ipsam ordinate et constanter[a]).

Hiis itaque suppositis addendum est, quod eadem veritas, in carne et in medio assistens, ostendit in Jhesu, quod ipse ordinate, constanter, utiliter[b]) manifestavit huic mundo veritatem, utpote dixit ad Pylatum[1]): „Ego, inquit, in hoc natus sum, ut testimonium perhibeam veritati." Tale siquidem solum est testimonium fide dignum ordinate, quia predicavit missus, ut supra dictum est, et suis, ad quos missus[c]), — unde[2]): „Non sum missus, nisi ad oves, que perierunt domus Israel"; et iterum[3]): „In propria venit, et sui eum non receperunt", — in nomine illius, a[d]) quo est missus, vel[e]) querens gloriam illius, puta patris, a quo missus est[f]). Ideo scriptum est Jo. V. f.[4]): „Ego veni in nomine patris mei, et non accepistis me." Et eiusdem VII. c.[5]): „Respondit Jhesus: Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere, congnoscet ex doctrina, utrum ex deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui a semet ipso loquitur, gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est et iniusticia in illo non est."

Ita conformes sunt et semper fuerunt huic testes veritatis, quia non sua loquuntur, sed ea, que sunt veritatis, neque a se vel in suo nomine, sed querunt solum gloriam et profectum eius, qui misit illos. Predicant autem suis, non intrudunt se ad alienos. Hec autem ipsa, que dicta sunt, eorum et vestes sunt et fructus, quia non simulate, sed in veritate in ipsis subsistunt et ex intimis surgunt ad incrementa.

Assumens autem istis opposita, poteris pseudulos[g]) denudare. Nam quia se ingerunt non vocati, sua propria loquntur, suam gloriam amant et secuntur, non suis amplius et[g]) inportune se ingerunt. Et ista sunt fructus proprii eorum, ut[i]) in secundo tractatu lacius est declaratum[6]).

---

[a]) *ita A et B rubr.; om. C.* Cap. tercium *om. F.* [b]) et utiliter *F.* [c]) est *add. C.* [d]) in *corr.* a *A.* [e]) et *F.* [f]) *om. F.* [g]) pseudolos *F.* [h]) ad alios *F.* [i]) *ita CF;* nec *false A et B.*

[1]) *Joann. XVIII. 37.* [2]) *Matth. XV. 24.* [3]) *Joann. I. 11.* [4]) *Joann. V. 43.* [5]) *Joann. VII. 16—18.* [6]) *v. libri II, tr. 1, c. 12, in vol. I, p. 229.*

Item[a]) Christus ordinate direxit testimonia veritatis in eo, quia veritatem in corde dilexit (unde in psalmo[1]): „Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem), — ore confessus est, (unde Jo. VIII. e.[2]): „Nunc autem queritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi a deo"), — opere adinplevit (unde Jo. III[3]): „Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur eius opera, quia in deo sunt facta").

Similiter[b]) sunt formati fideles[c]) testes veritatis, videlicet quia amant, loquntur et faciunt veritatem. Et ista sunt ipsorum fructus simul et vestimenta[d]). Fructus, quia veniunt ex corde et cum[e]) delectacione et augmento. Vestes, quia veniunt ad lucem, ut videantur ipsorum bona opera, quia in deo sunt facta, et ut glorificetur pater eorum, qui est in celis.

Sic a[f]) contrario sensu poteris nequam prophetas invenire, quia prorsus non diligunt veritatem, eciam illam, quam quandoque loquntur, ut videantur ab hominibus, et quandoque eciam simulant zelare pro veritate, sed quia illa sunt vestes accomode et non fructus, ideo[g]) nequaquam fiunt ab eis cum delectacione et cum continuo incremento, quoniam cito, ut prius dictum est, ille vestes lacerantur[h]), detrahuntur vel atteruntur, obducte squaloribus huius vite vel huius mundi. Propterea scriptum est: „Sed ultra non proficient: insipiencia enim eorum manifesta erit omnibus." II[a] Thy. IIII[o] c.[4]).

Secundo apparet in Jhesu, quod predicavit veritatem constanter. Unde[i]) usque ad mortem, id est propter veritatem, cui testimonium perhibuit, innumera passus est et non abiit retrorsum neque in ullo[k]) fractus terroribus vel flexus blandiciis, et quanto maiores minas et[l]) terrores passus est ob veritatem, tanto magis ardue eam est confessus et adversarios veritatis increpavit, veluti potest luculenter haberi ex textu M[t]. XXIII. per totum[5]), ubi acerbius[m]) et acerbius continue scribas et phariseorum ypocritas reprehendit[n]).

---

[a]) *om. F.* [b]) Ideo *corr.* Similiter *A in m.* [c]) et fideles *add. F.* [d]) opera *corr.* vestimenta *A.* [e]) cum *F;* omni *cet. cod.* [f]) e *F.* [g]) igitur *C.* [h]) lacerantur *F;* lucrantur *cet. cod.* [i]) quoniam *F.* [k]) nullo *F.* [l]) *ras. A.* [m]) et acerbius *om. B et C.* [n]) *F add.:* et in Jo. ewangelio: Et ad extremum morte confirmant testimonium veritatis.

[1]) *Psalm. XLIV. 8.* [2]) *Joann. VIII. 40.* [3]) *Joann. III. 21.* [4]) *II. Tim. III. 9.* [5]) *Matth. XXIII. per totum.*

Similiter autem sunt instituti[a]) confessores veritatis, quemadmodum potest patere, quasi per omnes prophetas, apostolos et martires percurrendo, qui quia fuerunt fideles veritati, in nullo acquieverunt carni et sanguini[1]), sed cum dilexissent veritatem usque ad mortem[b]), in nulloque cesserunt minis vel terroribus, blandiciis vel favori, ut[c]) offenderent aut ut minus dicerent veritatem; ymmo ad modum Christi Jhesu, quanto magis inpediebantur loqui veritatem, tanto magis et zelo maiori ipsam declarabant, quemadmodum scriptum est Actu.[2]): „Quanto autem amplius ipsis precipiebant, ut tacerent[d]), tanto amplius [f. 76[a]] affirmant[e]) et predicant Jhesum et quod ipse est Christus. Et ita morte concluserunt sua testimonia veritati.“ Est namque istud fructus ipsorum simul et vestis, ideo[f]) gaudenter pro veritate paciuntur et cum continuis incrementis, sicut[g]) scriptum est, ubi supra[3]): „Ibant apostoli gaudentes a conspectu[h]) concilii, quoniam digni habiti sunt[i]) pro nomine Jhesu contumeliam pati“, — amplius et amplius pati, pati[k]) pro sua, quam fideliter dilexerunt[l]), veritate. Unde quia istud est proprie proprium solis fidelibus testibus veritatis, ideo dicit proverbium Salomonis[4]): „Doctrina viri per pacienciam congnoscitur.“

Et[m]) ad hoc nequit aspirare simulata iusticia pseudolorum magistrorum, qui amplius amant seipsos et sua, quam regulam veritatis. Propter quod scriptum est[5]): „Confidebitur[n]) tibi, cum benefeceris illi“[o]), et alibi iterum propter istos scriptum est[6]): „In miseriis non subsistent.“

Capitulum quartum[p]).

Quod testes veritatis manifestant ipsam[q]) *virtuose et utiliter*[r]).

Dehinc tercio Jhesus manifestavit veritatem utiliter, quod ex eo relucet, quod solum ea operabatur et est

---

[a]) constituti *F.* [b]) *F add.:* ipsam dilexerunt et tradiderunt corpora sua pro testamento veritatis ad mortem. [c]) ut ut *(sic) A; melius esset* aut ut. [d]) tacent *F.* [e]) affirmabant *F.* [f]) et ideo *F.* [g]) ut *F.* [h]) conventu *(sic) A.* [i]) fuerunt *F.* [k]) parati pati *C.* [l]) diligente *omnes cod.* diligente veritate mentis *F.* [m]) *om. F.* [n]) Confitebuntur *F.* [o]) *om. A.* [p]) *ita ABF rubr., om. C.* [q]) ipsam *BF;* ipsa *A et C.* [r]) *ita ABF rubr.; om. C.*

[1]) *Cf. Galat. I. 16.* [2]) *non reperitur in Act. apost.; ex aliquibus Act. mart. probabiliter allatum est.* [3]) *Act. V. 41.* [4]) *Proverb. XIX. 11.* [5]) *Psalm. XLVIII. 19.* [6]) *Psalm. CXXXIX. 11.*

locutus, que erant plena salute et presentibus atque preteritis et futuris valde utilia, veluti sibi soli est illud in propheta proprium, in quo dicitur [1]): „Ego sum deus, docens te[a]) utilia.“, Propterea verba ipsius fuerunt compendiosa, simplicia et succincta, quemadmodum apparet[b]) in illis, que ad nos usque sancti ewangeliste transmiserunt. Et facta ipsius omnia et miracula et alia non fuerunt nisi[c]) ea, que et illis, pro quibus fiebant, ad literam erant utilia et dehinc futuris et toti mundo plena salute, intus et foris, in corporibus et in suo intellectu. Propter quod quidam curiosi Judei, quibus inerat signa petere et in curiositatibus delectari, fuerunt repulsi ab eo, qui[d]) rogabant inutilia quedam sibi portenta demonstrari, puta ignem mitti de celo vel huiusmodi. Unde dixit [2]): „Generacio prava et adultera signum a me petit, et signum non dabitur ei aliud, nisi signum Jone prophete“, subaudis signum utile toti mundo ad salutem. Et iterum[e]) dum Herodes curiosus gavisus est Jhesum videre, credens se ab eo aliqua videndo delectari, sed Jhesus nullum verbum, nullum[f]) signum exhibuit homini[g]) curioso, qui non utilitatem salubrem, sed vanitatem sequebatur [3]). Et ideo de Jhesu crucifixo David prophetasse est vulgatum, ubi dicitur [4]): „Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, et omnia, quecumque faciet, semper prosperabuntur.“

In hoc eciam conformes sunt sibi testes predicti veritatis, quoniam non in levitate animi nunciant veritatem neque indifferenter ubicumque[h]) cuicumque, sed utiliter attendentes[i]), quod[k]) veritas est virtus vel fundamentum omnium virtutum, ideoque wlt administrari virtuose, videlicet ubi, quando, quibus, propter quid[l]), quomodo, quibus auxiliis, et sic de aliis. Et iterum non ambages[m]) fabulas, non questiones inexplicabiles, non sompnia sua, — sicut scriptum

---

4) Deus docuit verba utilia *A*.

[a]) *om. C.* [b]) apparuit *F.* [c]) alia nisi *corr.* nisi *A.* [d]) *ita omnes cod.*; quia *rectius esset.* [e]) dicit *add. A, sed del.* [f]) *om. C.* [g]) et nullum *F.* [h]) coram *F.* [i]) et *add. F.* [k]) intendenfes *F.* [l]) quod *C.* [m]) aniles *corr.* ambages *A in m.*; aniles *F.*

[1]) *Isaiae XLVIII. 17.* [2]) *Matth. XII.39.* [3]) *Cf. Lucae XXIII. 8.* [4]) *Psalm. I. 3.*

est Jere. 23[a]) [1]): „Qui habet sompnia, loquatur sompnia, sed qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum[b]) vere. Quid paleis ad triticum? dicit dominus. Numquid non verba mea tamquam ignis et malleus conterens petras"?, — non sapienciam huius mundi vel principum[c]) huius mundi, que destruuntur, sed sapienciam, que ex deo est, et scripturam divinitus inspiratam, que est utilis ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iusticia, ut perfectus homo dei ad omne opus bonum instructus. Omnia enim sua ad id exquirunt et ordinant, ut proficiant saluti proximorum, quia in nullo querunt, que sua sunt, sed que Jhesu Christi, et ut sibi conformentur. Et ideo in omnibus fiunt suo domino et proximis fructuosi. Et tunc inpletur in eis sermo, qui scriptus est Jo.[2]): „Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum."

Nunc iterum hic patulo poteris simulatores[d]) dimetiri, qui veluti adultera non ad hoc, ut fructum bonum in paciencia afferant, respiciunt, sed ut libidinem expleant sue optate voluptatis. Et querunt, que sua sunt, non que Jesu Christi, tota die, et ideo, quia placent hominibus et amplius nituntur conplacere et[e]) non ex corde amant veritatem, habent speciem pietatis, sed virtutem ipsius negant. Propterea in viam Balaan de Bosor[f]) abierunt et mercedem reputant pietatem[3]). Sibi enim satagunt solum esse utiles, ideo variis modis et excogitatis lucra sua inquirunt miranturque personas[g]) questus causa, id est divitum huius seculi magni sunt amici et obsequiosi eisdem, qui habent dare, pauperibus vero plebis[h]) spretis et neglectis. Hii, qui vident vana, loquuntur sompnia, docent fabulas, doctrinas et adinvenciones hominum magnificant, sapienciam huius seculi et principum huius mundi appreciant, subtilia inquirunt, novitates [f. 76b] excogitant, per ista cupientes ad id pervenire, ut homines alliciant et placeant eisdem, et ut honorentur ab hominibus et vocentur rabi, quia amant salutaciones in foro et primas cathedras in cenis et in synagogis[4]). Et isti sunt propter[i])

---

[a]) 23 *A manu poster., om. BCF.* [b]) *om. ACF.* [c]) *post corr. A.* [d]) *A corr. et F.* [e]) *om. B.* [f]) Bozor *B et C.* [g]) personis *B et C.* [h]) pauperibus plebeis *F.* [i]) proprii *F.*

[1]) *Jerem. XXIII. 28—29.* [2]) *Cf. Joann. XII. 25.* [3]) *Cf. II. Petri II. 15.* [4]) *Cf. Matth. XXIII. 6—7.*

fructus ipsorum, de quibus superius est allegatum [1]): „A fructibus ergo eorum congnoscetis eos, quorum degustacio est corrumpcio[a]) ypocrisis, quorum deus venter est[b]) et gloria[c]) in confusione[d]) eorum, qui terrena sapiunt[e]), et per ista sunt inimici crucis Jesu Christi, quia faciunt, ut crux Jhesu evacuetur et quasi stulticia reputetur, et faciunt, quod christiani a simplicitate Jhesu excidentes, inquirant similiter et ipsi curiosa[e]) et inutilia ad salutem et constituant suas iustificaciones in fabulis et[f]) rebus incertis, que eis non proderunt in die abduccionis, eis, que viciniora sunt saluti, obmissis, oblitis et neglectis, puta exercicio continuo sacramentorum utilium et saluberrimorum, scilicet frequentacione comescionis corporis et sanguinis Jhesu Christi et crebre confessionis.

Capitulum quintum[g]).

Quod Jhesus, fidelis testis veritatis, usquequaque utiliter predicavit veritatem[g]).

Hec ita breviter volui[h]) hic de pseudolis perstringere, quia alias in tractatu primo et secundo lacius est de ipsis disputatum[3]). In presenti enim principaliter inquisicio habet locum de testibus fidelibus, qui habent palam facere veritatem.

Ubi advertendum, quod preter ea, que dicta sunt, Jhesus Christus in hoc congnitus est utiliter predicasse veritatem, quia fecit hoc non tantum ideo, quia dilexit usque ad mortem veritatem, sed propter utilitatem proximorum, quos[i]) eciam usque ad mortem dilexit, sicut scriptum est Jo.[4]): „Qui cum dilexisset suos, usque ad finem dilexit", et iterum ibidem[5]): „Caritatem maiorem nemo habet, quam ut ponat quis animam pro amicis suis."

Manifestavit veritatem huic mundo idem[k]) solum vel maxime, quia eum venit salvare et quia eum deus dilexit, prout[l]) dicit scriptura Jo. III°[6]): „Sic enim deus dilexit mundum, ut

---

[a]) corrupcio *C.* [b]) *A in m.; om F.* [c]) gula *A.* [d]) confusionem *A et C.* [e]) curiositates *F.* [f]) in *F.* [g]) *ita ABF rubr.; om. C.* [h]) *ita F;* voluit *cet. cod.* [i]) *om. B.* [k]) ideo *AF.* [l]) ut *B.*

[1]) *Matth. VII. 20.* [2]) *Cf. Philipp. III. 19.* [3]) *v. libri secundi tract. 1 (et 2) in vol. I. passim.* [4]) *Joann. XIII. 1.* [5]) *Joann. XV. 13.* [6]) *Joann. III. 16—17.*

filium suum unigenitum mitteret in hunc mundum, non ut iudicet mundum, sed ut mundus salvetur per ipsum." Propter que Jhesus totus datus est deditque seipsum et exposuit et disposuit ad utilitatem et salutem huic mundo, ita quod a primo[a]) usque ad ultimum totum, quid est[b]) vel fuit in Jhesu, cessit ad utilitatem, et donavit[c]) hominibus ex gracia suum totum velle, suum nosse, suum posse, suum nasci, suum mori, suum vivere, suum pati; sua cogitacio, sua omnis locucio et omnis operacio, omnia inquam[d]) data sunt et ordinata suis proximis et solum pro expediencia[e]) huius mundi. Propter quod maxime proprie agnus dictus est et per agnum designatus, quod animal inter omnia alia magis videtur cedere possessoris ad profectum. Jhesus namque cum totum seipsum[f]) expendit pro nobis, puta totam vitam et totam passionem et mortem, demum suum corpus et sanguinem pro nobis sic in laboribus et passionibus expensatum et traditum reliquit nobis et dedit perpetue ad comedendum et bibendum, ut siccine modo perfectissimo esset totus noster et nobis datus totus[g]) et totaliter redactus ad nostram utilitatem et profectum, cuius extensiorem declaracionem habes in tractatu V. huius, dist. [V.], c° [1.] [1]). Et ut perfeccius esset noster et intimus[h]), vel ut hoc[i]) exprimatur limpidius, quomodo Jhesus est valde noster[k]), memorandum est, quod eciam spiritum suum, quem stans in cruce emisit propter nos et in manus patris commendavit, dum resurgens per ascensionem venit ad patrem suum, eundem spiritum de manu patris nobis misit et dedit[l]), ut nobiscum maneat in eternum, et[m]) per hoc dans nobis potestatem, ut sicut ipse est, sic et nos simus[n]) filii dei dilectissimi, sicut scriptum est Jo.[2]): „Ego alium paraclitum dabo vobis, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum nec scit eum. Vos autem congnoscetis eum, quia vobiscum manebit et in vobis erit." Et alia scriptura dicit Rom.[o])[3]): „Misit, inquit

---

[a]) principio *F.* [b]) quid quid *F.* [c]) *ita C;* donativum *A,* donavum *(sic) B;* domatim *(sic) F.* [d]) inquit *B et C.* [e]) expediendo *B et C.* [f]) se *B.* [g]) *om. C.* [h]) *ita B et C;* intimus *corr.* intimius *A.* [i]) *om. C.* [k]) est noster *A superflue.* [l]) dedit nobis *C.* [m]) *om. F.* [n]) *ita AF;* sumus *C;* huius *(sic) B.* [o]) Gal. *F.*

[1]) *libri V. „De corpore Christi" dist. IV, c. 1; cf. etiam l. V, dist. IV, c. 4.* [2]) *Joann. XIV. 16 et 17.* [3]) *recte Galat. IV. 6.*

apostolus, spiritum filii sui in corda vestra[a]), in quo clamamus: Abba, pater."

Itaque Jhesus[b]) crucifixus, ut esset totus noster et nos sui, corpus[c]) et sanguinem pro nobis datum, pro nobis expensatum dedit nobis ad manducandum et potandum, panem nostrum cottidianum, ut sic continue in nobis maneret et nos in illo, duo in carne una, videlicet quod ipse in nobis et nos in illo simus, una caro mistice et secundum interiorem et novum hominem, qui secundum deum creatus est, sicut scriptum est[1]): „Qui manducat meam carnem[d]) et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo." Similiter dedit nobis suum spiritum, ut in nobis maneret et nos in illo secundum eundem spiritum, et quod ita spiritus suus et noster spiritus sit unus spiritus, sicut scriptum est[2]): „Qui adheret deo, unus spiritus sit [f. 77a] cum illo."

Sicut igitur Jhesus Christus, fidelis testis veritatis, totus se inpendit servicio veritatis et ita utiliter, quod sua et seipsum superinpendit ad utilitatem illorum, quibus predicavit veritatem, nichil sui sibi ipsi relinquendo, vel sic, quod primum se totum obtulit et destinavit, secundum humanitatem suam veritati subiciens se sibi, et prestolans, quid veritas vellet fieri, eum vel[le] facere: ac[e]) veritas totum eum induit fecitque ipsum totum utilem, ut sicut ipsa est, sic eciam sit et ipse vera utilitas et utilis veritas, nullum prorsus participium habens cum falsa vanitate et cum vana falsitate. Et dehinc eadem veritas Jhesum sic perfectum misit ipsum et dedit illis et pro illis, qui eius testimonium veritatis susceperunt, ut ita esset superhabundanter[f]) utilis et fructuosus, veluti ipsa dei veritas est inmense fructuosa, utpote scriptum est, ubi supra[3]): „Qui habet sompnia, loquatur sompia, qui autem habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere", et ad propositum: „Quid paleis ad triticum, dicit dominus?" Propter quod eciam Jhesus et grano tritici seipsum conparavit, dicens Jo.[4]): „Amen, amen dico vo-

---

[a]) *sup. lin. A.* [b]) Jhesus itaque *contin. D 1. 2.* [c]) corpus suum *C, D 1. 2 et F.* [d]) carnem, etc. *D 1. 2. continuantes p. 53, lin. 20:* Habent hoc proprie oc. [e]) at *B et C.* [f]) superhabundans *corr.* superhabundanter *A;* superhabundans *BCF.*

[1]) *Joann. VI. 57.* [2]) *I. Cor. VI, 17,* ubi domino *et* est *legitur.* [3]) *Jerem. XXIII. 28.* [4]) *Joann. XII. 24—25.*

bis, nisi granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum affert[a]) fructum."

Capitulum sextum[b]).

Quod testes veritatis docent utiliter eandem, quia perfecte se[c]) *veritati contulerunt*[b]).

Conformiter eciam Christus Jhesus veritas suos testes formavit et adaptavit illos, qui se sibi soli[d]) obtulerunt et ad hoc destinarunt, ut propalarent huic mundo veritatem, iam non sua inquirentes[e]), sed que Jhesu Christi. Fecit enim eos primum[f]) in se refertos in iusticia et fructibus bonis, de quibus Gal. V.[1]): „Fructus autem spiritus est: caritas, gaudium, pax, paciencia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continencia, castitas." Dehinc tamen hiis thezauris [refertos] misit eos utilem veritatem utiliter predicare, et ut omnino seipsos inpendant[g]) veritati, [et] superinpendant pro veritate seipsos, sicut ipse preostendit, veluti execucio illius[h]) in Paulo est preostensa, qui dixit de seipso[2]): „Ego autem libenter inpendam[i]) et superinpendar pro animabus vestris."

Habent[k]) igitur[l]) hoc proprie proprium fideles nunccii veritatis: primum quod seipsos ex toto obtulerunt veritati et transformant se ad veritatem, dehinc quod predicando utiliter veritatem solum utilem, ut[m]) supra dictum est, totaliter satagunt fructum afferre, non sibi, sed veritati. Propter quod cum[n]) plurimos filios per verbum veritatis generant, non sibi ascribunt nec sibi ipsis in eis[o]) conplacent, sed domino Jhesu Christo. Et quales sunt ipsi, tales et filios generant veritatis. Et hii, qui fructum multum afferunt, per[p]) hoc congnoscuntur esse filii[q]) Jhesu Christi seu

---

20) Nunccii habent hec proprie *A rubr.*

a) *in m. add. A.* b) *ita ABF rubr.; om. C.* c) *om. B.* d) *om. F.* e) querentes *B.* f) *om. F.* g) inpendunt *B et C.* h) *om. F.* i) inpendar *A.* k) *contin. D 1. 2.* l) *om. D 1. 2.* m) ut s. d. est *om. D 1. 2.* n) cum *A et D 1. 2; tamen false B et C.* o) in eisdem *F.* p) et per *F.* q) *om. F.*

1) *Galat. V. 22—23.* 2) *II. Cor. XII. 15.*

testes fideles veritatis et quod manent in Jhesu Christo, veluti scriptum est [1]): „Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum [a]), quia sine me nichil potestis facere", et paulo post [2]): „In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli." Et in tantum sunt utiles per spiritum Jhesu Christi, ut quidquid [b]) agunt vel quocumque transferuntur vel ubicumque et cum quibuscumque conversantur, ubique edificant virtutes et manifestant utiliter Jhesu [c]) veritatem et non habent opus ardue literature [d]) vel allegacionibus scripturarum [e]) aut conposicione et splendore in verbis, neque multis libris indigent pro attestacione sue fixe veritatis, tum quia continentes sunt verbum vite, quod est in eis „fons sapiencie in excelsis", Eccli. I° [3]), — tum quia spiritus est in eis, qui per unccionem docet eos de omnibus, subaudis [f]) utilem veritatem, — tum quia honesta vita ipsorum et tota conformis veritati comparat auctoritatem verbis ipsorum et facit [g]) autenticos ita, quod auditores eorum amplius ab ipsis non exquirunt, quoniam audiunt eos non sicut homines, sed quemadmodum angelos dei et ipsum dominum Jhesum Christum, prout dicit de se ipso [h]) apostolus Gal. IIII.° e. [i]) [4]): „Sicut angelum dei suscepistis me, sicud Jhesum Christum", et dominus in ewangelio [k]) [5]): „Qui vos audit, me audit." Cum etenim homines ipsorum fidelitatem contemplantur ad seipsos et pudicam simplicitatem ac virtutes stabiles, ad credendum et ad [l]) imitandum veritatem potenter inclinantur, nec est, qui talibus contradicat (sicut scriptum est Petri [m]) [6]): „Et quis est, qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis" [7]), nisi illi, qui ipsos non congnoscunt et qui non probaverunt deum habere in noticia, hii soli audent talibus et tantis viris adversari [n]), sicut scriptum est [7]): „Hec autem facient [o]) vobis, quia non noverunt patrem neque me" [p]).

---

[a]) etc. *add. D 1. 2., contin.:* Et in tantum ɔc. [b]) quicquid *D. 1. 2.* [c]) Jhesu Christi *C.* [d]) de liberatura *B.* [e]) *om. F.* [f]) subaudi *B D 2.* [g]) facit eos *F.* [h]) de seipso *om. D 1. 2.* [i]) e. — et dominus *om. D 1. 2.* [k]) et in ewangelio dicens *D 1. 2.* [l]) *sup. lin. A.* [m]) sicut dicit Petrus *D 1. 2.* [n]) *om. C.* [o]) faciem *(sic) B.* [p]) *D 1. 2. contin.:* Quicumque autem ingerunt se ɔc., *v. infra p. 59, lin. 25.*

[1]) *Joann. XV. 5.* [2]) *Joann. XV. 8.* [3]) *Eccli. I. 5.* [4]) *Galat. IV. 14.* [5]) *Lucae X. 16.* [6]) *I. Petri III. 13.* [7]) *Joann. XVI. 3.*

Hec autem, scilicet adversarios veritatis necesse est fieri [f. 77b], ut sic testimonium veritatis conpleatur et veritas perinde[a]) dilucidetur et divulgetur et dei iudicium conpleatur in illis, qui nolunt credere veritati. Propterea scriptum est[1]): „Inicient vobis manus suas et persequentur[b]), tradentes in synagogas et custodias, trahentes ad reges et presides propter nomen meum“[c]). Et sequitur ad propositum: „Continget autem vobis in testimonium.“

Ex quibus illud eciam ad propositum est advertendum, quod omnes tales viri secundum veritatem formati, ut essent testes ydoney veritatis, latere umquam non potuerunt, tum quia ex parte sui tacere veritatem nequeunt, quin modo et honestate debita observatis, testimonium perhibeant veritati (caritas enim dei urget eos in id ipsum, secundum quod dicit apostolus[d])[2]), — tum quia ex intimo appetunt generare et fructum afferre veritati, quodam spiritu eos mirabiliter inpellente racione status iam virilis perfeccionis vel perfecte virtutis, que[e]) cupit generare sibi similem, — bene[f]) concordat ad hoc philosophus dicens: „Naturalissimum operum est generare sibi similem“, et ad hoc figura[g]) accedit de Rachel, que dixit ad maritum[3]): „Da michi, inquit, filium, alioquin moriar.“ Vacuum etenim ubique exhorretur, similiter et in homine virtuoso, sicut scriptum est[4]): „Videte, fratres, ne graciam dei accipiatis in vacuum.“ Et iterum[5]): „Non appareas in conspectu domini dei[h]) tui vacuus“, — tum eciam ex parte agentis veritatis, que wlt suos testes sic illustrare (sicut scriptum est Mt. V. b.[6]): „Nemo accendit lucernam et eam sub modio ponit, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt“), et hoc et[i]) propter seipsam et propter ipsos testes et propter eos[k]), quibus testimonium veritatis promulgatur. Propter se, inquam, quia veritas ista divina de natura sui, ut dictum est, est[l]) fecundissime[m]) fructuosa et communicativa sui ipsius. Propter testes,

---

[a]) proinde *F.* [b]) *ita BC et biblia;* persequuntur *A.* [c]) *add. A in m.* [d]) *lacuna sequitur in cod. A.* [e]) que *F;* qui *cet. cod.* [f]) unde *B et C.* [g]) *om. B.* [h]) *add. A in m.; om. F.* [i]) *om. B et C.* [k]) ipsos *F.* [l]) *om. B et C.* [m]) *ita A;* fecundissima *B et C.*

[1]) *Lucae XXI. 12—13.* [2]) *II. Cor. V. 14.* [3]) *Gen. XXX. 1, ubi loco* filium: liberos *legitur.* [4]) *Cf. II. Cor. VI. 1.* [5]) *Eccli. XXX. 6* (apparebis). [6]) *Matth. V. 15.*

quia wlt eos facere fructuosos et per consequens sue glorie participes. Propter eos, ad quos et propter quos accio, quia wlt exercere misericordiam in[a]) bonis et resurreccionem, et iudicium in ingratis et ruinam, sicut scriptum est Luc.[b])[1]): „Ecce, positus est hic in ruinam et in resurreccionem multorum in Israel", eo quod excusacionem non habentes sue ignorancie, veritatem caritatis non susceperunt. Propter quod dictum est apostolis[2]): „Si autem non susceperint vos in civitate, exeuntes[c]), eciam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium contra illos." Et[d]) sequitur: „Amen, dico vobis, remissius erit terre Sodomorum et Gomoreorum[e]) quam illi civitati." Et Jo.[4]): „Si non venissem et eis locutus non fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt me et audierunt, peccatum eorum manet."

Et perinde[f]) eciam fit, quod huiusmodi testes veritatis non in occulto, non in angulis, sed manifeste querunt nunciare veritatem, et illud[g]) acceperunt a veritate in mandatis. Et ad hoc est eciam, quod dicitur M[t]. X.[5]): „Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; quod in aure auditis, predicate super tecta."

Capitulum septimum[h]).

Que est regula manifesta et infallibilis omnibus hominibus communiter ad vivendum[h]).

Nunc ad propositum principale stilum reflectendo, ex hiis, que dicta sunt a principio hac[i]) distinccione usque modo, colligitur regula manifesta et infallibilis, ydonea cuilibet homini, ut, se et alios, et precipue suos consiliarios et doctores, eidem commensurans, possit congnoscere secundum huius status, puta presentis, exigenciam, quo quis spiritu agitatur. Et illa est veritas vite et doctrine Jhesu Christi et eius apostolorum et prophetarum et omnium aliorum

---

24) Nota bene totum *A*.

[a]) in bonis — ruinam *om. B et C.* [b]) II° cap.° *add. F rubr.* [c]) existentes *F.* [d]) *om. F.* [e]) Gomorre *C.* [f]) proinde *B et C.* Et perinde — super tecta *om. F.* [g]) illuc *C.* [h]) *ita ABF rubr., om. C.* [i]) ab hac *F.*

[1]) *Lucae II. 34.* [2]) *Lucae IX. 5.* [3]) *Cf. Lucae X. 12.* [4]) *Joann. XV. 22 et 24.* [5]) *Matth. X. 27.*

testium approbatorum et electorum veritatis, ad quam regulam dominus Jhesus et prophete, apostoli et doctores electos dei se conparare et alios, qui seducunt a veritate, docuerunt et per multa persuaserunt.

Ex quibus multis unus est in promptu, videlicet apostolus, qui istam eandem regulam in locis pluribus notificari et inprimi christianis voluit et ad illum se et alios[a]) coequare[b]) et imitari ad evitandum Sathane deceptores. Unde dicit Phil. III.° f. [1]): „Imitatores mei estote, fratres, et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sepe dicebam vobis (nunc autem et flens dico) inimicos crucis Christi." Et alibi [2]): „Capite nos, neminem lesimus", etc. et ad Hebr. XIII.° b. [3]): „Mementote prepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei, quorum intuentes exitum conversacionis, imitamini fidem."

Manifestissima ergo est ista regula et infallibilis, conveniens cuilibet homini, qui non negligit supra seipsum vigilare, principaliter[c]) valens plebeis simplicibus ad suos predicatores, considerantes[d]), qui inter eos sunt fideles in[e]) casu, quo contingit eos ad invicem sentire diversa et contraria docere sanctos simplices distrahendo. Propterea dicit Crisostomus: „Fides [f. 78a] et vita maiorum, subaudis Jhesu et apostolorum ipsius, est argumentum fidei et conversacionis minorum. Confirmatur enim, dicit, fides et conversacio in minoribus per hoc, quod eam tot et tam sancti homines tenuerunt."

Et idcirco hec regula merito est via regia atque[f]) strata publica nuncupanda, de qua significandum est Numer. XX. e. [4]): „Gradiemur[g]) via publica, nec ad dextram nec ad sinistram declinantes", et infra eiusdem XXI[v] [5]): „Via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos."

Ipsa quoque propter sui efficaciam salutarem dicta est sanitas hominum orbis. Scriptum est Sapiencie [6]): „Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum." Dicta est[h]) eciam

---

[a]) ad illos *corr.* et alios *A*; ad alios *C.* [b]) coequari *B et C.* [c]) et principaliter *B et C.* [d]) *ita omnes cod., loco* considerantibus. [e]) *om. C.* [f]) ac via *B et C.* [g]) Gradientur *(sic) B et C.* [h]) *om. BCF.*

[1]) *Philipp III. 17.* [2]) *II. Cor. VII. 2.* [3]) *Hebr. XIII. 7.* [4]) *Numer. XX. 17.* [5]) *Numer. XXI. 22.* [6]) *Sapientiae VI. 26.*

sal terre, lux mundi et civitas supra montem posita, que abscondi non valet. Unde dominus ad apostolos Mt. V° [1]): „Vos estis lux mundi, vos estis sal terre", etc.

Manifesta est autem hec regula cuilibet homini et via nature et via raciocinacionis et via scripture et via legis et precepti. Via nature dico, quia naturaliter inditum est omni animali, ut matrem sequatur sua proles, et effectus sue cause conformetur, et quodlibet ut secundum genus suum ad finem suum dirigatur. Et via racionis, quia omnis racio dictat, quatenus discipuli suos magistros sequantur, filii quoque suos patres et inexperti expertos suos seniores. Propter quod dicit Boecius in 4° De consolacione [2]), quod hoc unum bonum contineat generositas huius mundi, quod filii suos probos patres intuentes in virtutibus precessisse festinant in eisdem ipsis [a]) imitari, degenerare ab eorum vestigiis horrescentes. Manifesta est eciam per scripturam, ut patet ex supra dictis. Et scriptum est [3]): „Ne transcendas terminos, quos posuerunt patres tui." Et Proverbiorum primo [4]): „Audi, fili mi, disciplinam patris tui et ne dimittas legem matris tue."

Ex istis colligitur eciam et preceptum, secundum quod scriptum est [5]): „Honora patrem tuum et matrem tuam et eris longevus super terram." Honor vero parentibus gracior et magis debitus a filiis nequit exhiberi, quam si in bonis filii suos parentes imitentur. Propter quod dicit apostolus [6]): „Filii, obedite parentibus vestris."

Si [b]) igitur filii suos patres et discipuli suos magistros necesse [c]) habent audire et intueri, audire [d]) precepta et doctrinam, intueri conversacionem et virtutes, prout innuit apostolus Hebr. dicens, ubi supra [7]): „Mementote prepositorum vestrorum, qui vobiscum locuti sunt verbum", ecce primum, scilicet audire precepta, „quorum exitum conversacionis intentes, imitamini [e]) fidem" [8]), ecce secundum, videlicet intueri exemplum: ita [f]) eciam patres et magistri necesse habent suis

---

[a]) *ita omnes cod. loco* ipsos. [b]) *ita A.* Sed *B et C.* Sicud *F.* Sic *optime staret.* [c]) necesse — et *om. B.* [d]) audire — intueri *om. B.* [e]) imitari *(sic) B et C.* [f]) Item *B et C.*

[1]) *Matth. V. 14.* [2]) *Cf. Boetii De consolatione philosophiae, l. III, prosa VI, ap. Migne, PL, l. 63, col. 746.* [3]) *Proverb. XXII. 28.* [4]) *Proverb. I. 8.* [5]) *Cf. Exodi XX. 12.* [6]) *Coloss. III. 20.* [7]) *Hebr. XIII. 7.* [8]) *Hebr. XIII. 7.*

posteris demonstrare correspondenter duo et[a]) relinquere, scilicet sanam doctrinam et bonam conversacionem, bonum verbum et bonum exemplum. Tales autem fuerunt et soli tales atque perfecte tales, primum dulcissimus Jhesus crucifixus in tota vita sua et doctrina, qui cepit facere et docere, dehinc gloriosus apostolorum chorus et doctorum, prophetarum quoque laudabilis numerus. Propter quod soli Christo Jhesu bene et perfecte convenit dicere[1]): „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde" et „exemplum enim dedi vobis, ut et vos similiter faciatis"[2]), et „diligite invicem, sicut ego dilexi vos"[3]), et ipsis apostolis, utpote Paulo, qui dixit[4]): „Imitatores[b]) mei estote, sicut et ego Christi", et iterum[5]): „Imitatores mei estote et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram", ubi supra.

Capitulum octavum[c]).

Quod omnes, qui sunt isti regule difformes, et precipue doctores, in vita vel doctrina, quantum est de se, sunt inutiles[c]).

Illum autem modum loquendi non Aristoteles, non Plato neque ulli alii poterant iuste observare, qui sedentes super cathedram suam vel aliter super cathedram Moysi, dixerunt multa discipulis, sed non fecerunt, bene docuerunt, sed non bene vel non tam bene vixerunt. Propter quod Jhesus dicit[6]): „Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei. Omnia, que dicunt, facite; que autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim, et non faciunt." Et isti tales, quicumque[d]) sunt, cum[e]) ingerunt se ad docendum[f]), sunt magistri solum pro medietate et pro parte exiliori, quia sunt doctores solum de dicere, sed non de facere, et per consequens, quantum in se, magis sunt destructores quam instructores[g]), quoniam magis possunt mali mores destruere beatas virtutes, quam sola verba

---

[a]) *om. B.* [b]) Imitatores — iterum *om. B.* [c]) *ita ABF rubr., om C.*
[d]) Quicumque autem &c. *contin. D 1. 2.* [e]) sunt, cum *om. D 1. 2.*
[f]) et bene docent, sed non tam bene vivunt *add. D 1. 2.* [g]) quam instructores *om. B et C.*

[1]) *Matth. XI. 29.* [2]) *Joann. XIII. 15.* [3]) *Joann. XIII. 34.*
[4]) *I. Cor. IV. 16.* [5]) *Philipp. III. 17.* [6]) *Matth. XXIII. 2 (libere allatum).*

instruere, et quidquid mores instruunt, sola verba destruere facile nequaquam possunt.

Tales igitur nos sumus in evo presenti. Propterea omnes, heu, fere[a]) declinamus, simul inutiles facti sumus: non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum[1]). Ed idcirco quia nostra vita communis et exilis nos minime facit autenticos populis, ymmo scurilitas nostra et levitas disposuit nos, ut vix nobis credatur, eciam tunc, cum scripturas solidas in doctrinis nostris pronunciamus. Et hec est causa, quare nostra predicacio est hodie laboriosa et nequaquam [f. 78[b]] autentica; laboriosa dico, quia oportet, quod solum scripturas personarum autenticarum cum labore exquiramus et ordinemus et memorie commendemus, nullaque nostra verba in medium producamus, quia alias nobis minime crederetur propter levitatem et abieccionem nostre vite. Sed oportet, ut in dei ecclesia[b]) solum[c]) nunc iam[d]) linguis[e]) aliorum multa verba et cum labore loquamur et inepte, quasi gladio alterius et in armis nobis inhabilibus[f]) et ineptis dimicando, minime per ipsa et in ipsis contra hostes valituri, sicud figuratum est bene in David, qui in armis ipsius Saul[g]) sibi inusitatis et ineptis duellare non valens, pocius cum sua capsula pastorali ex quinque lapidibus limpidis de torrente referta contra Golliam, inmensum gygantem, processit, sibi baculo in manibus sociato, et sic bellum in suam victoriam et dei laudem est conclusum[2]). Sed non fecerunt hoc lapides neque baculus, sed quia erat[h]) manu fortis secundum nomen eius et in solum deum Israel confidebat[i]).

Sed quia nobis hec non sunt in promptu, sed sumus heu manci[k]) et ceci super muros Jerusalem expositi modo, quo prius dictum est, puta quia opera solida et integra in nostra vita non habemus, ideo alienis linguis[l]) tamquam gladiis satis nobis inusitatis et ineptis multum laboriose[m]) et finaliter sine victoria nos oportet concertare.

Ex quibus luculenter infertur, quod sapiencia et predicacio ypocritarum modernorum et studium elo-

---

a) dicit David *F.* b) *add. in m. A.* c) *rasura sequitur in cod. A.* d) pronunciemus *D 1. 2.* e) liguis *C et D 1.* f) inabilibus *C.* g) Sâlul *corr.* Saul *A.* h) erat — eius et *om. D 1. 2.* i) *post hanc vocem D 1. 2. continuant:* Ex quibus luculenter infertur ꝛc. k) muti *CF.* l) liguis *C.* m) *corr. ab ed.;* laboriosa *omnes cod.*

1) *Cf. Rom. III. 12.* 2) *Cf. I. Reg. XVII. passim.*

quencie et copia scripturarum et facesia[a]) et ostentacio mansuete faciei non fructus fiunt[b]) ipsorum, sed solum sunt arma aliorum vestesque ovium accomode, quia illa non procedunt ex propriis, neque de fonte vitali intrinsecus, neque sunt illa propria arma ipsorum, sed omnia furata et mendicata, non ut faciant gnarum et aptum pugillem, sed ut conponant purpuratam meretricem, abhominaciones suas propinantem de calice deaurato[c]) secundum Apoc. Johannis[1]); de qua scribit Salomon, dicens Proverb. IX[2]): „Mulier, inquit, stulta et clamosa plenaque illecebris, nichil omnino sciens, sedit in foribus domus sue super sellam in excelso urbis loco, ut vocaret transeuntes per viam et pergentes in itinere suo", et de ipsa in sequentibus lacius disseretur[3]).

Hii[d]) sunt, quos vocat apostolus, dicens[4]): „Non sumus adulterantes verbum dei", sicut quidam ex illis. Et veraciter ita est, quia non sic est instituta, non sic multitudo sapientum prenotata, videlicet beati apostoli, prophete et doctores, fideles testes veritatis et insignes, sed induti et repleti a veritate, ex propriis sapienciam loquentes, deo dante ipsis fontale incrementum, per pauca verba reportant multam victoriam cum fructu multo salutis animarum, sicut scriptum est[5]): „In paucis vexati, in multis bene disponentur", nequaquam mente habentes unus quisque a suo proximo verba furari secundum propheciam Jeremie[6]), neque aliorum linguis in dei ecclesia secundum apostolum predicare[7]), neque[e]) secundum Lucam[8]) fodere et mendicare cum rubore, sed solum intima bona sui domini et thezauros suos de vasis fictilibus cum novis et veteribus effundere et dispensare fideliter et prudenter[9]).

Ex quibus bene ad propositum unus eorum, Paulus videlicet audenter I. Cor. XIIII.° inquiebat[10]): „Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, ut et alios instruam, quam X milia verborum", in lingua scilicet aliorum. Sane igitur hec

---

[a]) facesia *omnes cod.* [b]) sumitur *C.* [c]) *hac voce expliciunt excerpta cod. D 1. 2. ex l. III, tr. 2.* [d]) Hiis *corr.* Hii *A.* [e]) *corr. ab ed.*; e. (sed *B om. C)* secundum Lucam neque *AB et C.*

[1]) *Cf. Apoc. XVII. 4.* [2]) *Prov. IX. 13—15.* [3]) *v. libri III. tr. 6: „De abhominacione in loco sancto", c. 12 et sq.* [4]) *II. Cor. II. 17.* [5]) *Sap. III. 5.* [6]) *Cf. Jerem. XXIII. 30.* [7]) *Cf. Rom. III. 13.* [8]) *Cf. Luc. XVI. 3.* [9]) *Cf. II. Cor. IV. 7.* [10]) *I. Cor. XIV. 19.*

doctrina et vita antiquorum testium fidelium veritatis est electa ut sol, pulchra ut luna, terribilis ut castrorum acies ordinata[1]), turris David mille clypeis communita[2]), LX armati, qui ambiunt lectulum Salomonis, et cuiuslibet ensis super femur suum propter timores nocturnos[3]).

Hec est inquam illa regula, videlicet veritas vite et doctrine Jhesu Christi et eius apostolorum, martirum et prophetarum, unica, communis, brevis, facilis, manifesta et infallibilis, ostensa et proposita cuilibet christiano, ut possit per eam se et alios dimetiri et sic seipsum et suos consultores et doctores mensurare et scrutari.

Capitulum nonum[a]).

Quod ecclesia sanctorum et solum ipsa ideo est perfecte ordinata et valde commendabilis, quia est intus et foris isti regule conformata[a].)

Cum igitur ex istis[b]), que dicta sunt, constet regulam[c]) unam esse[d]) generalem, que paulo ante veritas unica et communis est diffinita, et omnia alia in tantum sunt vera, in quantum sunt isti regule conformia, et in tantum falsa, in quantum sunt ab hac regula obliquata: ex quibus inficiabiliter sequitur solum unam esse religionem veram, communionem, que alias wlgo dicitur apostolica et grece ecclesia catholica, que, huic regule existens inmediata et conformis, in veritate ambulat, sicut scriptum est II. Jo. I°[4]): „Senior electe [domine] et natis eius, quos ego diligo in veritate et non ego solus, sed omnes, qui congnoverunt[e]) veritatem propter veritatem, que permanet in nobis et nobiscum [f. 79a] erit in eternum. Sit vobiscum pax, gracia et misericordia a deo patre et a Jhesu Christo, filio patris, in veritate et caritate. Gavisus sum valde", et tunc ad propositum: „quoniam, inquit, inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus a patre."

---

15) De religionibus *A*.

[a]) *ita ABF rubr.; om. C.* [b]) *om. B.* [c]) ad regulam *omnes cod.* [d]) *om. B et C.* [e]) omnes . . cognoverunt *BC et biblia;* omnis . . cognoverit *A*.

[1]) *Cf. Cant. VI. 9.* [2]) *Cf. Cant. IV. 4.* [3]) *Cf. Cant. III. 7 et 8.* [4]) *II. Joann. 1—4.*

Quid namque religio potest aliud magis proprie dici vel interpretari, quam regulata vel regularis[a]) legio[b]), id est populus per aliquam regulam restrictus et per regulam gubernatus? Nulla autem legio et nullus populus est vel fuit vel erit, qui esset[c]) innixus totus et totaliter ac inmediate prime veritati et virtuti nisi populus christianus, neque est vel fuit secta[d]) vel populus, qui evidencius et plenius veritate sit regulatus et virtute gubernatus, quam idem populus christianus. Et omne, quod aliqua sana dictat racio esse virtuosum, et omne, quod unquam lex quecumque equum esse adinvenit et honestum, hoc totum collegit in se et tenet ac docet religio christiana. Atque omnem veritatem, sapienciam et virtutem, quam umquam philosophi et sapientes gencium fecerunt et docuerunt, et omnia precepta divina et cerimonie et sacrificia, que continuit lex israelitica, et omnia bona, que umquam deus gloriosus generi humano contulit vel spopondit se daturum, omnia, inquam[e]), ista plene et perfecte secundum spiritum et veritatem includit et comprehendit religio christiana.

Propter quod non est, neque fuit gens aut populus, qui nichil prorsus admisceret falsitatis et alicuius inhonesti vel corporalis ruditatis, preterquam religio christiana, ubi omnino et per omnia omne turpe excutitur, abhominatur et punitur, omne iniquum et falsum per regulam veritatis mox deprehenditur, culpatur et condempnatur.

Cuius gracia merito de religione hac unica christiana loquitur, dicens Jacobi I° [1]): „Qui autem perspexit in lege perfecte libertatis et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam", subaudis per regulam veritatis „sed seducens cor suum. huius vana est religio." Sequitur maxime ad propositum: „Religio munda et inmaculata aput deum patrem, hoc est: visitare infirmos, pupillos et viduas in tribulacione eorum et inmaculatum se custodire ab hoc seculo."

---

[a]) regulata vel regulata vel regularis *(sic) A.* [b]) religio *corr.* legio *A*; religio *C.* [c]) fuit *B et C.* [d]) ficta *(sic) C.* [e]) inquit *C.*

[1]) *Jacobi I. 25—27:* Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis &c.

Propter quod dignitatem et splendorem populi christiani, siccine per veritatem regulati et ordinati nullus prophetarum, nullus patriarcharum, nullus apostolorum vel sapientum valuit[a]) sufficienter extollere et laudare, quamvis multa de claritate eius et preconiis sunt orditi. Unde primus Moyses Deutero. IIII°[1]): „Hec est, inquit, vestra sapiencia et intellectus coram populis, ut audientes universa[b]) precepta hec, dicant: En, populus sapiens et intelligens, gens sancta, magna, nec est alia nacio tam grandis, que habeat deos apropinquantes sibi, sicut deus noster adest cunctis obsecracionibus nostris. Que est alia gens tam inclita, ut habeat cerimonias iustaque iudicia et universam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? Custodi igitur temet ipsum et animam tuam sollicite, et ne obliviscaris verborum, que viderunt oculi tui, et ne excidant de corde tuo cunctis diebus vite tue."

Quis vero digne poterit prophetas et alios ex deo et secundum deum sapientes digne hic proponere, quomodo puta et quantum populum christianum[c]) laudibus extullerunt? Sufficit ad presens Paulus, qui dicit[2]): „Fratres, iam non estis hospites et advene, sed estis cives sanctorum et domestici dei, superedificati ipsi summo angulari lapidi, qui est Christus Jhesus": ipse est veritas illa et regula unica et communis populi[d]) christiani. Item Petrus[3]): „Vos estis, inquit, genus electum, regale sacerdocium, gens sancta, populus acquisicionis, ut virtutes eius anuncietis, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus dei, nunc autem populus dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti." Johannes quoque enigmatibus fulgorem religionis christiane operiens, dicit Apoc. c. XXI[4]): „Et ego Johannes vidi civitatem sanctam novam descendentem de celo a deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de trono dicentem: Ecce thabernaculam dei cum[e]) hominibus, et habitabit in eis. Et ipsi populus eius erunt, et ipse deus cum eis[f]) erit eorum deus."

---

[a]) noluit *B.* [b]) universi *A.* [c]) *om. A.* [d]) proprii *(sic) A et B.* [e]) *om. A et B.* [f]) ipso *B et C.*

[1]) *Deuter. IV. 6—9.* [2]) *Ephes. II. 19—20.* [3]) *II. Petri II. 9.* [4]) *Apoc. XXI. 2.*

Capitulum decimum[a]).

De modo, quo conformata est ecclesia regule veritatis[a]).

Et quia igitur populus christianus est[b]) illa religio secundum prenotatam nominis accepcionem, id est regulata legio vel recte ligatus populus per legem veritatis, ideoque specialiter adhuc et magis proprie ad propositum visus est a Joanne Apoc.[c])[1]) in similitudine mulieris in celo[d]), que erat sole amicta, XII stellas habens in capite, et luna sub pedibus eius.

Nam mulier ibi, ut notum est, per expositores primum et principaliter [f. 79[b]] designat ecclesiam sanctorum, que est in celo, quia adhuc degens in carne, iam in celis secundum mentem vel cor altum conversatur, prout scriptum est[2]): „Fratres, nostra conversacio in celis est.“ Et iterum[3]): „Si consurrexistis cum Christo, que sursum sunt, querite, non que super terram; que sursum sunt, facite, ubi Christus est in dextera dei patris.“

Sol autem, quo esse mulier induta dicitur, non aliud signat nisi veritatem[e]) vite et doctrine secundum Jhesum Christum. Propter quod dictum est[4]): „Non in commessacionibus et ebrietatibus, non in cubilibus et[f]) inpudiciciis: sed induimini dominum nostrum Jhesum Christum.“ Ipse enim Jesus est virtus dei et sapiencia secundum apostolum[5]): „Dicimus, inquit, Christum esse dei virtutem et dei sapienciam.“ Apostolis vero dictum est et toti ecclesie sanctorum[6]): „Vos autem sedete hic, donec induamini virtute ex alto“, et ipse Christus est sol iusticie, qui ortus est timentibus deum[g]) in hoc mundo[7]). Enimvero ipse Jhesus est veritas illa, que est unica regula manifesta et infallibilis sepe dicta, secundum quam necesse est[h]) omnem hominem gubernari, qui per virtutes cupit vitam invenire.

Ex quibus colligitur, quod quia populus christianus in veritate et secundum veritatem ambulat a veritate regulatus,

1c) De ecclesia *A ad calc. fol. super. in marg.*

a) *ita ABF rubr.; om. C.* Sequitur *add. F.* b) *om. C.* c) XII° *add. F.* d) *om. F.* e) veritatem *F;* veritas *cet. cod.* f) *om. C.* g) *om. F.* h) *ita B et C; del. A.*

1) *Apoc. XII. 1.* 2) *Philipp. III. 20.* 3) *Coloss. III. 1—2. (libere ordin.).* 4) *Rom. XIII. 13—14.* 5) *I. Cor. I. 24.* 6) *Lucae XXIV. 49.* 7) *Cf. Malac. IV. 2.*

ideo dictus est pulcherrima mulierum, que supersplendide[a]) rutilat sole amicta divine veritatis [1]). Amicta autem existit non tantum sicut homo suo palio, parata[b]) afforis tantum, sed intrinsecus sicut aliqua mundissima res et dyaphana, prout est vitrum vel cristallus[c]), dum radiis solis adimpletur. Ita ecclesia[d]) sanctorum est intus et foris, in animo[e]) et in vita, in corde, opere et sermone inpleta et amicta soliformi lapide veritatis, in omnibus festinans similari Jhesu Christo, suo unico et dilecto[f]), de claritate in claritatem, tanquam a domini spiritu transformata [2]).

„Et luna sub pedibus eius", quia in celis iam animo stabilita, gaudens de solis plenitudine inmutabili, conculcat omnem vanitatem, que cuncta, id est tota est sub sole, que rotatur continue veluti luna[g]) in defectu. Nichil nempe homini christiano pulchrum in hoc mundo, nichil sapiens, nichil delectabile vel iocundum, nisi ille, quo induitur, dominus[h]) Jhesus Christus, cui psallit, dicens [3]): „Quid enim michi in celo et a te quid volui super terram?" „Tibi dixit cor meum: Exquisivit te facies mea. Faciem tuam, domine, requiram." Qui, inquam, Jhesus est factus dei virtus et dei sapiencia, veritas, via et vita.

„Et corona duodecim stellarum in capite eius", quia duodecim apostoli ambiunt dominum Jhesum Christum, quibus ipse quasi vestimento amicitur, quoniam[i]) Christus est caput sue ecclesie secundum apostolum [4]).

Hec itaque ecclesia sanctorum sic modo perpetue[k]) admirabili adornata[l]) et iterum est bene commendata a Salomone inquiente [5]): „An ignoras te, o pulcherrima mulierum?" Iterum infra [6]): „Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum", „electa ut sol, pulchra ut luna, terribilis ut castrorum acies ordinata?" „Electa, inquit, ut sol", quia soli similima et per solem adimpleta; pulchra ut luna, quia regulata a veritate recteque de virtute in virtutem ambulans, varietatibus virtutum circumquaque amicitur[m]), sciens secundum veritatem ordinate deficere et ordinate habundare, in omnibus a Christo bene instituta, et

---

[a]) semper splendide *F.* [b]) palliata *F.* [c]) cristallum *C.* [d]) *add. A in m.* [e]) anima *C.* [f]) suo et unico dilecto *B.* [g]) rota *C.* [h]) *om. B et C.* [i]) qui *F.* [k]) perpetuo et *F.* [l]) adhornata *F.* [m]) armatur *F.*

[1]) *Cf. Judic. V. 31 et Apoc. XII. 1.* [2]) *Cf. II. Cor. III. 18.* [3]) *Psalm. LXXII. 25 et XXVI. 8.* [4]) *Cf. Ephes. V. 23.* [5]) *Cant. I. 7.* [6]) *Cant. V. 17. et VI. 9.*

scit deficere usque in nichilum per humanitatem[a]) dicendo cum psalmista [1]): „Substancia mea tamquam nichilum ante te", pie Jhesu, id est in comparacione tui, quia sine te nichil possum facere neque eciam bonum cogitare, sed per te et in te omnis mea[b]) sufficiencia a deo est [2]). Et ibi in deo suo et[b]) Christo Jhesu iterum scit habundare dicens [3]): „Omnia possum in eo, qui me confortat", quia potens est deus facere me in omnibus habundare, eciam supra id, quod petimus [4]). Sicque est pulchra ut luna, quia scit in se deficere et in Christo Jhesu plenitudinem sui luminis haurire in gaudio de fontibus sui Salvatoris, dicens cum Paulo [5]): „Cum autem infirmus sum, potens sum." „Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi."

Terribilis esse ut castrorum acies ordinata dicitur propter duodecim stellas in capite, id est chorum apostolorum et prophetarum et beatorum virorum in virtute probatorum, qui [erant][c]) continentes Jhesum in sui medio, virtutem dei et dei sapienciam. Propter quod viri potentes virtute confidenter egerunt, memorantes, quia maior est [deus][c]) in nobis quam in mundo (et hic[d]) dixit [6]): „Confidite, quia ego vici mundum"[6]), omnes pariter ordinate et potenter Sathan sub suis pedibus contriverunt[e]), per hoc huius mundi victoriam, que est fides in Christum Jhesum, omnibus seculis futuris confirmantes[f]).

Quapropter merito et quam pulchre, ut supra est assumptum, veritas vite et doctrine Jhesu Christi et dehinc veritas vite et [f. 80[a]] doctrine omnium, qui Christum Jhesum intus et foris, in animo et in moribus[g]) induti, splendide et[h]) potenter manifestant omnibus regulam veritatis et ostendunt, hii, inquam, sunt optima regula vivendi et[i]) seipsum congnoscendi cuilibet christiano nec non et illos deprehendendi, qui dicunt, sed non faciunt veritatem, etc.[k]).

---

[a]) humilitatem *F.* [b]) *om. F.* [c]) *add. ab ed.* [d]) hinc (huic) *C.* [e]) conterruerunt *B et C.* [f]) *om. F.* [g]) in moribus *AF.* [h]) *om. C.* [i]) in *F.* [k]) Skopecz *add. C.*

[1]) *Psalm. XXXVIII. 6.* [2]) *Cf. II. Cor. III. 5.* [3]) *Philipp. IV. 13.* [4]) *Cf. Ephes. III. 20.* [5]) *II. Cor. XII. 10 et 9.* [6]) *Joann. XVI. 33.*

TRACTATUS TERCIUS[a]).

DETERMINACIONES SANCTORUM DOCTORUM PRO COTTIDIANA VEL CREBRA COMMUNIONE SACRAMENTI ALTARIS A PLEBIBUS CHRISTIANIS[b]).

Capitulum primum[c]).

Recapitulacio predictorum[d]).

Sic itaque hac regula solempni et deiformi declarata, et puta unica, manifesta veritate, discussaque in prima distinccione[e]) [1]), quantum ad eius inscripcionem multiplicem et propalacionem in mentibus per se et inmediatam in animis hominum, ostensa nichilominus in secunda distinccione[e]) [2]) eadem[f]) regula quoad manifestacionem ipsius per eius testes fideles, utpote per Jhesum crucifixum et ipsius discipulos et prophetas, tandem ad illam summam inquisicionis est devolutum, puta quod ipsa veritas vite et doctrine Jhesu Christi et veritas vite et doctrine ipsius Jhesu discipulorum et doctorum atque tocius ecclesie

---

[a]) *ita A in m.; om. cet. cod., cf. notam c).* [b]) *ita I addens:* que sunt hic collecte; *om. cet. cod., cf. infra notam d). Cod. H hanc inscr. praebet:* Iste determinaciones scripte sunt ex libro Magistri Mathie Parisiensis, quem intitulavit „De regulis Veteris et Novi Testamenti pro communione quotidiana, alias frequenti utriusque speciei" *(sic, rubr.). Ipse etiam cod. H. hanc notam marg. manu posteriore adfert:* „Mateas iste erat canonicus in Pragensi castro et supremus eorum." *Sed incipit codex hic demum capitulo tertio, determinacione Mag. Jo. Horleaan.* [c]) *ita ABF rubr.* [d]) *ita AB et F rubr., add.* „Distinccio tercia." [e]) *om. F.* [f]) de eadem *F.*

[1]) *vide supra libri III. tract. 1. „De regula in se."* [2]) *vide supra libri III. tract. 2. „De testibus veritatis."*

sanctorum est[a]) illa solempnis regula a principio usque [ad] finem[b]), que dicta est esse regula unica, communis, brevis, facilis, manifesta et infallibilis.

Nunc sequitur eam ad propositum principale applicandum, et primo adducendi erunt disceptantes de crebra communione a plebeis vel tarda corporis et sanguinis Jhesu Christi et ad hanc sic stabilitam applicandi, si forte sic possint discerni homines in sua opinione[c]) fallaces de septem quoad hoc et veraces in sua autentica assercione[1]).

Secundo apportabuntur ad regulam notatam status aliqui et precipue hominum devotorum vere[d]) vel similium devotis in presenti seculo religionis christiane[2]).

Tercio loquendum erit de Antichristo et temporibus Antichristi membrisque ipsius vel apostolis simulatis, et illud fiet eciam per comparacionem ad regulam illam regiam sepe dictam[3]).

Dehinc eciam, in fine huius tractatus agetur per multa et late de abhominacione desolacionis locata in sancto loco per mysticum Antichristum et membra eius[4]).

Ista[e]) itaque erit aptissima regula ad propositum principale, puta ad demonstrandum, quod hii, qui, inquirentes[f]) utilitatem plebis christiane salutarem, communicant cottidie[g]) vel frequenter Christi Jhesu corpori et sanguini[h]) et docent, suadent et hortantur alios omnes, eciam plebeios, ad idem faciendum tamquam licitum et expediens saluti animarum, iuste, inquam, et sancte id[i]) faciunt secunturque[k]) vestigia Christi Jhesu et eius discipulorum, doctorum et prophetarum,

[a]) est — regula *add. A in m.* [b]) in finem *F.* [c]) id est errone ... *add. A, sed postea del.;* fallaces *in m. alia m.* [d]) *om. B.* [e]) *hac voce inc. cod. EGI: E sine ulla inscriptione; cod G hanc inscriptionem praebet:* Incipit prologus Magistri Mathie super XXVIII doctores pro quottidiana vel crebra communione corporis et sanguinis Jhesu Christi a plebeis christianis, que sic incedit. *De cod. I vide supra p. 68, n. b); cuius lapsus evidentes in subsequentibus ab ed. om. sunt.* [f]) inquirendo *G.* [g]) *G (etiam D 1. 2.) ubique ponunt* quottidie, quottidia nus oc.; *in subsequentibus om.* [h]) corpore et sanguine *G.* [i]) illud *GI.* [k]) *ita EFGI;* quod ... secuntur *A, sed add. in m. alia manu.*

[1]) *hisce verbis auctor revocat ad praesentem seu 3. tractatum libri III.* [2]) *vide infra libri III. tr. 4. „De unitate ecclesiae."* [3]) *vide infra libri III. tr. 5. „De Antichristo."* [4]) *vide infra libri III. tr. 6. et ultimum „De abominatione in loco sancto."*

nichil novum, inusitatum aut exorbitans[a]) a regula veritatis admittentes[b]). Et quia in primo tractatu huius in regulis Veteris Testamenti[1]) est disputatum de scripturis legis et prophetarum, que figuris[c]), presagiis et doctrinis cottidianam vel alias crebram oblacionem nostri iugis sacrificii a plebeis legittime fiendam[d]) nuncciaverunt[e]), posuerunt[f]) et annuerunt[g]), nunc studui colligere ad hanc materiam facientes manifestissime, et quod inficiari nequeat[h]), scilicet scripturas Novi Testamenti.

Sciendum[i]) quippe est, quod in temporibus, que nunc currunt, questio multum invaluit, saltem inter communes et simplices, de manducacione[k]) cottidiana vel crebra a plebeis corporis et sanguinis Jhesu Christi. Et quidam doctores vel predicatores concedunt[l]), ut dictum est, et[m]) invitant populos ad cottidianam vel crebram sacramenti[n]) altaris percepcionem[o]) corporalem[p]) cum preparacione previa optima et vita condigna. Alii[q]) sunt, qui ex adverso reclamant et contrarium nituntur summis[r]) connatibus inducere et persuadere, videlicet quod nequaquam sit bonum sepe[s]) laycos Christi[t]) corpore et sanguine saciari.

Capitulum secundum[u]).

Ad videndum igitur, qui horum predicatorum spiritu Christi Jhesu[v]) aguntur, aut qui sunt conformiores[w]) testibus superius expressis divine veritatis, utrumne[x]) illi, qui dissuadent plebibus christianis frequentem Christi corporis[y]) communionem, anne illi, qui ex adverso in id ipsum monent, invitant[z]) et exho rtan-

8) Probatur per Novum Testamentum *A*.

a) *post corr. A.* b) fit ad admittentes *E.* c) et *add. F.* d) vigendam *(sic) F.* e) *om. E.* f) *om. B.* g) invenerunt *GI.* h) denegant *(sic) E*; nequeant *false G.* i) *hanc paragraphum F inscr. rubr. (post corr.)*: Capitulum duodecimum. k) et bibicione *add. G.* l) excedunt *corr.* concedunt *A*; excedunt *G.* m) eciam *FG.* n) sacri *F.* o) participium *corr.* percepcionem *A in m.*; cottidianum vel crebrum . . participium corporale *EF.* p) id idipsum *add. A, sed postea del.* q) autem *add. GI.* r) suis *I.* s) semper *G.* t) *om. G.* u) *item A rubr., om. BEFGI.* v) Jhesu *BH*; Christi *GI.* w) conformes *BG.* x) ne *om. G.* y) *om. F.* z) et invitant *F*; *cod. E post vocem* invitant *incipit novam paragraphum*

1) *vide libri I, tr. 2. „De communione corporis Christi" in vol. I.*

tur[a]), [pono ultimam istam regulam discrecionis falsorum prophetarum a non falsis][b]); et hanc dixi conformitatem ac imitacionem veritatis[c]) vite et doctrine Jhesu Christi et eius apostolorum[d]), martirum et[e]) cum multitudine omnium sanctorum precedencium et doctorum, quinymo et modernorum virorum probatorum; quam regulam dixi famosam et viam[f]) regiam, familiarem plebi christiane atque favorabi'em, que secundum scripturas predicatores suos recensere[g]) inpotens[h]), eosdem[i]) secundum dicta et facta sanctorum precedencium dimetitur[k]). Et hec michi fuit a principio ad hanc materiam principalis: valde enim michi ad propositum comportabit.

Nam pro certo et inconcussum[l]) teneo[m]), quod omnis, qui sequencia pensabit, in nullo cottidiane vel crebre communioni divini sacramenti christianorum populorum iam amplius poterit contraire, sed[n]) nisi forte sit ex contencione[o]); alias[p]) prorsus manifeste veritati tot et tantorum testium fidelium testimoniis approbate necesse[q]) est, ut cedat[r]) racione et effectu ad partem epulancium frequenter pascha nostrum, corpus scilicet et sanguinem Jhesu Christi.

Quoniam siquidem dignum est et populo exemplare, ut quilibet [f. 80b], qui plebem dei in viam[s]) pacis dirigit, novitates omnes evitans, studeat scienciam sanctorum plebi eius dare vestigiaque sanctorum patrum in omnibus commitetur, Veteris Testamenti scripturis et Novi dicta sua roborando, et[t])[is], qui audet ascendere cathedram Moysi et[u]) auctoritative dei populos edocere, ita ut, quecumque dicit, quatenus sine formidine de opposito populus ea[v]) faciat, sive ipse sit in se bonus, sive malus: de necessitate sibi incumbit, ut sufficienti approbacione et canonica missione presupposita se exhibeat in regno celorum doctum scribam, similem patrifamilias de thezauro suo

---

his.e verbis: Nunc pones ultimam istam regulam discrecionis falsorum prophetarum a non falsis. Est videndum, qui predicatores spiritu dei aguntur, utrumne illi oc. [a]) exortantur *B;* hortantur *F.* [b]) *quod uncis incl., add. est ab ed., quia alias tota phrasis mente comprehendi non posset.* [c]) veritati *EF.* [d]) discipulorum et *G.* [e]) *om. G.* [f]) omnino *I.* [g]) recensetur *G.* [h]) est potens *F.* [i]) eos *B.* [k]) dimetiri *B;* dimittitur *I.* [l]) inconcusse *F;* inconcusso *GI.* [m]) tene *G.* [n]) *om. G.* [o]) intencione tendens prorsus *G.* [p]) alias prorsus *om. EF;* tendens *GI.* [q]) approbante necessarium *I.* [r]) accedat *G;* ad partem *add. E.* [s]) in via *F;* . . . diligit *I.* [t]) ut *false G.* [u]) *om. G.* [v]) *add. A sup. lin.; om. EFG;* populos faciat *I.*

nova et vetera proferentem, et ut doctores antiquos[a]) et dicta eorum, quantum sue vite studia sibi possunt conferre, non ignoret, determinaciones insuper theologorum presentis seculi, priscorum et modernorum sibi notas efficiat per frequenciam studiorum, ne aberret et exeat terminos, quos posuerunt patres sui, faciatque plurimos secum errare, tamquam cecus cecis ducatum prestando, parvulos in Christo non paucos scandalis confundendo. Nam si veritas determinat ve illi inminere, qui[b]) unum de pusillis hiis Christi[c]) verbo vel facto scandalizat, ita ut dicat[1]): „Expedit ei magis[d]), ut mola azinaria alligata[e]) collo eius, in mare profundum demergatur“[f]), quanta putas ve predicanti indiscrete inminere, qui non tantum unum pusillum scandalizat, sed totum[g]) populum et totam ecclesiam replet erroribus et sinistra opinione? Ideo non inmerito dictum est[h]) Jere. XXIII. ad prophetas[2]): „A prophetis enim Jerusalem est egressa pollucio super omnem terram. Hec dicit dominus deus: Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis et decipiunt[i]) vos: visionem cordis sui locuntur, non[k]) de ore domini.“ Et paulo post[3]): „Non mittebam prophetas, et ipsi currebant[l]). Non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant.“ „Ecce turbo dominice indignacionis egredietur et tempestas erumpens[m]) super caput impiorum veniet“[4]). Et Sapiencie[n])[5]): „Durissimum iudicium cum hiis, qui presunt, fiet.“ Dominus[o]) Jhesus Mt. XXIII° b.[6]): „Nolite vocari rabi[p]) et magistri super terram.“ Et Jacobus in sua canonica[7]): „Nolite plures magistri effici, scientes, quod gravius iudicium accipietis.“ Gregorius quoque Naz[i]ansenus[q]) in suo Appologetico inquit[r])[8]): „Perdifficile

18) Pertinet ad predicatores *G ad calc. fol. super. alia manu.*

27) Nazarenus *(sic) B.* Gregorius Nazanzenus *G.*

[a]) *om. I.* [b]) *sup. lin. A.* [c]) qui Christo credunt *F.* [d]) *sup. lin. add. A, om. EFGI et biblia.* [e]) appensa *G; om. I.* [f]) mergatur *G.* [g]) totum populum et *om. E.* [h]) *om. G.* [i]) decipiant *G.* [k]) et non F. [l]) currebant — ipsi *om. G librarii incuria; quae omissa in subsequentibus tam frequenter occurrunt, ut ea annotare superfluum nobis visum sit.* [m]) *om. FG.* [n]) VI°. b. *add. F.* [o]) Et dominus *EFGI.* [p]) magistri rabi *E.* [q]) Nazauzenus *FG.* Nazanzenus *I.* [r]) *add. A sup. lin., om. BEF.*

[1]) *Matth. XVIII. 6.* [2]) *Jerem. XXIII. 15—16.* [3]) *Jerem. XXIII. 21.* [4]) *Cf. Jerem. XXX. 23 (libere allatum).* [5]) *Sap. VI. 6.* [6]) *Matth. XXIII. 8.* [7]) *Jacobi III. 1.* [8]) *Gregorius Nazianzenus, Oratio II, Apologetica c. 39, ap. Migne PG, t. 35, col. 447.*

negocium est in multitudine permixta atque diversa, ubi etas et institucio varia est, de talibus disputantem et velud multarum cordarum quandam cytaram ferientem, invenire ad omnes predicaciones verbum et ita velud plectrum singulis admonere, ut nullius sonus offendat auditum." Hec ille.

Dura sunt hec michi et meis similibus, qui[a]) nondum satismet edocti docere plebes festinamus et ipsi a spiritu Jhesu expertes alios spiritu discipline nobis sompniamur inspirasse. Et idcirco non sine causa veteres se mitti ad docendum alios eciam ipsi deo magnopere reluctarunt. Et precipue magnum extat periculum et dampnosum, illa affirmare publico[b]) in sermone et[c]) de rebus divinis, que nec ex revelacione quis[d]) intelligit, nec ex scripturis vel doctoribus est cum certitudine edoctus: nichilominus tamen sic[e]) sibi dubia et ignota animose asserere et inpudice proclamare ac[f]) sine moderamine zelari, eciam non sine contencione defendendo proprias asserciones usque ad aurium[g]) piarum[h]) conturbacionem[i]). Non hoc nempe docet suos precones a superno[k]) cardine delapsa[l]) magistra omnium virtutum, sapiencia, prout canon edisserit, dicens: „Quod si amarum zelum habetis[m]) et contenciones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari et mendaces esse[n]) adversus veritatem. Non est enim hoc[o]) sapiencia[p]), desursum descendens, sed terrena[q]), animalis, dyabolica. Que[r]) autem desursum descendens sapiencia[s]), primum quidem pudica, deinde pacifica, modesta, swadibilis", etc. Jac. III. g.[1]).

Ut igitur appareat[t]) evidenter, qui sunt illi, qui de frequentacione[u]) corporis Christi a communi populo dissident[v]) et disceptant, qui[w]) magis concordant[x]) dictis et factis apostolorum et sanctorum precedencium, doctorum[y]) priscorum et

---

[a]) quoniam *GI.* [b]) publice *G.* [c]) *om. F.* [d]) *add. A sup. lin. et in m., om. EFGI.* [e]) tamen sic *AF;* cum sit *G;* tamen sit *I.* [f]) sit *AB.* Ne *EF;* ac *GI.* [g]) *A post corr. et G;* amaram *BF,* arroram *(sic) E.* [h]) *A add. in m. et G;* animi *BEF.* [i]) turbacionem *BEFGI.* [k]) supere *EF;* summo *G.* [l]) delapsum *E.* [m]) amarum *superflue repetunt ABEG.* [n]) *A corr. et BF;* mendaci *E;* menturi *G;* mentire *I.* [o]) hec *EFGI;* ista *biblia.* [p]) scilicet *add. A.* [q]) terre, animal et d. *F.* [r]) Que — Jac. III. g. *add. A in m. et B, sed om. EFGI.* [s]) est sapiencia *B.* [t]) apparet *I.* [u]) frequentacionem *G*, de *omittens.* [v]) desident *EG.* [w]) et qui *G.* [x]) concordanter *AB.* [y]) et doctorum *EFGI.*

[1]) *Jacobi III. 14. 15. 17.*

modernorum[a]), hic[b]) dicta eorum collegi[c]) de[d]) materia eadem loquencium, in talem ordinem redigendo, ita ut primo modernorum dicta magistrorum hic studuerim[e]) inserere, dehinc doctorum virorum, qui in theologia magistri famosi in ecclesia nostram etatem precesserunt, deinceps sanctorum[f]) doctorum decreta in hac materia, puta Crisostomi, Augustini[g]), Jeronimi, Ambrosii, ex ipsorum[h]) libris recollegi, consequenter[i]) paparum seu episcoporum[k]) dicta et decreta addidi apostolicorum, post hoc[l]) beati Pauli super[m]) hoc[n]) in suis epistolis sanccionem[o]) et Actuum apostolorum exercicium[p]), et postremum[q]) constitucionem Jhesu Christi de hac communione benedicta sui corporis et sanguinis[r]) preciosi, qui sua auctoritate incomparabili[s]) ac divina assistens, pontifex necnon concinnator singularis omnibus dissensionibus finem inponens, stabilivit conclusionem[t]), ut omnes pariter fine[u]) loquendi[v]) audito[w]), digito[x]) ori suo[y]) apposito non amplius contra stimulum audeant recalcitrare[z]), ne deo reluctari suis infrenatis[aa]) ausibus videantur, etc.[bb]).

---

[a]) magistrorum *add. B.* [b]) hec *I.* [c]) colligere *G.* [d]) de — loquencium (loquencia *B*) *A in m. et B; om. EFGI.* [e]) studui *corr.* studuerunt *A;* studui *EFGI;* studencium serere *B.* [f]) subiectorum *(sic) G.* [g]) Crisostomus, Augustinus *E.* [h]) eorum *G.* [i]) et consequenter *B;* consequenter — apostolicorum *add. A in m., om. EFGI.* [k]) paparum dominorum *B.* [l]) post hec *EFGI.* [m]) insuper *EFGI.* [n]) hec *E; om. G;* sui *cet. cod.* [o]) sanctitate *(sic) G;* sanccienti *I.* [p]) Act. ap. exercicium *add. A in m., om. EFGI.* [q]) illud postremo *G;* postremo *I.* [r]) Jhesu *add. F.* [s]) incorporali *(sic) F.* [t]) inclusione *I.* [u]) sine *EI;* ipsum *G.* [v]) loquendi *F;* loquentem *G.* [w]) audientes *G.* [x]) digitum *F.* [y]) sui *ABEHI.* [z]) calcitrare *A ante corr. et EF* (calcitrari) *et GI.* [aa]) infrunitis *(sic) A,* infinitis *G.* [bb]) etc. *om. EFG;* videantur *om I. Post han vocem cod. G continuat hisce verbis:* Magister Mathias in libro, quem edidit de sacramento Jhesu Christi, dicit, quod fideli christiano et plebeio expedit per nullam rem temporalem impediri aut retrahi a frequenti manducacione corporis et sanguinis Jhesu Christi oc. *Quae excerpta in ff. 117a—118b sequentia ex libri I. tract. II. maxima ex parte sumpta sunt.*

Capitulum tercium[a]).

Venerabilis vir Johannes Horleaan[b]), predicator[c]) eximius et doctus et magnus doctor in theologia et in[d]) iure canonico, prout hic relucet ex dictis suis, facit questionem, dicens[e]) [1]).

[f. 81[a]] Queritur, an persona layca possit singulis septimanis suscipere corpus Christi?

Dimissis argumentis[f]) pro et[g]) contra, videtur, quod sic[h]).

Primo facit duodecim distincciones. Illa vero, ubi[i]) dicit: „Alia vero, que per loca terrarum regionesque variantur, sicuti est, quod aliquando[k]) alii ieiunant sabbata, alii non, alii[l]) communicant cottidie[k]) corpori et sanguini domini, alii certis diebus accipiunt, et si quid aliud huiusmodi animadverti[m]) potest, totum hoc genus rerum liberas habet observaciones. Quod neque contra fidem neque contra bonos mores esse convincitur, indiferenter est tenendum."

Item facit De consecracione dist. II[a] „Peracta"[n]), ubi dicit: „Peracta consecracione omnes communicent." Facit eciam Glossa ibidem.

Item facit c. e. dist. II[a o]), ubi dicit: „Eucaristiam cottidie accipere[p]) nec laudo nec vitupero, omnibus tamen diebus dominicis[q]) comunicandum[r]) hortor."

---

13) Liberas habet observaciones *A rubr. et E.*

17) Peracta consecracione (omnes communicent *E*) *A rubr. et E.*

[a]) *ita A rubr.; om. cet. cod.* [b]) Horleaan *AFG;* Hoylean *(sic) B;* Horlean *EI;* Horlewan *H.* [c]) predicator eximius et doctus *add. A in m., om. BEFGI, qui ponunt voces:* et magnus doctor, *quae vero in cod. A deletae sunt; non ponit H.* [d]) *om. GI.* [e]) *ita ABEFGH rubr. et I. In cod. A etiam haec inscriptio f. 81[a] legitur:* „Venerabilis (vir Jo. et — *del.*) presbyter Johannes Horlewan, predicator eximius et doctor *(sic)* vir in theologia et iure canonico, prout hic relucet ex dictis suis, facit subscriptam questionem, dicens." [f]) articulis *BE.* [g]) pro *corr. et* et *add. in m. A; om. BEGHI.* [h]) *om. F.* [i]) una *GI;* dicit — aliquando *om. E et G.* [k]) *om. G.* [l]) an non alii *E.* [m]) animam adverti *F;* adverti *H.* [n]) *om. GI;* dist. I[a] *E.* [o]) Item — II[a] *om. G.* [p]) recipere *G.* [q]) *A in m., om. E.* [r]) ad c *E;* communicare *FG* (c. ortor.).

1) *De hoc auctore nil omnino nobis constat. Haud scimus, an his Johannes Horleaan idem ac Johannes de Polonia, cuius nomen Matthias de Janov in libro V, dist. II, c. 14 Regularum inducit. Cf. editoris librum bohemicum de Mag. Mat-*

Item faciunt multa c. e.[a]) d., maxime c. „Non iste“[b]), ubi dicit: „Non iste est panis, qui vadit in corpus, sed panis vite eterne, qui anime nostre substanciam fulcit[c]). Iste panis cottidianus est; accipe cottidie, quod[d]) tibi cottidie prosit.“

Item facit e. d. c. „Si per negligenciam“ Glossa super verbo „neglicenciam“, ubi dicit: „Solet queri, quare instituta sunt sacramenta.“ Respondet[e]): „Tribus de causis: propter humilitatem[f]), erudicionem et exercitacionem. Igitur[g]) nonne semper debemus esse humiles, eruditi sive sapientes et exercitati in bono? Unde Paulus[1]): „Gloria et honor et pax omni operanti bonum.“ Unde Jeronimus: „Semper aliquid facito operis, subaudi boni[h]), ut[i]) dyabolus inveniat te occupatum.“

Item has tres ponit Magister Sentenciarum libro 4°, ubi dicit: „Albertus Magnus, querens specialiter, quibus ex causis sacramentum[k]) eucaristie sit institutum, respondendo dicit tres esse: Primo propter dominice passionis precordialem rememoracionem, secundo propter actualis devocionis singularem exercitacionem, tercio propter corporalis absencie Christi[l]) spiritalem[m]) et specialem consolacionem.“

Item facit, quod scribit idem Albertus in Laude beate Virginis, ubi dicit, quod omnes virtutes insunt[n]) naturaliter sacramentis. Si quis igitur frequentat hoc eucaristie sacramentum[o]), virtuosior et perfeccior redditur. Unde psalmus[p])[2]): „Cum sancto sanctus“[q]), etc.

— — — — —

thia de Janov, p. 60, 273, 293, 309. Quaestio doctoris Johannis Horleam de communione laicorum etiam in cod. Univ. Prag. IV. D. 18, f. 80b—83a legitur (cf. Truhlář, Cat. cod. lat., n. 672 add).

9) Semper debemus esse in exercicio sacramentorum *A rubr.*

16) Memoria passionis. Exercicium actualis devocionis. Consolacio absencie Christi *A rubr.*

22) Si quis frequentat, virtuosior et ocius perfectus efficitur *A rubr.*

[a]) c. e. *om. G.* [b]) est *add. F; om. G.* [c]) fulcet *I.* [d]) qui *F.* [e]) *ita FG;* respondit *cet. cod.* [f]) humiliacionem *F.* [g]) *ita F.* Unde *G.* Ibi *cet. cod.* [h]) subaudis boni *F;* subaudi bone *G;* swadendi boni *I.* [i]) et . . inveniet *G;* semper *add. I.* [k]) sacrum *corr.* sacramentum *A;* sacrum *E.* [l]) *add. A in m., om. BEFGI;* essencie *loco* absencie *I.* [m]) spiritualem *H.* [n]) *om. I.* [o]) sacrum *corr.* sacramentum *A;* sacrum *E.* [p]) psalmista *I.* [q]) eris *add. BEFGI.*

[1]) *Rom. II. 10.* [2]) *Psalm. XVII. 26.*

Item facit Mt. V°[a])[1]): „Panem nostrum cottidianum da nobis hodie.“ Super quo[b]) Bernhardus: „Non dicit cras nec postcras, sed hodie, quia sicut cottidie peccamus, cottidie indigemus medicina.“

Item facit, quod scribit Lucas in Actibus apostolorum[2]), quod Christi[c]) fideles cottidie communicabant corpori et sanguini[d]) Christi[e]), et forte nunc esset magis necessarium quam in ecclesia primitiva.

Ymmo hodie[f]) mulieres Rome cottidie communicant.

Item facit Clementina „Ne in agro“, de statu monachorum; hec sane in Glossa super verbo „Mensibus artantur“[g]): „Ergo monachi singulis mensibus, ad[h]) quod fideles artantur[g]) singulis annis de pena et remissione. Omnis[i]) non[k]) ergo prohibetur, quin pluries sit communicandum, sed artantur christiani ad minus[l]), quod semel in anno communicent.“

Item consilio[m]) Hugonis, Richardi et aliorum doctorum multorum dicencium: „Ad cottidianam communionem moneat te, ut maxime amici tui et fidelissimi presenciam continuam habeas et tuam sibi necessitatem exponas, non quod ipse nesciat, nisi sibi exponas, sed ut per hoc tuam devocionem et desiderium excites et ipsum semper presentem pre oculis habeas“[n]).

Item ut wlnera anime tue[o]) ex peccatis illata perfecte sanentur per hanc medicinam[p]), quia si sunt indulta quoad culpam (de quo tamen non es omnino securus: Ecclesiastes IX[3]): „Nescit homo, si sit odio vel amore dignus“), indiges tamen[q]) domini nostri medicina, ut eciam tibi pena debita remittatur et ut fomes peccati, qui est inclinacio ad malum, debilitetur et, quantum possibile est, extingwatur.

---

3) Quia cottidie peccamus *A rubr.*

18) Continua dulcissimi amici presencia *A rubr.*

22) Ut peccata perfecte expurgentur *A rubr.*

27) Ut fomes debilitetur *A rubr.*

[a]) VII° *FI*, VIII *G false.* [b]) quos *corr.* quo *A.* [c]) *om. G.* [d]) corpore et sanguine *GI.* [e]) *om. F.* [f]) *om. E.* Ymmo hodie boni communicant *tantum I.* [g]) hortantur *false I.* [h]) ad — annis *om. B.* [i]) c. Omnis utriusque homines ... prohibentur *G.* [k]) *sup. lin. A.* [l]) *om. B.* [m]) consilia *EGI.* [n]) habeas *AGI.* [o]) per te *add. F.* [p]) salutarem m. *G.* [q]) dicti *add. F*, dicta *add. GI.*

[1]) *Matth. VI. 11* („supersubstantialem“). [2]) *Cf. Act. apost. II. 46.* [3]) *Eccle. IX. 1.*

Item moneat te tua cottidiana indigencia. Cottidie enim peccas et sic in virtute et gracia infirmaris, ideoque indiges iuvamento ad amissum restaurandum, medicina ad sanandum et gracia ad dirigendum, que omnia sunt in sacramento.

Item ut semper armatus incedas[a]) contra inimicum continue[b]) circumvenientem[c]) et convenientem[d]), ut te devoret, et laqueos tendentem.

Item si hodie non sumpseris corpus Christi, forte cras et[e]) postcras minus aptus eris, sicut docet experiencia, et sic non[f]) ex causa racionabili obmiseris bonum, quod hodie[g]) neglexisti, quando recuperabis, forte numquam.

Item Actuum X° [1]) et[h]) Johannes VI° [2]): „Nisi manducaveritis", etc.

Item sicut cottidie debemus esse memores Christi, sic cottidie[i]) communicare, quia ayt apostolus [3]): „Hoc quociens[k]) feceritis", etc. Et Bernhardus: „Corpus Christis manducare est Christi[l]) passionibus communicare."

Item legitur in vitis patrum[m]), quod multi layci solitarii non consueverunt sumere cibum, nisi prius communicarent, nec alicubi alibi[n]) invenitur nunc prohibitum[o]), quod layci non communicent[p]) singulis diebus dominicis.

Item Hugo, Bernhardus, Richardus: „Nichil in hoc mundo tantum placat deum, quantum zelus animarum. Ergo[q]) quilibet hoc suadere debet, quod est pro salute animarum, ut deum habeant[r]) placatum", etc.[s]).

---

1) Ut robur ad bonum de . . . ditis recuperetur *A rubr.; mutil.*
4) Ut semper armatus incedas contra dyabolum *A rubr.*
8) Quia si non sumis, minus aptus efficieris *A rubr.*
10) Quia bonum obmitt[as] *A rubr.*
16) Quia per hoc communicamus passionibus Christi et efficimur *A rubr.*
18) Quia layci quidam fec[erunt] *A rubr.*
20) Quia allicubi [non] prohibetur *A rubr.*

a) incedes *EG.* b) quottidie *GH; om. F.* c) *corr. A sup. lin.* d) querentem *FG.* e) vel *G.* f) *om. F.* g) hoc *corr.* hodie *A sup. lin.*; hoc *BE.* h) Act. IIII° *BFGI;* et *FGI, cet. cod. om.* i) *om. H.* k) quocies *E;* quociescumque etc. Bernardus *G.* l) eius *G.* m) vitaspatrum *FG;* vita patrum *I.* n) alicubi *om. BE,* alibi *om. F.* o) est *add. H.* p) communicant *I.* q) Ideo *G.* r) habeant *corr.* habeat *A;* habeat *BEF.* s) *om. EFGI.*

1) *Cf. Act. apost. X. 41.* 2) *Joann. VI. 54.* 3) *I. Cor. XI. 25.*

Capitulum quartum[a]).

Sequntur dicta pro cottidiana vel[b]) *alias frequenti sanctorum*[c]) *laycorum communione cum sacramento dominico venerabilis viri Magistri Francisci, canonici in ecclesia*[d]) *Sancte Crucis et rectoris*[e]) *parochialis ecclesie in Wratislavia*[f]), *etc.*[g]) [1]).

„Ad probandum laycum non tantum diebus dominicis, sed eciam aliis diebus privatis speciali gracia dei tactum [f. 81[b]] posse sumere eucaristie sacramentum, Augustinus et Ambrosius evidenter ostendunt. Dicit enim Augustinus De con. dist. II. in canone[h]): „Cottidie eucaristiam accipere[i]) nec laudo nec vitupero, omnibus tamen diebus dominicis communicandum hortor, si tamen mens in affectu peccandi non sit", et cetera[k]) circa finem istius[l]) auctoritatis." — Et cum hoc[m]) alia dicta Augustini et Ambrosii, que hic doctor pro se adduxit, invenies[n]) infra in determinacionibus ipsorum in[o]) locis suis.

Et infra idem[p]): „Non obstant[q]) predictis canonibus Decretale „Omnis utriusque"[r]) et Clementina „Ne in agro"[s]), quia Decretale „Omnis utriusque" astringit[t]) quemlibet christianum recipere sacramentum corporis Christi saltem semel in anno, et dicta Clementis[u]) monachum nigrum ad confessionem et sacramenti percepcionem saltem semel in mense; per hoc tamen non prohibentur[v]) Christi fideles vel nigri monachi eciam cottidie vel pluries in septimana[w]), quando habent graciam huiusmodi sacramentum percipere. Que quidem percepcio in dictis canonibus expresse conceditur."

Nota hec, que iste[x]) doctor in iure canonico affirmat[y]) de crebra vel cottidiana plebeiorum communicacione[z]), et quis au-

---

10) Non obstant, quod semel in anno, etc. *A rubr.*

a) *ita A rubr.; om. cet. cod.* b) vel — sanctorum *add. A in m., om. BEF.* c) *add. A in m., om. HI.* d) *om. FGI.* e) et rectoris *om. B.* f) Wratisslawia *F.* g) *ita ABFH rubr., et EI.* h) *om. G.* i) recipere *G.* k) *om. BEFGI.* l) illius *GI;* huius *H.* m) *A in m.* n) invenias *I.* o) et *F.* p) ibidem *BG.* q) obstat *G.* r) sexus *add. G.* s) dominico *add. G.* t) abstringit *E.* u) Clementina *FI.* v) prohibetur *E;* proibentur *F.* w) *add. A in m., om. EFGI.* x) *A sup. lin.,* dicit *FGI.* y) *A in m., om. EFGI.* z) communione *G.*

1) *De dictis Mag. Francisci de Vratislavia pro frequenti communione laicorum aliud, ac quod Mag. Matthias indicavit, dicere nescimus.*

debit iam peritorum hiis, que iuris periti evidenter posuerunt, obviare[a])? Nam subdit[b]) idem doctor: „Unde bene[c]) mirandum est de hiis, qui prohibent contra dictos canones devotas[d]) personas percipere sacramentum corporis Christi sepius et pluries in[e]) ebdomade[f]). Et quociens dicunt se habere graciam et devocionem ad huiusmodi sacramentum, tum[g]) in hoc casu quilibet relinquitur consciencie sue, nisi discretus confessor ex confessione sibi confitentis iudicaret[h]) personam confitentem indignam ad percipiendum ipsum sacramentum; tunc in confessione posset prohibere confitentem, ne perciperet; vel[i]) si tam assidue perciperet, quod forte videret et intelligeret[k]) confitentem habere conscienciam erroneam, quam non informaret secundum sacras scripturas“[l]).

Capitulum quintum[m]).

Sequitur[n]) *determinacio Magistri Nicolai*[o]) *Wendlar*[p]), *decani ecclesie Sancte Crucis in Wratislavia*[q]), *viri illustris et devoti. Unde*[r]) *subdit, etc.*[s])[1]).

„Mirum videtur, quomodo nos peccatores audemus reprehendere, cui[t]) sancti patres non[u]) fuerunt ausi[v]) contradicere. Dicit enim Augustinus: „Omni die corpus Christi sumere nec laudo nec vituperо.“ Si ipse, qui fuit plenus spiritu sancto, non fuit ausus vituperare, quomodo nos audemus temere reprehendere et iudicare?“

---

2) Unde mirandum *A rubr.*

10) Sufficeret sacerdos arbiter et iudex, (et iudex) et ipse debet videre suam dispensacionem *A rubr.*

a) *add. A in m. et B; om. E;* obmittere *F,* contradicere *GI.* b) enim *add. I.* c) *om. E.* d) *om. H et* recipere. e) *in m. A, om. EGI.* f) ebdomada *BH, om. I.* g) *om. GH.* h) iudicat *G;* i. p. sibi confitentem *H.* i) vel — perciperet *om. BI.* k) et per *add. F.* l) sacram scripturam *H;* et cetera *add. EF.* m) *ita ABF rubr., om. cet. cod.* n) *om. BH.* o) *om. GI.* p) Wendlari *B.* Wendelar *G;* Wandelar *I.* q) Wratislawia *E,* Wratisslawia *F.* r) Unde — etc. *om. E,* etc. *om. BFG.* Unde scribit, etc. *I.* s) *ita ABF rubr. et EGH.* t) quod *EFGI.* u) *sup. lin. A.* v) fuerint *E;* ausi *om. B.*

1) *Neque de auctore huius determinationis aliquid amplius dicere valemus.*

„Legitur de sancto Apolonio[a]) in vitis patrum[b]), quod ipse monuit heremitas, quod, quantum possibile esset, ipsi cottidie communicarent misteriis corporis et sanguinis Jhesu[c]) Christi, ne forte, qui se longe facit ab hiis, longe fiat a deo, qui autem frequencius hec suscipit, frequencius ipsum suscipere videatur[d]) Salvatorem, quia dicit ipse[e])[1]): „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo.“ Prodest[f]) enim reparacio[g]) dominice passionis ad exemplum[h]) paciencie et peccatorum remissionem, et ut quis ad transitum[i]) semper paratus inveniatur.“ Hec ille[k]).

Ecce hic[l]) habes fortissimas persuasiones pro eis, qui ex plebeis curant cottidie corpus et sanguinem Christi manducare. Nam hec verba non faciunt mencionem de sacerdotibus, sed nude notant laycos.

Unde[m]) subdit idem doctor juris: „Item[n]) legitur de sancto Hor[o]), layco[p]) heremita, et de multis aliis quasi per totum librum, quod consuetudo erat eis non prius corporalem cibum sumere, quam spiritualem Christi communionem acciperent.“

„Item in Collacionibus patrum, ca° XX° collacionis sancti Ysaac super verbo isto „Panem nostrum cottidianum“ dicit[ur]: Cum dicat[q]) ‚cottidianum‘, ostendit, quod sine ipso nullo modo spiritualem vitam capere valemus[r]), et cum dicat[s]) ‚hodie‘, ostendit eum[t]) cottidie esse sumendum et[u]) hesternam eius prebicionem non sufficere[v]), nisi nobis hodie quoque similiter fuerit tributus, omnique tempore[w]) nos debere sumere indigencia

---

1) De sancto Apolonio, qui monuit dicens, ne forte a deo sic obmittendo elongetur *A rubr.* Appolinius *G alia manu.*

8) Ut posset esse paciens consciencie — Pasci in conspectu meo [per] mensuram *A rubr.*

9) Paratus sum ad mortem et periculum mortis *A rubr.*

16) De Hor et multis aliis *A rubr.* Orlaycus *(sic) G alia manu.*

19) Collacio sancti Ysaac. Nota totum *A rubr.*

[a]) Ambrosio *B;* Appolonio *GH;* Apollonio *I.* [b]) vitaspatrum *GI.* [c]) *om. H.* [d]) videtur *GI.* [e]) Salvator *add. GI,* Salvatorem *omitt. G et I;* dicit etc. *G cet. om.* [f]) Est *GI.* [g]) *corr. sup. lin. in cod. A;* recepcio *F.* [h]) *om. GI et inferius:* remissio. [i]) transeat *B.* [k]) inquit *add. G.* [l]) *om. GI.* [m]) Inde *I.* [n]) doctor — Item *om. G.* [o]) Hor *ABH;* Or *EF;* Orlayco *(sic) GI.* [p]) layco et *H.* [q]) dicit *G et infra:* valeamus. [r]) valeamus *GI.* [s]) dicit *AFGI.* [t]) deum *I.* [u]) eciam *GI.* [v]) sumere *corr.* sufficere *A.* [w]) *A sup. lin.*

[1]) *Joann. VI. 57.*

eius cottidiana[a]) commoneat, quia non est dies, quo non sit opus huius esce percepcione[b]) cor nostri[c]) interioris hominis confirmare."

Capitulum sextum.[d])

Determinacio[e]) *Magistri Mathei de Cracovia*[f]), *doctoris in theologia sancte universitatis Pragensis*[g])[1]).

„*Racio:* Aliud est habere desiderium, aliud desiderii percepcionem. Equidem nemo debet sine desiderio accedere[h]). Cum autem christianum sic vivere deceat, ut semper mereatur[i]) accipere, numquam debet esse sine desiderio tunc[k]) et tociens sumendi[l]), quando et[m]) quociens convenienter poterit et crediderit expedire." Et infra: „Quia magis indignus fit, si iuxta ammoventis[n]) et promoventis gracie donum preparare se negligit. Quando autem adest testimonium consciencie et securitas, que hic potest haberi, tunc cercior fit homo de talibus signis devocionis et verius consolatur ac per ea ad argumentum gracie promovetur."

Item infra[o]): „*Consciencia:* Si bene [f. 82[a]] cupio[p]) abstinere a communione, nichil prodest, quantum est de se. Si[q]) enim quandoque[r]) videtur prodesse[s]), hoc est valde per accidens et per occasionem inpertinentem. Vellem eciam scire, si

---

9) Christianus semper in desiderio *A rubr.*

12) (Qui) negligit amoventem graciam, fit indignus *A rubr.*

19) Consciencia: quantum de se, nichil prodest *A rubr.*

21) Abstinencia nocet. Exemplum *A rubr.*

[a]) nos *add. GI.* [b]) *A post corr.* [c]) cor nostrum *F;* cordis n. *G.* [d]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [e]) Sequitur determinacio *GI.* [f]) Krakowia *E.* Cracowia *F.* [g]) *ita ABF (rubr.) et GHI* (sancte *om.*). [h]) accipere *H.* [i]) meremur *F;* mereat *H.* [k]) tuo *G.* [l]) sumendum *corr.* sumendi *A,* sumendum *H.* [m]) quando et *om. G.* [n]) imminentis *G;* siquis *I.* [o]) contra conscienciam *(sic) G.* [p]) capio *(sic) BH.* [q]) Sed *F.* [r]) quandocumque *F.* [s]) prodest *I.*

[1]) *De Mag. Matthaeo de Cracovia v. Wetzer-Welte, KL², t. VIII, p. 1039, ubi et alia scripta ad ipsum spectantia annotata sunt. Cuius tractatus seu Dialogus vel etiam Duellum, Certamen* oc. *rationis et conscientiae de frequenti communione crebris in codicibus occurrit (ex. g. in bibl. Univ. Prag. 14 codices ipsum continent) et postea etiam typis excusus est. Brevis analysis eius argumenti in libro bohemico editoris de Mag. Matthia de Janov, p. 308—309 reperitur. Cf. etiam Höfler, Conc. Prag., p. LV.*

aliquo modo noceat. — *Racio:* Numquid non ex abstinencia longa a cibis homo perdit appetitum edendi, ita ut non[a]) oporteat aliquando contra appetitum revocare? — *Consciencia:* Ita[b]) scio esse in corporalibus[c]). — *Racio:* Plus est[d]) in spiritualibus quam in illis. Nam, ut ait[e]) Gregorius in omelia: ‚Carnales[f]) delicie, cum non habentur, grave in se desiderium accendunt. Cum vero habentur[g]), protinus in fastidium per sacietatem vertuntur. Ac contra[h]) spirituales, cum non habentur, fastidio sunt, cum vero habentur, desiderio'[i]). Et hoc est, quod per sapientem dicitur[l]): ‚Qui me edunt, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sicient.' Igitur sicut hoc sacramentum ordinate sumenti, nisi obicem ponat, auget desiderium spiritualium, sic diu vel multum abstinendo sapor interius perditur."

Et paulo post[k]): „Qui quidem sapor, postquam perditus fuerit, propriissime per hoc sacramentum reformatur, quia enim sacramenta nove legis efficiunt, quod figurant. Quid[l]) est enim, quod sic convenienter gustum reformare et cordis pallato possit sapere, sicut corpus et sanguis Christi, que sola sub forma visibili gustari[m]) preponuntur? — *Consciencia:* Juxta hec, que predicta[n]) sunt, elicio, quod sine proporcione melius est communicare quam abstinere. — *Racio:* Multipliciter melius est: 1) tum[o]) ex genere facti, quia melius est bonum per se, quam per accidens[p]); nunc autem communicare, quantum est de se, non potest nocere, sed semper prodest, si suscipiens capax fuerit; abstinere vero nichil[q]) boni habet, utpote quedam privacio, nisi homo ex virtute eligat abstinere, et tunc magis ellecio abstinencie, quam ipsa abstinencia est laudanda." Et paulo post[k]): „Quia abstinens, licet quandoque possit[r]) se ad bona convincere[s]), per hoc tamen, quod abstinet, ad nichil boni di-

---

4) Differencia inter desiderium spiritualium et corporalium *A rubr.*

22) Sine proporcione melius est communicare ex genere facti *A rubr.*

[a]) *ita A, om. cet. cod.* [b]) Itaque *G.* [c]) incorporibus incorporalibus *F;* incomparabilibus *G.* [d]) quam *G.* [e]) *om. G;* in illis, ut ait Augustinus *H.* [f]) Corporales *FGH.* [g]) habeantur *H.* [h]) e contra *G.* [i]) sumuntur *add. I.* [k]) Et paulo post *om. GI.* [l]) Quod *FG.* [m]) gustare *G.* [n]) dicta *FGI.* [o]) tum *rasura A;* tamen *false EFG.* [p]) actus *E.* [q]) nil *G.* [r]) posset *G.* [s]) convertere *EFGI.*

[l]) *Eccli. XXIV. 29.*

sponitur[a]), sed ut communiter magis indispositus redditur, iuxta illud poeticum:

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

2) Tum[b]) eciam melius est communicare, quam abstinere, ex parte effectus, quia duplex bonum preeminet simplici, maxime, ubi unum includitur in duobus. Nunc vero ita est, quod accedens[c]) non indigne recipit effectum sacramenti et habet utilitatem ex opere operante, videlicet ex desiderio, studio[d]), labore, devocione et reverencia, quam exhibere conatur. Abstinens autem non habet meritum, nisi de quanto ex reverencia, etc. 3) Item melius est accedere ex parte habitus inclinantis et cause[e]) moventis. Quis enim dubitat, quin amor dei et fiducia de pietate eius, desiderium percipiende gracie et dulcedinis[f]), habendi memoriam passionis dominice, etc.[g]), que ad communicandum inclinant et movent, meliora multo sint[h]) illis, que solent a communione retrahere, ut est timor consciencie, indignitas vite, ignorancia beneplaciti dei, pusillanimitas et alia huiusmodi?"

Et infra: „*Consciencia:* Video[i]) me per raciones ad hoc[k]) deductam, quod[l]), bona oportunitate habita, abstinere non debeo, nisi ex racionabili speciali motivo. — *Racio:* Gracias deo, quod ad hoc devenimus. Nunc ergo dic[m]), quid te retrahit? — *Consciencia:* Indigna[n]) me esse iudico et horreo rea fieri corporis et sanguinis[o]) domini nostri Jhesu Christi." Et infra: „*Racio:* Dignam[p]) in hac vita te[q]) iudicare non debes." Et paulo post: „Indignam[r]) quoque te esse timere quidem debes et potes, sed nullatenus diffinitive iudicare, nisi hoc scias." Et infra: „*Consciencia:* Cum igitur nec dignum nec indignum iudicare se quis debeat, dic queso, nonne in tali dubio melius est dimittere?

---

5) Propter effectus, quia duplex bonum super simplex *A rubr.*

11) Ex parte habitus inclinantis vel cause moventis *A rubr.*

25) Debet timere homo, ne sit indignus, sed diffinire (?), nisi sciat hoc propter actuale peccatum *A rubr.*

[a]) disponi possit . . . ut magis *E.* [b]) *rasura sequitur in cod. A;* tum eciam *om. F.* [c]) accidens *(sic) B.* [d]) et *add. G.* [e]) *A post corr.;* causa *EFGI.* [f]) eius *add. G;* eius et *add. I.* [g]) eciam *G;* passionis eius dominice, etc. *add. I.* [h]) fiunt *B,* sunt *FGI;* multo *add. G.* [i]) In deo *corr.* Video *A.* [k]) adhuc *I.* [l]) ut *G.* [m]) dicit *F;* . . . ab hoc retrahat *H.* [n]) Indignam *GI.* [o]) *add. A in m., om. BEF.* [p]) Digna *G.* [q]) om. *B.* [r]) Indignam *BEFGI.*

Abstinere enim videtur esse[a]) humilitatis, sed accedere presumpcionis. — *Racio:* Si bonum vel[b]) virtuosum est ex humilitate dimittere, multo virtuosius et melius est cum humilitate accedere.“ Et infra: „*Racio:* Quoniam si melius esset[c]) abstinere, male consolati essent[d]) omnes devoti, qui frequenter communicant, ymmo omnes communicantes magis periculosam partem eligerent.“ Et infra: „Nonne[e]) igitur magis periculosum est eum[f]) abstinere quam accedere, qui plura signa habet?“[g]).

Et paulo post: „*Racio:* Eciam[h]) si certa peccata haberes[i]), nonne magis dignum esset, ut dimitteres peccata propter sacramentum, quam propter peccata communionem dimitteres? — *Consciencia:* Nam et peccata essent dimittenda, eciam[k]) si sacramentum non esset institutum. — *Racio:* Quanto magis ergo dimittenda sunt pro asecucione[l]) tanti boni. Si vero[m]) habes scrupulum vel dubium[n]) iterum habes[o]), quid facias, ut videlicet te[p]) doleas, de[q]) quanto hoc est ex culpa tua, confitearis saltem ad cautelam, etc.[r]). Si autem credis aut[s]) times te esse indispositam[t]), iterum habes[u]), quid facias, ut videlicet te quantocius disponere studiose coneris. Si times de negligencia committenda[v]), adhibe diligenciam et comitte te[w]) gracie dei. Unde cum in omnibus, que te possunt retrahere[x]), habeas, quid agendum sit, et si quidem illa feceris[y]), pro posse tuo sufficit, nec est aliquod periculum salutis. Etenim[z]) qui crederet[aa]) [f. 82b] se contritum de peccatis, quia tamen faceret, quod in se est, nec[bb]) indigne sumeret nec de novo peccaret mortaliter acce-

---

2) Si bonum ex humilitate dimittere, multum melius cum humilitate [accedere] *A rubr.*

10) Si peccata sunt, certo melius dimittere peccata, etc. *A rubr.*

14) Si habes scrupulum *A rubr.*

17) Si credis te indispositum *A rubr.*

19) Si times negligenciam *A rubr.*

a) *post corr. A.* b) et *G.* c) est *H.* d) erunt *H.* e) ne *add. A sup. lin.* Non *B. Racio:* Nonne oc. *I.* f) *om. GI.* g) *G add.:* „Consciencia: Retrahit me remorsus consciencie peccatorum, negligenter vivens, timeo de novo peccare accedendo. *I om.:* Qui — habet. h) *om. G.* i) habes *B,* fratres *(sic) F.* k) et *GI.* l) a persecucione *H.* m) non *G.* n) habes *add. A, sed postea del.; legitur vero in E et F.* o) habeas *I.* p) *om. I.* q) ex *corr.* de *A;* ex *BH.* r) *om. EGHI.* s) vel *I;* et *H.* t) indispositum ... habe *GH.* u) habeas *I.* v) committendi *G.* w) *om. EG.* x) trahere *corr.* retrahere *A sup. lin.;* trahere *BEFH.* y) fateris *(sic) E.* z) Unde etenim *GI.* aa) crediderit *G.* bb) non *G.*

dendo. Igitur manifestum est, quod quandocumque[a]) huic officio vel huic operi comode et oportune[b]) vacare potes[c]) nec aliquod canonicum[d]) obstet, nullam poteris causam dimittendi habere vel fingere[e]) nisi maliciam[f]), negligenciam aut pigriciam tuam, que[g]) sunt cause irracionabiles et dampnose, etc.[h]) — *Conscienciа:* Quia dicis[i]), quod si[k]) sum indisposita, debeo me disponere, queso, ut[l]) eciam, quomodo illud agere debeam, exponas[m]), et per[n]) quid mens se dispositam possit agnoscere. — *Racio:* Non est omnium unus disponendi modus, sed alius incipiencium, alius perficiencium[o]), alius perfectorum. Incipiens[p]) est de novo conversus ad deum: probet seipsum, utrum peccasse se doleat, et confessus, si[q]) peccata saltem, quantum in ipso est, paratus confiteri, penitenciam[r]) subire et satisfacere, et utrum habeat bonam voluntatem vitandi peccata et serviendi deo, an faciat ad hoc diligenciam suam pro oportunitate loci et temporis et virium", etc.

Capitulum septimum[s]).

Determinacio[t]) *venerabilis viri*[u]) *Magistri Adalberti Ranconis*[v]), *magistri in artibus et doctoris in theologia Paryssiensis*[w])[1]).

„Dilecto suo Martino, plebano ad Sanctum Martinum prope hospitale Civitatis Maioris Pragensis, Adalbertus Ranconis, magister in sacra theologia et in artibus Parisyensis[x]), licet[y]) in-

3) Nulla causa dimittendi nisi negligencia, pigricia, malicia *A rubr.*

a) quandoque *F;* quantumcumque *G.* b) optime *BE.* c) potest *I.* d) impedimentum c. *G.* e) *om. F.* f) vel pigriciam *sequitur in G;* aut (vel) negligenciam oc. *FHI;* pigriciam *om. I.* g) tunc *GI.* h) *om. GI.* i) dicitis *G.* k) quando *GI.* l) *om. F.* m) michi exponas *G.* n) *om. B.* o) proficiencium *BGHI;* alius *om. F.* p) Incipiencium *B;* id est *loco* est *G;* enim *I.* q) sit vel si *GI; om. H.* r) et p. *GI.* s) *ita AF rubr.;* Capitulum VI *(sic) B rubr.; om. EGI.* t) Sequitur determinacio *G.* u) *om. F.* v) Cantoris *(sic)* scolastici Pragensis *B;* scolastici Pragensis *F.* w) Parisiensis *BFGHI.* Parysyensis *E. Incriptio haec legitur in ABF rubr. et in GHI.* x) Parisiensis *BGHI;* Parysyensis *E;* et in artibus *om. H.* y) licet — Pragensis *om. G.*

1) *De Mag. Adalberto Ranconis et eius tractatu de communione laicorum v. nostrum librum bohemicum de Mag. Matthia de Janov, p. 306—307. Alia scripta ad hunc auctorem spectantia annotata sunt in Zibrt, Bibliografie české historie II, p. 1122; cf. praesertim dissertationem Ferd. Tadra in Annalibus Musei Regni Bohemiae, 1879, p. 537—572 (bohemice).*

dignus, scolasticus ecclesie Pragensis. Salutem in domino et[a]) sacrarum intelligenciam scripturarum.

Instanter et inportune petisti, ut tibi scribam aliquid, quo et frequenter communicancium devocio posset[b]) firmari et huic contraria opinio posset[b]) per scripturas catholicas confutari.“ Et post pauca: „Quesivisti igitur a me, utrum usus sacramenti debeat frequentari et sine peccato possit[c]) aliqua persona, puta vir vel mulier, frequenter accipere sacre eucaristie sacramentum.

Circa quam questionem primo est notandum, quod sacramentum eucaristie est sacramentum unionis et amoris, et ideo in suscipiente requirit fervorem in desiderio, ut semper desideret ampliorem et intimiorem coniunccionem[d]) ad Christum et cum Christo. Et est sacramentum dignacionis et honoris[e]), quia essencialiter continet[f]) sanctum sanctorum. Et ideo in suscipiente requirit reverenciam in suscipiendo. Si ergo homo[g]) experimentaliter[h]) in se[i]) cognoscit, quod ex frequenti sumpcione huius sacramenti fervor caritatis augetur in ipso et reverencia erga sacramentum, frequenter debet communicare, non tamen in die pluries quam semel — argumentum ad[k]) hoc De conse. dist. II. „Sufficit“, — nisi[l]) in racione officii, ut[m]) in casu aliquo licet sacerdoti pluries celebrare, quia tunc pluries tenetur[n]) communicare[o]), quia[p]) quocienscumque conficit, tenetur communicare. De conse. dist. II. „Relatum.“ Et racio est, quia gerit sacerdos typum actoris et mediatoris, quia[q]) pro aliis sicut pro se debet sumere. Ad Hebr. V°[1]): „Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in hiis, que sunt ad deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.“ Quod[r]) Christus utrumque fecit, accepit et dedit discipulis, M[t]. XXVI° et Mar. XIIII° et[s]) I[a] ad Chor. 11[2]). — Item racione necessitatis, quando plurime hostie consecrate remanent post populi

14) Dignacionis et honoris *A rubr.*

[a]) *om. G;* in domino *om. I.* [b]) possit *G.* [c]) posset *GI.* [d]) communionem *GH.* [e]) amoris *GI.* [f]) *corr. A.* [g]) in se *add. GI.* [h]) experiencialiter *BE.* [i]) in se *om. G.* [k]) de *H.* [l]) illud *false G.* [m]) nec *E,* vel *FG;* et *H.* [n]) qui — tenetur *I.* [o]) concertare *B.* [p]) quia — communicare *A in m.; om. I.* [q]) qui *GI.* [r]) quia *F.* [s]) et I.[a] ad Chor. II° *om. GI.*

[1]) *Hebr. V. 1.* [2]) *Cf. Matth. XXVI. 26, Marc. XIV. 22—23 et I. Cor. XI. 23.*

communionem, si ieiunus est sacerdos, potest pluries communicare, id est post primam communionem iterum communicare. Quando autem reverencia ad sacramentum[a]) minuitur et fervor non multum augetur, interdum debet a communione abstinere, ut cum maiori reverencia et desiderio devocionis post modum accedat[b]). Hoc enim sanctissimum sacramentum maxime abhominatur fastidium, et sic dicitur De conse. dist. c.[c]) „Cottidie". Et sunt[d]) verba beati[e]) Augustini in libro de eccles. dogmatibus c. 23: „Eucaristie communionem percipere cottidie nec laudo nec vitupero, omnibus tamen diebus dominicis"[f]), etc.

Sed dato, quod aliquis vir vel mulier velit[g]) omni die dominico communicare, numquid tenetur ei presbyter[h]) suus sacramentum eucaristie ministrare? — Hic respondeo, salvo iudicio meliori, quod si sacerdos proprius, puta curatus, habet aliquem talem[i]) vel aliquam talem, que wlt omni die dominico communicare, credo, quod debet sacerdos se informare per se vel per alios, quantum sibi est possibile, de vita sic frequenter communicare volentis. Et ita[k]) poterit sibi secreto[l]) dicere, quod accedat aut[m]) non accedat, si viderit aliquid, propter quod non esset[n]) ad communionem admittendus vel admittenda, quia ad hoc generalis regula non est data, sed relinquitur prudencie et circumspeccioni[o]) sacerdotis, nec hoc[p]) eciam potest bene[q]) discuti per confessionis actum, quia et mali quandoque confitentur et se fingunt contritos, nam iuxta dictum apostoli I. Chor. 2.[1]): „Quis enim scit hominum, que sunt hominum, nisi spiritus hominis, qui est in ipso?" Credo tamen, si constet[r]) sacerdoti verisimiliter per quedam iudicia de bona vita aut per longum convictum in moribus approbatum, non[s]) potest racionabiliter denegare[t]) sacerdos persone devote communionem in octo diebus."

---

4) Interdum abstinere *A rubr.*

6) Maxime abhominatur fastidium *A rubr.*

16) Debet se informare de persona *A rubr.*

28) (Presbyt)er non potest racionabiliter negare *A rubr.*

[a]) *om. H.* [b]) accedit *B.* [c]) cap.° *I.* [d]) et est *F.* [e]) sancti A. libro *I.* [f]) hortor *add. GI,* etc. *om. EGI.* [g]) wlt *I.* [h]) plebanus *GI,* suus *om.* [i]) talem . . talem *om. H.* [k]) *A post ras., om. G.* Et infra *EFI.* [l]) secrete *GHI.* [m]) vel *I.* [n]) est *F.* [o]) circumspectu *B.* [p]) *om. B;* ut hoc *G.* [q]) *om. G;* plene *I.* [r]) constat *GI;* sacerdoti *om. H.* [s]) *A post corr.,* nec *F.* [t]) bene denegari *I.*

[1]) *I. Cor. II. 11.*

Et post pauca: „Si quis tamen moleste ferret[a]), quod non possit[b]) omni die dominico aut eciam omni die communicare, ut dicit beatus Augustinus [f. 83a] in libro ad Januarium[c]) in secundo folio: ‚Nemo est, nisi propter gravia peccata, a communione repellendus': unde sicut[d]) Augustinus inquit: ‚Nam[e]) arbitrio suo quilibet[f]) auferat se communioni vel reddat. Ceterum si peccata talia non sunt, ut excommunicatus quisque iudicetur, non se debere[g]) a cottidiana medicina dominici corporis separare. Contemptum solum[h]) non wlt iste cibus, sicut[i]) manna fastidium, et ideo apostolus I. Chor. 11.[1]): ‚Probet autem seipsum, et sic de pane illo edat', etc.

Sed forte dices: Cum communicantem tanta pericula commitantur et tanto discrimini mortalis peccati se exponant[k]), forsitan tucius esset se semper abstinere a communione quam accedere. Ad hoc respondeo, salvo semper iudicio sentencie[l]) melioris, quod laudabilius sit ad hoc sacramentum accedere, quam se abstinere. Cuius racio est ista[m]), quia in talibus, que ex suo genere sunt bona, peccatum non accidit, nisi ex aliquo accidenti. Et oppositum eius non est bonum nisi racione accidentis. Accipere autem eucaristiam est bonum per se et non est malum nec peccatum nisi ex accidenti, in quantum videlicet cum diminucione fervoris et reverencie sumitur. Abstinere autem malum est de se et non bonum, nisi per accidens, in quantum videlicet per abstinenciam fervor et reverencia ad sacramentum vigorantur[n]). Unde[o]) nil probat[p]) melius abstinere quam sumere: simpliciter tamen loquendo illud[q]), quod est per se, preiudicat ei, quod est per accidens. Unde sumpcio eucaristie videtur simpliciter loquendo prevalere, tum[r]) racione effectus,

---

4) Nisi forte propter peccatum mortale debet se quis ammoveri *A rubr.*

9) Non wlt contemptum tantummodo *A rubr.*

12) Quando melius est accedere *A rubr.*

[a]) fieret *ABEH.* [b]) posset *FGI.* [c]) Damyanum *F.* [d]) sicut *F;* sic *cet. cod.* [e]) Non *EF,* quod *G.* Vero *I.* [f]) *A post corr.;* cum libet *E,* cum talibus *F;* vel *add. A, sed postea del.; legitur vero in EFGI.* [g]) *om. I;* a *om. G.* [h]) *om. H.* [i]) sed *E.* [k]) discrimine . . . oc. exponat *GI.* [l]) saniori *F.* [m]) *om. GH.* Huius racio oc. *I.* [n]) vigoratur *G.* [o]) Unde in Canticis *EFGI.* [p]) Unde probat esse *F.* Unde non potest esse *GI;* melius *om. H.* [q]) id *G;* illud, quod per se *I.* [r]) tam . . . quam *G.*

[1]) *I. Cor. XI. 28.*

tum racione caritatis elicientis. Prevalet enim[a]) caritas humilitati et humilitatis[b]) est abstinere, caritatis autem frequentare. Caritas deo nos unit, humilitas autem ad illam unionem nos disponit. Item amor prevalet timori, timoris est abstinere, amoris[c]) frequentare. Item si in die abstinencie indevocior[d]) fuerit quis minus orando, minus a levitatibus abstinendo, quam in die[e]) communionis, non video, quomodo laudabilius sit abstinere, cum per negligenciam nullus ad graciam dei suscipiendam se preparet[f]) vel disponat; propter quod quidam doctores dicunt, quod sacramentum eucaristie, etsi non auget graciam, quantumcumque[g]) ad gracie essenciam, auget tamen, quantum ad eius fervorem. Aliis autem aliud videtur, et illi opinioni concordat nominis proprietas, quia dicitur eucaristia anthonomastice a gracia, nec magis eucaristia sic debet[h]) nominari, quam quodcumque aliud sacramentum, nisi graciam eciam secundum essenciam et non[i]) tantum secundum[k]) fervorem augeret.

Hoc eciam testatur continencia[l]) dignitatis. Quomodo enim posset esse, ut nobis non conferat graciam, qui tam ineffabilem in eucaristia exhibet sue magestatis[m]) presenciam, maxime cum facies eius plena sit graciarum? „Si enim proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo omnia nobis cum illo non[n]) donavit?“ Ad Roma. VIII.[1]).

Auget igitur graciam probabiliter loquendo, quantum ad essenciam et quantum ad firmiorem[o]) inherenciam et quantum ad dileccionis[p]) fervorem, quia est sicut carbo ignitus secundum Magistrum 2° Sentenciarum. Auget eciam quantum ad mentis vigorem et virtutem, scilicet[q]) in agendo[r]), in sufferendo, in resistendo. In agendo contra accidiam, quia allicit[s]) per dulce-

---

5) Si in die abstinencie negligencior quis fuerit et incredencior *A rubr.* 11) Ad essenciam *A rubr.* 13) Qualiter dicitur eukaristia *G rubr.* 23) Eukaristie effectus multi (?) *G rubr.* 23) Auget graciam, quantum [ad] firmiorem inherenciam, fervorem, vigorem mentis, virtutem sustinencie. Propter suavitatem spiritus contra accidiam *A rubr.*

[a]) autem *H.* [b]) *A post corr.* [c]) caritatis autem *H.* [d]) *A post corr.*; indevocione *G.* [e]) *A post corr.*; inde *B.* [f]) preparat *BG.* [g]) quantum *GI.* [h]) deberet *G.* [i]) et non *FGHI*; non *om. AE.* [k]) *om. E.* [l]) ex continenti *EF*; ex continenti dignitate *GI.* [m]) maiestatis *BEFGI.* [n]) non omnia cum illo nobis *G.* [o]) *A post corr.*; infirmioris *F.* [p]) dileccionem *B.* [q]) *om. F.* [r]) augendo *I*, inresistendo *om.* [s]) abicit *E.*

[1]) *Rom. VIII. 32.*

dinem. Sap. XV[1]): „Panem de celo prestitisti eis, habentem in se omne delectamentum." Ex huius panis fructu filii Israel laboraverunt XL annis in deserto, ut patet Exo. XXI.[2]) Item in sufferendo contra molestiam et inpacienciam, Ps. CIII.°[3]): „Panis cor hominis confirmat"[a]). Unde idem[b]) vidua fecit prophete subcinericium panem, quo[c]) liberatur[d]) ab opprobriis[e]) mortis et famis, III. Reg. XVI.[4]). Item resistendo contra petulanciam carnis, Matth. XXVI[f])[5]): „Accepit Jhesus panem et gracias egit", et cetera. Ubi Glossa: „Felix ebrietas, salutaris sacietas, que quanto amplius sumitur, tanto ampliorem sobrietatem mentibus operari dignatur[g]).

Est eciam alius effectus huius sacramenti, scilicet virtutum augmentacio. Unde Innocencius in libro de sacramentis, parte III[a], ca° ultimo dicit, quod huius[h]) sacramenti efficacia omnes virtutes augentur et gracie exuberantur[i]). Quia enim caritas forma est aliarum virtutum, ideo[k]) per augmentum caritatis alie virtutes augentur, vel quantum ad essenciam[l]), vel quantum ad perfectum modum essendi in subiecto[m]), vel quantum ad perfeccionem actus, vel quantum ad omnia simul.

Sunt eciam alii effectus insignes huius sacratissimi sacramenti et vocantur a doctoribus duodecim fructus ligni vite dum quis sacramentum[n]) hoc percipit digne et in gracia, prout debet, et cooperantur[o]) illis fructibus duodecim, de quibus habetur Apok. ultimo[6]), et vocantur[p]) illi duodecim fructus istis[q]) versibus:

Inflammat, memorat, sustentat, roborat[r]), auget,
Hostia spiritus purgat, reficit, vitam dat et unit[s])
Confirmatque fidem, munit, fomitemque remittit.

---

2) De manna in deserto et pane subcinericio ab angelo. 5) De pane a vidua prophete *A rubr.* 7) Contra petulanciam *A rubr.* 15) Omnes virtutes augentur *A rubr.* 21) Fructus duodecim *A rubr.* Duodecim fructus ligni vite *G rubr.*

[a]) confirmet *GI et biblia.* [b]) ibidem *G; om. I.* [c]) *add. A in marg., om. BEFH.* [d]) liberabatur *G;* liberator *I.* [e]) propriis *(sic) E.* [f]) Cor XI. *G.* [g]) operari *om. EF;* dare designatur *G;* dare dignatur *I.* [h]) huiusmodi *G.* [i]) exuberant *ABEFI.* [k]) nam *F.* [l]) de essencia *I.* [m]) *A post corr.;* seculo *EFGI.* [n]) sacrum *corr.* sacramentum *A in m.;* sacrum *E.* [o]) cooperatur *F;* conparantur *GI.* [p]) bene vocatur *GI.* [q]) in illis *I.* [r]) corroborat *G.* [s]) vivit *corr.* unit *A;* vivit *EF.*

[1]) *Sap. XVI. 20.* [2]) *recte Exod. XVI. 35.* [3]) *Psalm. CIII. 16.* [4]) *III. Reg. XVII. 13.* [5]) *Matth. XXVI. 26.* [6]) *Apoc. XXII. 1—2.*

Qui versus sic sunt intelligendi: Inflammat ad caritatem, memorat, id est[a]) ad memoriam reducit passionem Christi. Sustentat circa casum provenientem ex propria fragilitate, roborat ad operacionem boni, auget spem salutis, purgat veniale peccatum et quandoque eciam mortale, reficit interna consolacione, vitam dat gracie, unit[b]) Christo confirmatque fidem, munit contradiccionis inpulsum fomitemque remittit, scilicet carnalis concupiscencie."

Capitulum octavum[c]).

Determinacio fratris David de Ordine Minorum, professoris sacre scripture, in libello suo De septem processibus religionis[d])[1]).

[f. 83[b]] „Si[e]) desiderat aliquis experiri, utrum sit melius sepius an tardius corporis Christi sumere sacramentum, videtur michi, quod non possit super hoc omnibus dari regula uniformis[f]). Varia[g]) sunt hominum merita, diversa operum studia et diversa[h]) desideria et multiplices sancti spiritus operaciones, eciam singuli et diversi status in religione[i]). Et ideo sicut[k]) in egrotantibus non una potest servari forma in dandis medicinis corporis[l]) sive propter diversitates[m]) conplexionum aut virium aut loci aut temporis aut diete aut aliarum consideracionum, pro quibus aut rarius aut sepius aut in maiori vel[n]) minori quantitate eciam eadem medicina datur: ita est de medicina spirituali, que est corpus Christi, intelligenda[o]). Mundialibus enim curis occupati rarius se possunt ad illud suscipiendum expedire, quam qui tantum spiritualibus sunt intenti. Et alii magis, alii minus sunt circumspecti in custodia[p]) vite sue et morum

---

15) Diversa merita, studia, desideria spiritus sancti operaciones *A rubr.*
17) Exempla de medicina *A rubr.*

[a]) *A sup. lin.; om. H.* [b]) vivit *F.* [c]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [d]) *ita ABF rubr. et EGHI.* [e]) *hac voce incipiunt D 1. 2. excerpta ex l. III. tract. 3. Regularum, sed dicta sequencia afferunt sine ulla indicatione auctorum, acsi ipsius Mag. Matthiae essent.* [f]) veriformis *G.* [g]) enim *add. D 1. 2.* [h]) *ita D 1. 2;* divina *cet. cod.;* differentia *editio.* [i]) sunt *add. H.* [k]) *om. FH.* [l]) *om. D 1. 2.* [m]) diversitatem *H et ed.* [n]) aut in *BGI.* [o]) intelligendum *D 1. 2. GI.* [p]) custodiam *A ante corr. et B;* et *add. G.*

[1]) *Fr. David de Augusta, O. M., De septem processibus religiosi, c. 43, Aug. Vind. 1596, p. 434—439.*

et consciencie sue puritate. Alii eciam ardenciori desiderio trahuntur ad illius salutaris cibi percepcionem. Alii vero[a]) quodam modo terrentur, cum debent[b]) accedere; nisi consciencia urgeret et consuetudo religionis indiceret[c]) vel timor maioris elongacionis a deo impelleret, valde raro accederent ad illud terrificum sacramentum[d]). Vix tamen aliquis[e]) ita religiosus esse[e]) videtur, ita sanctus, exceptis sacerdotibus, quin semel in ebdomada sufficiat[f]) ei ex[g]) consuetudine communicare, nisi specialis causa quandoque raro[h]) plus suadeat, ut in infirmitatibus et superveniens singulariter[i]) solempnis festivitas vel in usitate devocionis intemporata desiderii sitis pro illius suscepcione, qui solus sufficiat[k]) ardorem se amantis refrigerare; et quia talis ardoris impetus non nisi a spiritu sancto infunditur, ideo legibus humane consuetudinis et statutis mortalium non artatur, sicut aliquos quandoque vidimus[l]), licet paucos, quibus Christus vivere erat[m]), ita ut si frequencius pane vite non reficerentur sacramentaliter, videbantur[n]), quasi[o]) vita corporis iam velle deficere patentibus indiciis prodentibus hunc defectum, et qui[p]) iam ante debiles erant[q]), quod nec incessum directum habere poterant, post percepcionem illius sacramenti tantum[r]) confortabantur, quasi nullam antesenserint[s]) debilitatem, manifesta apparente illius sentencie veritate[t]): „Caro mea vere est cibus et sanguis mea vere est potus", quia[t]) nullus cibus[u]) materialis[v]) posset[w]) sic[x]) celeriter et efficaciter non solum corpus, sed et animam recreare. Salubre[y]) est tamen et utile, quod homo sepe

---

6) Vix ita religiosus *A rubr.* 10) Nota: (?) intemporata desiderii sitis non nisi a spiritu sancto infunditur. Non artatur consuetudine [et] statutis hominum *A rubr.* 17) Qui percipiunt robur spiritus, eciam in corpus redundare *A rubr.* 22) Experiencia illius verbi: „Caro mea vere est cibus" *A rubr.* 25) Salubre et utile sepe *A rubr.*

[a]) *om. I.* [b]) dicunt *F;* deberent *G.* [c]) induceret *ABEF D 1. 2.* interdiceret *H.* [d]) *post hanc vocem D 1. 2. cont.:* Salubre est oc. *v. infra lin. 25.* [e]) *om. G;* ita r. et ita sanctus *H.* [f]) *A corr.;* sufficit *GHI.* [g]) *om. F.* [h]) et raro *FG.* [i]) singularis *I;* supereminens s. *omnes cod. praeter H.* [k]) suscipit *B;* sufficit *EFGI.* [l]) videmus *I.* [m]) est *GI.* [n]) videantur *GI.* [o]) quia *E.* [p]) quia *F.* [q]) fuerant *G.* [r]) in tantum *GI.* [s]) se senserant *G;* ante nullam senserint *I.* [t]) quia cum *GI;* qui *H.* [u]) cibus est *A ante corr. et E.* [v]) naturalis *G.* [w]) est, qui possit *F;* possit *A ante corr. et BFGI.* [x]) hic *G.* [y]) *contin. D 1. 2.*

[t]) *Joann. VI. 56.*

ad illius sacramenti suscepcionem se prepararet[a]), et quanto devocius valeat illud percipere, studeat, et post percepcionem in studio devocionis se conservet attencius, maxime religiosi, qui se obtulerunt deo ad perpetue serviendum, sicut[b]) enim in maiori custodia vite sue et consciencie, dum et ante et post eucaristie sumpcionem ob reverenciam eius student magis innocencius vivere et studio devocionis frequencius[c]) intendere. Et licet aliquando quis tepide, tamen confidens de misericordia dei, fiducialiter[d]) accedat[e]), quia si se indignum reputat, cogitet, quod tanto[f]) magis eger, necesse habet requirere medicum, quanto magis se sentit egrotum. Non enim[g]) opus est valentibus medico[h]), sed male habentibus. Et ideo queras te iungere Christo, ut sanctificeris ab illo[i]), nec propterea dimittenda est communio, si quandoque[k]) non sentit homo spiritualis[l]) devocionis graciam, cum[m]) se ad illam preparare studet[n]) vel cum in ipsa percepcione vel post se forte minus devotum sentit quam vellet, quia[o]) ex aliqua supradictarum causarum racione solet illud evenire[p]).

Circa sacerdotes autem potest hec forma teneri, ut nec nimis raro nec semper continue et[q]) inpretermisse sanctam hostiam studeant ymolare. Nimis enim continue[r]) celebrare[s]) aliquam[t]) notare videtur irreverenciam, cum[u]) vix aliquis tam devotus sit, qui semper eadem devocione fuerat[v]) et cum tam[w]) debita semper reverencia illud faciat[x]) et cordis ardore, quin aliquando tepeat quantulumcumque. Nimis[y]) raro celebrare,

---

3) Maxime illis, qui se obtulerunt deo serviendum *A rubr.* 8) Licet tepide, tamen confidens accedat *A rubr.* 10) Quia quanto magis eger, tanto magis eget medicina *A rubr.* 13) Communio non dimittenda, licet gracia devocionis non sumciatur *A rubr.* 16) Homo in omnibus minus circumspectus est, si non proponit communicare et eciam humilitas non sit secura *A rubr.*

a) preparet *FGH.* b) sunt *I.* c) frequenter *G.* d) confiducialiter *F.* e) accedit *G.* f) quanto magis eger, tanto magis indiget alius eget et *add. F;* quando — egrotus *omittens,* tantum *G.* g) *om. F.* h) medicus *BG.* i) eo *F,* ipso *G.* k) et si quando *I.* l) spiritualem *F;* specialis *(sic) I.* m) cum tamen *GI.* n) preparatum sentit quam vellet *A, sed del.;* se studet *G.* o) quia — convenire *om. D 1. 2.* p) devenire *E;* evenire *AFGI.* q) *om. F;* et intermisse *G.* r) quottidie *EI.* s) *A add.* quamvis ex reverencia, *sed postea del.* t) aliquem *D 1. 2.* u) cum aliquis non *G.* v) fruatur *F;* fulcitur *GI.* w) *om. E.* x) facit *I.* y) Nimis vero *D 1. 2.*

quamvis ex reverencia soleat aliquando[a]) fieri et ex humilitate, tamen quandoque torporem nutrit, quia minus[b]) circumspectus est homo tunc in omnibus, quasi non indigere videatur[c]) sui custodia, cum non proponit[d]) accedere ad mensam Christi. Humilitas eciam non est usquequaque secura, propter quam diu se subtrahit, quia sicut non est dignus sepe[e]) corpus Christi suscipere, ita nec semel. Ideo enim cum recipimus, non quasi[f]) quod digni simus, sed ut illo nos sepe[g]) visitante[h]) habitaculum cordis et corporis nostri subintrante magis ac magis digni simus et efficiamur. Quo enim introierit, benedicet deus, sicut olym domui Obededom[i]) benedixit propter archam domini, in qua manna [f. 84[a]] servabatur[k])[1]). Propter hoc David voluit eam traducere[l]) cum benediccione, Sap. VIII[o][2]): „Proposui michi adducere hanc, sciens, quia communicabit mecum de bonis suis". Que, scilicet bona, in istis versibus comprehenduntur: Inflammat, memorat, (et reliqua supra in tractatu Magistri Adalberti)[m]). Quot stelle in celo vel quot gutte in flumine maris, tot carismata reperies[n]) in vini hostia [et] panis.

Diversis[o]) autem affectibus[p]) et intencionibus diversi ad communicandum trahuntur vel celebrandum. Aliquos trahit amor dei, ut dilectum ad se sepius invitent eumque in seipsis amplexentur. Aliquos infirmitatis proprie intuitus, ut eum quasi medicum ad se[q]) vocent, per quem ab omni infirmitate tuerentur[r]). Alios[s]) delictorum suorum consciencia, ut[t]) per eum quasi per hostiam placacionis[u]) ab omnibus peccatis expiati purgentur. Aliquos pressura alicuius tribulacionis, ut per eum, qui omnia

---

19) Diverse intenciones communicancium *D 1. rubr.* — Nota bene *H rubr.* — Diverse intenciones suscitandi eukaristiam *G rubr.* — Nota *I.* 20) Aliquos trahit [ad] communicandum amor dei *A rubr.* 22) Infirmitates proprie *A rubr.* 24) Delictorum consciencia *A rubr.* 26) Pressura tribulacionis *A rubr.*

[a]) alii fieri ut *F.* [b]) *om. F.* [c]) videbatur *corr.* videatur *A.* [d]) proponat *H.* [e]) semper *I.* [f]) quasi *om. GI* et quod *om. BH.* [g]) sepius *G.* [h]) visitante et *EFGI.* [i]) Obethedom *G.* Ebetedom *I.* [k]) reservabatur *G; D 1. 2. contin.:* Diversis autem affectibus, *v. infra lin. 19.* [l]) eciam traducere *F; om. G.* [m]) Alberti *H.* [n]) reperias *I.* [o]) *hac voce novam paragraphum incipiunt cod. EFG (G inscr.:* Nota hic paragraphum). [p]) effectibus *HI corr.* [q]) invitent ad se *G.* [r]) cur-(r)entur *D 1. FGHI.* [s]) Aliquos *GH.* [t]) *om. F.* [u]) plantacionis *(sic) BE.*

[1]) *Cf. II. Reg. VI. 12.* [2]) *Sap. VIII. 9.*

potest, de omni adversitate liberentur et tucius protegantur. Aliquos desiderium alicuius gracie vel beneficii impetrandi per eum[a]), cui pater nil potest negare pro se intercedente. Aliquos graciarum accio pro beneficiis divinis, cum nil dignius[b]) ha- beatur reddere deo[c]) pro omnibus, que illis tribuit, quam calicem salutaris accipere, id est Jhesum[d]). Aliquos laus et honor dei et sanctorum, cum non habeamus maius, quo possimus deum vel sanctos pro sua dignitate laudare quam Christum ymmolare deo patri. Aliquos caritas et compassio proximorum, cum[e]) pro salute vivorum et requie defunctorum nil[f]) efficacius interpellet[g]) quam sanguis Christi pro nobis effusus. Et hoc est summum auxilium nostrum, cum oramus deum, ut illum intercessorem invocemus, qui nos patri reconciliavit et semper interpellat pro nobis", et cetera[h]).

Capitulum nonum[i]).

Determinacio[k]) *venerabilis viri abbatis patrum conventus de Aula Regia*[l]), *qui fuit mire devocionis, ita ut*[m]) *esse abbas resignavit ob devocionem ante mortem*[n])[1]).

Autor[o]) sive editor Malogranati parte 3, c. XVIII° movens talem questionem, utrum sit melius accedere frequencius vel rarius ad sacramentum eucaristie, adductis multis ad utramque partem racionibus[p]), tandem in isto residet, allegans Augustinum sic dicentem, et non ponit[q]) locum, ubi dicit Augustinus hec verba: „Licet dixerit[r]) quisquam[s]) cottidie

---

2) Desiderium beneficii *A rubr.* 4) Inpetrandi gracie accio *A rubr.* 6) Laus et honor dei et sanctorum eius, quia non est aliud ita gratum *A rubr.* 9) Caritas et compassio proximorum *A rubr.*

[a]) ut per eum . . . optatam obtineat *G.* [b]) digni *G;* nichil dignius *I.* [c]) dico *corr.* deo *A.* [d]) Jhesum Christum *G.* [e]) quia *G.* [f]) nichil . . . interpellat *G.* [g]) interpellat *GI.* [h]) *om. D 1. 2. GH; D 1. 2. contin.:* Accede, pulsa &c., *v. infra p. 97, lin. 15.* [i]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [k]) Sequitur determinacio *FG.* [l]) conventus Aule Regie *BF.* [m]) ut aut *A ante corr. et E.* [n]) *ita ABF rubr. et EGHI.* [o]) Auctor *F.* [p]) *A in m., om. BEFH.* [q]) possit . . . dicat *E.* [r]) dixit *BE.* [s]) *om. E et ed.*

[1]) *„Dyalogus dictus Malogranatum compilatus a quodam venerabili abbate monasterii Aule Regie in Bohemia, ordinis Cysterciensis", ed. ao. d. 1487 (Hain, no. 7451), liber III, dist. I, c. 26.*

accipiendum eucaristiam, alius affirmat cottidie, faciat quisque, quod secundum fidem suam credit pie esse faciendum" etc., ut[a]) infra in Augustino. „Amor tamen et spes, ad que nos provocat scriptura, preferuntur[b]) timori. Unde cum Petrus domino dixisset[1]): ‚Exi a me, domine, quia homo peccator sum', respondit dominus: ‚Noli timere'"; et subdit doctor: „Ideo[c]) enim eum recipimus, non quasi[d]) quod digni sumus, sed ut illo nos sepe[d]) visitante et habitaculum cordis et corporis nostri subintrante, magis digni efficiamur. Quo[e]) enim introierit, benedicet deus, sicut olym domui Ebethedon[f]) benedixit propter archam domini, in qua manna servabatur. Sic et nos suscipiamus eum in templum cordis et corporis nostri, ut ab ipso eternam benediccionem consequi mereamur."

Et infra parte et capitulo preallegatis[g]), invitans ad communionem Christi[h]) sic dicit[2]): „Accede[i]), pulsa, nil hesitans, medicus est et piissimus distributor largissimusque remunerator. Ipso[k]) solo verbo restaurat universa, sua presencia curat wlnera, medetur corda, tristiciam depellit et cordi leticiam tribuit. Quis ergo tam inconsulte audet dicere, quod hii, qui sunt spiritualiter infirmi, non debeant accedere ad eum, qui langwores humanos tullit[l]) et infirmitates[m]) ipse portavit? Ecce, mulier inmunda accessit retro et tangens eum, est sanata[n]). Peccatrix, dum[o]) eius osculatur pedes, est mundata. Chananea[p]), dum sequitur, nec desistit, exaudita est. Leprosi accedentes curati sunt. Ceci demoniaci, paralitici et cuncta nature monstra, dum credunt[q]), [et] accedunt, salutem consequuntur. Nam[r]) virtus exibat de illo et sanabat omnes. Sed et[s]) publicani et[t]) peccatores, dum apropinquabant ad Jhesum, veniam merentur[u]), quin ymmo

---

9) Nota *A*. 14) Invitat ad sepe *A*. Allectiva (?) communio *D 1. rubr*. 15) Exhortacio ad accessum pulcra *G rubr*. 19) Reprehendit dissuadentes *A*.

[a]) et *GI*, etc. *omittens*. [b]) proferuntur *E*. [c]) Nos *I*. [d]) *om. G*; quod *om. I*. [e]) Quando . . . benedixit *E*. [f]) Ebechedon *B*. Ebethedo *E*. Ebededom *GH*. Obetedom *I*. [g]) preallegato *G*. [h]) Jhesu Christi *G*. [i]) *contin. D 1. 2*. [k]) Ipseque *edit'o*. [l]) tulit *G et ed.*; tollit *cet. eod*. [m]) nostras *add. G*. [n]) et *add. A, sed om. cet. cod. et ed*. [o]) dum tangens eius pedes *GI*. [p]) Cananea *B D 1. 2. I*. [q]) *om. G*. [r]) quia *I*. [s]) eciam *F*. [t]) *A sup. lin., om. BEF*. [u]) merentur *corr*. merebantur *A sup. lin. et G*; merentur *B D 1. 2. EFH*.

[1]) *Lucae V. 8. 10*. [2]) *Ibidem, sed supra*.

convivium et hospicium eorum non sprevit, qui non venit in hunc mundum[a]) vocare iustos, sed peccatores. Unde non inconvenienter potest dici, quod sicut adventus eius in carnem[b]) fuit in salvacionem peccatorum, sic et hec salutaris hostia fit fidelibus Jhesu[c]) collata in remedium peccatorum. Unde Christus in ultima cena in institucione huius salutiferi sacramenti sic dicebat[1]): „Hoc est corpus meum[d]), quod pro vobis tradetur, et hic est calix, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum." Hec iste.

Et subdit dicens: „Erat quidam[e]) pater monachorum Appollonius, qui monebat iuniores[f]), ut, si fieri possit[g]), cottidie communicarent, ne qui se longe faciat ab hiis, longe fiat ab deo", etc.

Capitulum decimum[h]).

Determinacio venerabilis viri et illustris predicatoris Milycii[i]) *in sua postilla, que intitulatur*[k]) *„Gracie*[l]) *dei"*[m])[2]).

[f. 84[b]] Panis noster cottidianus est corpus Christi et sanguis eius. Ideo cottidie sive sepe illum sumere debemus, donec illo eternaliter saciemur. Qui enim coniungimur[n]) ei in presenti per graciam per participium sacramenti, illic coniungemur[n]) ei in gloria, ubi est participium et eterna fruicio deitatis. Et hoc fit et[o]) hic per fidei unionem et[p]) per intimam caritatem. Qui ergo fidem in cantacionibus sive[q]) sortilegiis sive falsis opinionibus ammisit et caritatem ad deum et proximum non habet, non manet in deo nec deus in eo, sicut innuitur I. Joh. IIII[o][3]):

---

17) Qui frequenter communicat, habet intensiorem timorem ad Christum et reverenciam [magis] actualem quam is, qui raro, primo propter maiorem conatum, actualem presenciam, domini congnicionem, reminiscenciam *A ad calc. fol. infer. rubr.*

[a]) in h. m. *om. BEF D 1. 2. et ed.* [b]) in carne *FG et ed.*, in carnem *cet. cod.* [c]) *om. G et ed.* [d]) corpus meum etc. . . . calix etc. *D 1. 2. cet. om. et contin.:* Quot stelle in celo ꝛc. *v. infra p. 101, lin. 22.* [e]) quidem *corr.* quidam *A;* quidem *EF.* [f]) minores *FGH.* [g]) posset *GI.* [h]) *ita A, om. cet. cod.* [i]) Milicii *BGHI.* Mylycii *E.* Milici *F.* [k]) intytulantur *E.* [l]) Gracia *false G.* Dei gracia *false I, addens:* Milicius dicit. [m]) *ita ABF rubr. et EGH.* [n]) coniunguntur *G.* [o]) eciam *F.* [p]) *om. F.* [q]) *om. G.*

[1]) *I. Cor. XI. 24—25.* [2]) *De hac determinatione Johannis Milicii v. librum bohemicum editoris de Mag. Matthia de Janov, p. 299—301.*
[3]) *I. Joann. IV. 16.*

„Deus caritas est, et qui manet in caritate[a]), in deo manet, et deus in eo." Sunt autem quidam, qui raro manent in deo et ad tempus, qui raro vel semel in anno communicant, quod[b]) de necessitate tenentur facere ex mandato ecclesie, alias peccarent mortaliter, transgrediendo preceptum ecclesie, nisi ex causa racionabili ad tempus abstinerent, quia hoc propter negligentes et obstinatos est statutum, ne ulterius quam per annum audeant communionem obmittere: tales[c]) sunt sicut animalia secundum legem inmunda, que non ruminant[d]) nec masticant cibum suum nec scindunt[e]) ungulis et sic degluciunt integrum, quidquid[f]) sumunt, et negligunt et non sapiunt tantam dulcedinem sive saporem cibi nec delectacionem habent, ex quo saporem non mastigatum[g]) degluciunt nec discernunt.

Et ideo tales raro sumentes corpus Christi non reiterantes nec corde mastigantes[h]) dulcedinem saporis et delectacionis[i]) eius, non manent in Christo nec Christus in eis, quia sumunt quodcumque peccatum in cor mastigantes cum magna delectacione, et ideo manet in eis pocius peccatum, in quo plus quam in corpore Christi delectantur.

Boni[k]) autem, qui sepe communicant, puro corde et vita[l]) irreprehensibili, sive sint layci sive clerici, quia, ut premissum est, de omni christiano loquimur, illi[m]) inquam sicut animalia munda[n]), ut ovis, et[o]) ruminant et mastigant, quia de ventre revocant cibum ad os[p]), ut in eo delectentur. Ita et isti sumptum corpus Christi sepe revocant ad os cordis, sepius iterant et mastigant et sic[q]) dulcedinem ipsius suavissimi saporis percipiunt et degustant, sicut dicitur Proverb. XXI[o 1]): „Thezaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Stultus autem deglutit

---

4) Nota B. 8) (Rar)o accedentes sunt veluti (brut)a inmunda (animalia) [indigne sumpcionis et contemptus]. Non requirunt iterum cibum, (non) ruminant, non delectantur *A rubr.* 20) (Qui?) gaudent de invitacione crebra, amplectuntur libertatem sepe accedendi. Non agunt gracias digne (ex?) copia et largitate *A rubr.* 22) Digne accedentes sunt animalia munda. Habent in se opposita supradictorum *A rubr.*

[a]) etc. *G, cet. om.* [b]) eo quod *I.* [c]) et tales *G.* [d]) rimicant *(sic) E.* [e]) nec findunt *A ante corr. et FGI;* ungulas *GI.* [f]) quicquid *G.* [g]) saporem masticatum *G.* [h]) masticantes *GHI; ita et inferius;* corde *om. I.* [i]) dileccionis *I.* [k]) Novi *I.* [l]) *om. G.* [m]) illa *ABEFH.* [n]) *om. F.* [o]) *om. EFGH;* et ovis *I.* [p]) in os *GI.* [q]) sicut *E.*

[1]) *Prov. XXI. 20.*

illum". Et sic qui sepe communicant, habent[a]) vitam eternam[b]), qui vero raro vel semel in anno, de facili redeuntes ad peccata mortalia[c]), non habent vitam, sed pocius mortem. Unde sequitur[1]): „Sicut misit me vivens pater, et ego vivo propter patrem. Qui[d]) manducat me, et ipse vivet propter me." Ac si diceret: Ego habens unionem deitatis cum patre, vivo propter eum, quia genuit me viventem filium naturalem, eandem vitam habentem et hoc secundum divinitatem. Secundum vero humanitatem vivo propter patrem, quia humanitas in eo coniuncta est mee divinitati secundum unionem ypostaticam, que est unum cum patre. Sic qui manducat me, volens et fide et[e]) caritate et vita michi incorporari, vivet propter me, cum unus spiritus fuerit mecum et dicat cum apostolo hoc, quod scribitur ad Gal. II°[2]): „Vivo ego, sed iam non ego. Vivit vero in me Christus." Sicut enim rivus dicitur vivere, quia continuat[f]) fonti, sic Christus continuans[f]) in una vita cum patre, et sicut[g]) stille pluviales intrantes fontem vel flumen[h]) incorporantur ei et una aqua efficiuntur[i]) cum eo[k]), sic nos, dum[l]) Christo incorporamur, manente substancia nostra bona in nobis, induimus eius participium deitatis. Sicut amare stille intrantes [in] flumen vel fontem, perdunt suam amaritudinem et assumunt fontis dulcedinem, sic nostra amaritudo in divinam dulcedinem convertitur non natura, sed participio gracie in presenti et glorie in futuro. Opportet ergo accedentes ad hoc terribile sacramentum habere amorem et desiderium in se dissolvi et esse cum Christo, quod qui non facit, ficte accedit et sic non incorporatur[m]) vite, sed manet

---

26 sq.) Manna cottidie pluebat (et) non perdurabat, sed . . sive liquefiebat. Et . . non potuerunt retinere (mann)a nisi cottidie colligendo. (Si) quis servabat in crastinum . . (facie)bat contra preceptum et (s)caturiebat totum vermibus. Domini (?) Jhesu gracia et dona universa (veni)unt nobis de celis per modum (fluxus) vel emanacionis . . . et manent in nobis ac utuntur (?) per modum continue recepcionis . . . est (?) voluntarii ad ea elevacio . . . et conatus. Quod si voluerimus, puta dona et verba dei servare . . . urum cessantes ab accione . . . natu vel elevacione et la(bore), mox ea vertuntur nobis (ver)mes consciencie, quia vanitas et (ami)cta varie scaturiunt et inde murmura commovebuntur *A rubr., sed valde mutil.*

[a]) digne habent *FGI.* [b]) *om. F.* [c]) *om. I.* [d]) Sic qui *GI.* [e]) et fide et *om. GI.* [f]) continuatur *GI.* [g]) *om. GI.* [h]) fluminis *G.* [i]) fiunt *G.* [k]) *sup. lin. add. A.* [l]) cum *B.* [m]) non incorporabitur *G.*

[1]) *Joann. VI. 58.* [2]) *Galat. II. 20.*

mortuus in seipso, non removens inpedimentum omnis peccati mortalis. Et ideo de hoc venerabili sacramento recte dicitur Apok. III°[1]): „Vincenti dabo manna absconditum.“ Sicut enim manna in deserto quibusdam malis [non] erat manifestum et apertum congnicione superficiali, videlicet qui dicebant[2]): „Anima nostra nanseat super cibo isto levissimo“, quia dulcedinem eius non gustabant, et hoc erat ex hac causa, quia murmurabant contra deum, non credentes se posse saciari a deo in deserto, dicentes: „Numquid poterit deus parare mensam in deserto et pascere populum suum“, et fastidientes voluptatem panis celestis, desiderabant[a]) delicias egipciacas: ideo erat eis manna absconditum, ne eius dulcedinem[b]) propter infidelitatem[c]) degustarent. Bonis autem manna experimentaliter erat manifestum et apertum, quia propter[d]) amorem fidei[e]) gustabant in eo omnem saporem suavitatis. Ita eciam corpus dominicum voluptuosis hominibus et non credentibus et sine amore [f. 85a] accedentibus desipit[f]) et solis electis hec multitudo dulcedinis abscondita est, ut soli degustent internam dulcedinem sacramenti et omnem in ea senciant[g]) desiderabilem appetitum, [propter quem] omnem carnalem negligant voluptatem. Quicumque ergo wlt dulcedinem huius benedicti sacramenti gustare et vitam eternam et spiritualem accipere, faciat[h]) voluntatem dei.

Sunt autem signa notanda, per que quis dignus sit, ut accedat, et[i]) sunt quatuor: Primo, cum quis verba dei devote audit, ut[k]) Joh. VIII°[l])[3]): „Qui ex deo est, verba dei audit.“ Secundo, quando[m]) quis promptum se ad bene operandum invenit, quia probacio dileccionis exhibicio est operis, ut[n]) dicit Gregorius. Tercio, cum quis abstinendi de cetero a[o]) peccatis propositum habet. Quarto, cum de peccatis dolet, quia in hiis vera penitencia secundum[p]) Gregorium consistit[q]). Unde si

---

22) Signa, per que congnoscuntur digni *A manu posteriore.* 23) Signa digne communicantis: 1°, 2°, 3°, 4° *D 1. rubr. et G.*

a) et *add. A post corr. ex* eis. b) dulcedinem *BEFGH.* c) infirmitatem *I.* d) per *I.* e) dei. f) dissipit *I.* g) senciunt . . negligunt *I; recte* sacient. h) facit *GI.* i) *om. G,* et — audit *om. D 1. 2.* k) *om. G.* l) dicitur *add. G.* m) cum *I.* n) ut dicit Gregorius *om. D 1. 2.* o) de *G.* p) secundum Gregorium *om. D 1. 2.* q) *post hanc vocem contin. D 1. 2.* Dubitatur, *v. infra p. 104, lin. 14.*

1) *Apoc. II. 7.* 2) *Numer. XXI. 5.* 3) *Joann. VIII. 47.*

aliquis per huiusmodi signa facta[a]) diligenti[b]) discussione sue consciencie, quamvis forte non sufficiente[c]), ad communionem devote accedat, aliquo peccato mortali in eo remanente, quod eius conscienciam preterfugiat[d]), non peccat, ymmo magis ex vi sacramenti peccati remissionem consequitur. Sed[e]) non sufficit dolenti, quod sit solum contritus, ymmo si habet copiam sacerdotis, qui eum possit absolvere, peccat sine confessione communicando. Si vero non habet[f]) copiam sacerdotis[g]), tunc si inminet necessitas communicandi vel celebrandi[h]), ut quia timetur[i]) scandalum populi, vel iam incipit consecrari vel aliquis infirmus ammisit loquelam et est in proposito confitendi, quantocius poterit, non peccat communicando.

Capitulum undecimum[k]).

Determinacio auctoris[l]) *De septem sacramentis, in capitolo de eucaristia*[m]).

Queritur, quare homines devoti cottidie suscipiunt eucaristie sacramentum, cum tamen dicat Augustinus: „Cottidie communicare nec laudo nec vitupero.“ Respondemus, quia delet veniale peccatum. Unde nota[n]): Quatuor sunt, que delent venialia peccata: eucaristia, aqua benedicta cum pane benedicto et devota confessio generalis. Unde ad Augustinum respondet archidiaconus in Decretis[o]): „Non laudo propter malos, non[p]) vitupero propter bonos.“ Unde idem Augustinus dicit De verbis domini: „Qui non est[q]) cottidie sacramento[r]) sanctissime[s]) [eucaristie] dignus[t]), nec semel ad annum. Qui aliquo die[u]) non est dignus manducare corpus domini Jhesu Christi sacramentaliter, ille[v])

---

16) Supponit frequen(ter) *A rubr.* 19) Venialia peccata. Quatuor sunt, que delent *G rubr.* 21) Respondet ad Augustinum *A rubr.* 24) Nota, qui non est cottidie *A rubr.* 25) Nota, qui non est dignus sacramentaliter manducare) *A rubr.*

[a]) facti *(sic) F.* [b]) *om. I.* [c]) sufficienter *B;* sufficienti *I.* [d]) preterfugat *F.* [e]) *A sup. lin. add., sed. om. BEFI.* [f]) *om. G.* [g]) *add. A sup. lin., om. BEI.* [h]) *om. I.* [i]) timeretur *G.* [k]) *ita A rubr., om. cet. cod.; totum cap. hoc om. in cod. H.* [l]) autoris *BG.* [m]) *ita ABEF rubr. et GI; F add.* Sequitur. [n]) *om. B;* quod *add. GI.* [o]) *om. F.* [p]) nec *FG.* [q]) potest *F; om. I.* [r]) *add. A in m., om. BEF.* [s]) *om. EGI.* [t]) esse dignus *F.* [u]) modo *G.* Quia qui *I.* [v]) *om. G.*

non est dignus manducare spiritualiter, et qui est[a]) dignus manducare spiritualiter, ille dignus est et[b]) sacramentaliter[c]).

Capitulum duodecimum[d]).

Determinacio Symonis[e]) *de Cassia*[e])[1]).

„Panem nostrum supersubstancialem[f]) et cottidianum[g]) da nobis hodie." Cottidie petitur, [quod] cottidie datur, eciam[h]) si non petatur. Ut quid ergo peticio subinfertur? Quare petit christianus, quod absque peticione accipit Sarracenus sive Judeus. Cur rogat iustus, quo sine precibus fulcitur iniqus? Ut quid racionale animal ad ymaginem dei factum ammovetur cottidianis[i]) precibus postulare annonam, cum ipsa volatilia piscesque maris, animalia terre sine sollicitudine a divina largitate pascantur? Divitem fecit[k]) deus ipsam naturam atque constituit illam omnibus esse debitricem[l]), ut alerentur allenda[m]) sive[n]) absque studio[m]) sive artificio addito ad naturam. Dictum quidem legimus ad[o]) Adam[2]): ‚In sudore wltus tui vesceris pane tuo." Nunc dicitur christiano: „Pete cottidie panem tuum."

Et paulo post: „Sacramentalis panis expetitur, ut nobis ad id[p]) potencia sit, ad quod[q]) divine institutus est. Supersubstancialis videlicet[r]) super omnem creatam substanciam dignior ex unione increati verbi, cottidianus ad abolendos[s]) cottidianos defectus et ad roborandam[t]) mentem adversus[u]) cottidianam pugnam insurgentem ex luto carnis et ex materiis visibilibus et [ab] invisibilibus hostibus cottidie invisibiliter exercitatam et ad exercendam illam in virtutibus accionem, que cottidie fieri divina lege[v]) inponitur aut voluntario consilio asumpta est, quo-

[a]) *add. A sup. lin.;* non est *(sic) I.* [b]) *om. F.* [c]) etc. *add. F.* [d]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [e]) *ita ABF rubr. et EGH;* Simonis de Cassia *FH;* S. de C. venerabilis doctoris *GI.* [f]) cottidianum *corr.* substancialem *A;* supersubstancialem *EGHI et ed.* [g]) *om. G.* [h]) et *G.* [i]) de cottidianis *G.* [k]) facit *G.* [l]) debitricem *FHI et ed.;* debitorem *cet. cod.* [m]) *om. F.* [n]) *ita A ante del. et BEFI;* aleret alenda *ed.* [o]) de *H.* [p]) illud *FH.* [q]) *ita ed.;* aliquid *A ante corr. et BEFH;* quid *GI.* [r]) videlicet ut *F.* [s]) ad abluendos *H.* [t]) roborandum *BGI.* [u]) et adversus *I.* [v]) in lege ponitur *E;* in lege *G;* fieret d. l. *I.*

[1]) *Simonis de Cassia De religione christiana, l. X. De sermone domini in monte, c. 31, ed. Basiliensis 1517, fol. 286.* [2]) *Gen. III. 19.*

niam[a]), ut ipse[b]) Salvator ait[1]): ‚Ego sum panis vivus, qui de celo descendi', sine cuius virtute non potest resisti viciis[c]) nec haberi[d]) virtutes, quas pius[e]) animus querit. Hunc temporibus priscis[f]) pecierunt parvuli, nec erat, qui frangeret eis[g]). Novissime vero Christus tradidit nobis, ut petendo patri dicamus cum fiducia: ‚Panem nostrum cottidianum da nobis hodie'".

Idem super[h]) ewangelium[i]) Luce, ubi legitur[k]) de cena: „Si vero tropoloycum[l]) sensum loquimur, difficilior erit atque augustior via disserendi[m]). Nam panis noster Christus[n]) est, qui vivus de celo descendit, quem cottidianum movemur expetere", etc.

Capitulum decimum tercium[o]).

Determinacio cuiusdam collegii magistrorum[p]).

Dubitatur[q]), an corpus domini nostri Jhesu Christi sit semper vel omni die sumendum et per sacerdotem petenti[r]) non denegandum. Et videtur, quod sic, quia sicut se habet cibus corporis ad[s]) corpus, sic[t]) se habet cibus spiritualis ad animam, qui est corpus domini. Sed corpus semper requirit [f. 85[b]] cibum corporalem propter restauracionem deperditi humoris naturalis per accionem caloris naturalis et exercicium laboris. Sic anima semper requirit cibum spiritualem propter innatam[u]) concupiscenciam et occupacionem rerum[v]) exteriorum[w]). Unde debilitatur devocio et fervor ipsius[x]), etc.

Propterea[y]) Hylarius[z]) episcopus De con. dist. II[aa]): „Si non sunt tanta peccata, ut excommunicetur quis, non debet se[bb]) a medicina corporis domini separare."

---

14) Mensam domini manducare *H ad calc. fol. inf.*

a) et inde *E.* b) *om. G;* ut *om. I.* c) insisti virtutibus *G.* d) habere *EG;* nec possunt haberi *I.* e) post *I.* f) pristinis *G.* g) *om. E.* h) supra *G.* i) ewangelio *EFI.* k) loquitur *GI.* l) tropolaicum *E;* tropolaycum *H.* m) desserendi *G.* n) *om. F.* o) *ita A rubr., om. cet. cod.* p) *ita ABF rubr. et EGHI;* magistrorum *om. E et F, add.* Sequitur. q) *contin. D 1. 2.* r) petendi *A ante corr. et B;* penitenti *G.* s) ad animam . . ., sic corpus oc. *G.* t) sic semper *I.* u) ignatam *G;* ignitam *H.* v) *add. A sup. lin., om. cet. cod.* w) exteriore *G.* x) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Salvo tamen iudicio oc. *v. infra p. 106, lin. 19.* y) *om. B.* z) Ilarius *B,* Hilarius *E,* Hillarius *F.* aa) XI. *GI.* bb) *om. F.

1) *Joann. VI. 51.*

Huic auctoritati item Ambrosius De sacramentis concordat, dicens[a]): „Si quocienscumque sanguis Christi effunditur[b]), in remissionem peccatorum fundatur[c]), debeo merito eum[d]) semper accipere. Quia semper pecco, semper debeo accipere medicinam."

Item Augustinus super illud Mathei VI. ‚Panem nostrum[e])', etc.: „Accipe cottidie, quod cottidie tibi prosit; sic vive, ut cottidie merearis[f]) accipere."

Item De Consecr. dist. I.: „Si ergo panis cottidianus est corpus et sangwis eius[g]), ideo sive cottidie sive semper[h]) sepe sumere illum debemus, donec illo[i]) eternaliter saciemur." Et debet sacerdos omnibus petentibus ipsum dare iuxta Augustinum[k]) De con. dist. II.: „Non prohibeat dispensator pingwes terre[l]) mensam domini manducare; sed exactorem moneat timere", quod intelligitur de precepto. — Unde in Pastorali[m]) in[n]) sermone de corpore[o]) Christi ponitur notabile tale: „Notandum, quod sacerdos racione caracteris conficit et racione devocionis communicat, sed sicut non conficit racione devocionis, ita non consumit racione caracteris." — Et postea subditur, quod layci devoti graciam habentes possunt diebus singulis communicare et nichil aliud removet eos a cottidiana communione, nisi mortale peccatum. — Et hoc idem habetur in Canonibus: Racio, quia non omnis presbiter sanctus, sed omnis sanctus presbiter[p]), etc.

In contrarium videtur, quia non omni die, quia concilium[q]) generale ‚Omnis[r])' de pena et remissione' mandat in hunc modum: „Suscipiens reverenter ad minus in pascha eucaristie sacramentum, nisi de consilio sacerdotis proprii[s]) duxerit, abstinendum." — Item Augustinus De con. dist. II.: „Cottidiane[t]) eucaristie[u]) communionem accipere non laudo nec vitupero, omnibus tamen diebus dominicis communicandum hortor[v]), si tamen mens in affectu peccandi non sit." — Item Fabianus papa eadem dist.: „Et si non frequencius, saltim[w]) ter in anno

---

[a]) ita *G*; c. d. *om. cet. cod.* [b]) effundatur *F.* [c]) in r. peccatorum funditur *GI.* [d]) propter hoc eum accipere. Qui oc. *G.* [e]) ipsum *A.* [f]) mereris *ABEF.* [g]) Christi *GH, om. I.* [h]) *om. GH.* [i]) ipso *I.* [k]) Augustini *GI.* [l]) *om. E.* [m]) *A corr.*; sanctorali *BEH.* [n]) de sermone corporis *G.* [o]) de *om. GI et* corporis; ponitur *om. I.* [p]) est presbiter *G.* [q]) consilium *BG.* [r]) est, quod omnis christianus ad minus in pascha reverenter suscipere debet *G.* [s]) *om. G.* [t]) Cottidie *FG.* [u]) *om. G.* [v]) c. hortor *om. F.* [w]) saltem *B.*

homines[a]) communicent, nisi aliquis forte maioribus quibuslibet criminibus inpediatur[b]), in pascha et penthecostes[c]) et natalis[d]) domini. — Item de concilio[e]) Agaten.[f]) eadem dist. III. c.[g]) ‚Seculares." — Item nota[t] Ostiensis[h]) in Summa[i]) de celebracione misse. — Et equaliter ter in anno[k]) Innocencius in Summa c.° XLI° post principium notat[l]): „Sufficit autem viris perfectis et sanctis inclusis de octavo in octavum sumere eucaristiam." — Item II. q. V: „Consuluisti, quod non est sanctorum patrum sancxitum decreto, supersticiosis non est[m]) adinvencionibus presumendum nec nobis diffiniendum est[n]), quod non diffinivit apostolus[o]) XXXI°. q. I° c. fi.[p]) — Item Augustinus De remedio penitencie [in] De[q]) con. di. II: „Ut[r]) quid paras dentem et ventrem: Crede et manducasti. Credere enim hoc est vinum panem manducare. Qui credit in eum, manducat eum." — Remigius[s]) super illo verbo: Qui manducat, etc.: „Hanc escam manducare et hunc[t]) potum bibere est manere in Christo et Christum in se manentem habere." — Item observancia et consuetudo inpugnat, quia talia fieri non consueverunt.

Salvo[u]) tamen iudicio meliori videtur, quod uniuscuiusque consciencie sit relinquendum, quia[v]) Augustinus in ca°. ‚Cottidie'[w]) dicit: „Faciat unusquisque, quid[x]) secundum fidem suam, id[y]) est conscienciam credit esse faciendum. Nam centurio reputabat se[z]) indignum et[aa]) Zacheus dignum, ambo tamen laudantur, quia si quis honorando non audet cottidie sumere et alius honorando non audet pretermittere, ambo laudantur, quia[bb]) contemptum non wlt iste cibus, sicut manna fastidium." Unde[cc]) Augustinus in ca° predicto ‚Cottidie' in fine[dd]): „Ad hoc valet, quod manna secundum propriam voluntatem in ore cuiusque sapiebat." Unde si quis ex sumpcione cottidiana senciat[ee]) fervorem amoris et reverenciam augeri[ff]), cottidie poterit com-

---

a) *om. I.* b) non inpediatur *A ante corr. et EF.* c) penthecosten *BGI.* d) in natali *G;* natali *I.* e) consilio *G.* f) Agaton *BE.* g) in ca° *B.* h) Hos. *G.* i) notat Ostiensis Summa *F;* notat Hostiensis *I.* k) vel manna *(sic) G.* l) vocat *F.* m) *om. E.* n) *om. F.* o) diffinitur ab apostolo *I, cet. om.* p) q. — fi. *om. G;* folio *H.* q) C. De oc. *G.* r) *om. I.* s) Remigius — manducare *om. F.* t) habet *corr.* hunc *A in m.;* hoc *E.* u) *contin. D 1. 2.* v) Idem *H.* w) in ca° Cottidie *om. D 1. 2.* x) *om. E.* y) pie *G, cet. om.* z) se esse *G; om. I.* aa) *om. GH et:* Zacheus indignum. bb) quia — predicto *om. B.* cc) Unde — sapiebat *om. D 1. 2.* dd) in fine hoc adducit, quod *G.* ee) sentit *G.* ff) augeri — reverenciam *om. B D 1. 2. E.*

municare. Si autem senciat fervorem amoris[a]) et reverenciam minui, debet interdum abstinere, ut postmodum cum maiori reverencia et devocione possit accipere[b]). Unde relinquitur[c]) unumquemque suum esse iudicem in[d]) ipsius sacramenti sumpcione per textum apostoli dicentis[e])[1]): ‚Probet autem seipsum homo[f]), et sic de pane illo edat et de calice bibat.'

Capitulum decimum quartum[g]).

Determinacio venerabilis magistri Bonaventure[h])[2]).

„Secundo queritur de habente libertatem accedendi, quid[i]) sit ei melius: frequentare[k]) an[l]) tarde accedere. Et quod frequentare[k]), videtur, quia in primitiva ecclesia, secundum quod dicitur Actuum IIII°[3]), „cottidie communicabant." Ergo si optime fuerunt[m]) ab apostolis instituta, videtur, quod eorum exemplo melius sit cottidie communicare. — Item ostenditur auctoritate domini[n]). Dominus enim docuit nos orare et petere cottidie panem supersubstancialem, et alius ewangelista nominat eum cottidianum. Et Ambrosius dicit: „Panis ille cottidianus est cottidie accipiendus, ut[o]) cottidie tibi prosit. Ergo videtur auctoritate domini et Ambrosii, quod cottidie sit melius[p]).

Item racione[q]) videtur, [f. 86a] quod hoc sacramentum est in remissionem venalium. Sed semper peccamus venialiter, ergo debemus cottidie accipere. Et hoc est, quod dicit Ambrosius: „Cum sanguis Christi effunditur, in remissionem peccatorum effunditur. Semper[r]) ergo accipere debeo, quia semper pecco."

---

[a]) amorem fervoris *GI.* [b]) accedere *G.* [c]) *ita D 1. 2;* relinquit *F,* relinquunt *cet. cod.* [d]) *om. E.* [e]) apostolum dicentem *D 1. 2.* [f]) homo, etc. *D 1. 2. G, cet. om.; D 1. 2. contin.:* Si ergo queritur, *v. infra p. 109, lin. 15.* [g]) *ita A rubr., om. cet. cod. Cap. hoc om. est in cod. H.* [h]) *ita ABF rubr. et EGI.* Boneventure *BF.* Sequitur *add. F.* [i]) libertatem, quid *B;* quid *I et ed.* [k]) frequenter *GI.* [l]) an non *B; om. F;* vel *G.* [m]) fuerit — institutum *G; om. I ponens:* instituti videtur; fuit *ed.* [n]) domini nostri Jhesu Christi, cum docuit *G;* domini Jhesu *I,* dominus *om.* [o]) nisi *E, om. G.* [p]) accipere *add. G.* [q]) racione *G et ed.;* recte *cet. cod.* [r]) effundatur *AEI,* semper ergo accipere oc. *BEF et ed.*

[1]) *I. Cor. XI. 28.* [2]) *Bonaventurae O. M. in IV. l. Sent., dist. XII, q. 2 n. (= p. 2, art. 2, q. 2), ed. 1491, in fol.; cf. etiam Bonaventurae Breviloquium, ed. altera P. Antonii Mariae a Vicetia, Frib. 1881, p. 529.* [3]) *Cf. Act. apost. II. 46.*

— Item alia racione videtur, quia[a]) sacramentum illud auget[b]) in homine virtutem et caritatem. Sed quanto magis hec augentur, tanto melius est homo dispositus, et quanto melius est[c]) dispositus, tanto frequencius debet accedere. Ergo a primo ad ultimum[d]) ad sacramentum hoc semper est accedendum.

Contra De[e]) ecclesiasticis dogmatibus: „Cottidie eucaristiam accipere nec laudo nec vitupero. Sed si semper deberet percipi, laudarem, ergo" etc.[f]) — Item Augustinus: „Quid paras[g]) dentem et ventrem? Crede tantum et manducasti." — Ergo nulla[h]) est necessitas[i]) in accipiendo corporaliter, quia si aliqua esset utilitas, male ergo diceret Augustinus: „Quid paras[g]) dentem et ventrem", quia diceretur ei: propter utilitatem.

Item racione[k]) videtur, quod possibile est manducare spiritualiter non accedendo, et non est ibi periculum. Sed accedendo, nisi homo sit bene paratus, est[l]) periculum. Ergo si via securior[m]) est eligenda, tunc ergo raro[n]) est communicandum[o]) sacramentaliter et[p]) sepe spiritualiter. — Item gloria dei nostro commodo est preferenda, sed qui dimittit accedere propter sacramenti dignitatem, principaliter dat gloriam deo; qui autem accedit propter sacramenti efficaciam, attendit commodum. Ergo melius facit, qui cessat, quam qui accedit[q]).

Juxta hoc queritur de diversitate[r]) institucionis, quia, secundum quod dicitur De consecracione dist. II., Anacletus instituit, quod[s]) quandocumque venirent ad ecclesiam, Fabianus, quod[s]) ter in anno, Socher papa, quod in cena domini, et Decretalis[t]) dicit, quod semel in anno. Responsio dicendum, quod si quis semper esset paratus, semper utile esset hoc[u]) sacramentum recipere, ut scilicet haberet habitaculum mundum et[s]) spiritualiter comederet hunc cibum cum honore et devocione. Quia igitur tempore ecclesie primitive erant mundi per baptismum[v]), innocenciam et caritatem, ardentes per devocionem spi-

---

8) Augustinus *A*.

a) quia si *omnes cod., sed* si *recte om. ed.* b) augeat *G*. c) est homo *G*. d) *om. BE et ed.* e) Augustinus de e. d. *G et ed.* f) ergo etc. *om. G*, etc. *om. E*, igitur etc. *I*. g) pares *E*. h) nulla *EFG et ed.*; non *cet. cod.* i) utilitas *ed.* k) *ita ed.*; recte *omnes cod.* l) *om. AB.* m) periculosior *(sic) F*. n) *ita G*, caro *cet. cod.*; non *I*. o) communicandi *E*, communicanda *F*. p) sed *G*. q) accedat *G*. r) virtute *G*. s) *om. GI*. t) Determinacio *G*. u) *om. I*. v) baptismi *G et ed. Frib.*

ritus sancti[a]), ideo congruebat eis cottidie communicare. Quia vero postmodum caritas refriguit et per peccata innocencia[b]) baptismalis, ut in pluribus, perdita est, relictum fuit iudicio et consciencie uniuscuiusque, ut reciperet, quando se dispositum videret, ne aliter manducaret ad suam dampnacionem. Et quia homines inceperunt fieri negligentes, opportuit, ut iterum institueretur a summo pontifice frequentacio. Sed quia frequentabant multi et non bene se preparabant, instituit Fabianus, ut in[c]) tribus annuatim[d]) solempnitatibus, in quibus homines parantur[e]), et quas desiderabilius[f]) expectant, communicarent, scilicet Natali, Paschate[g]) et Penthecoste. Et quia homines adhuc processu[h]) temporis in hiis tribus temporibus negligenter se parabant[i]), ideo hoc ad[k]) extremum est ad Pascha. reductum, quod precedit tempus preparacionis, scilicet Quadragesime[l]).

Si[m]) ergo queritur, utrum expediat frequentare alicui, dicendum, quod si se videat esse[n]) in statu ecclesie primitive[o]), laudandum est cottidie communicare. Si autem in statu ecclesie finalis, utpote frigidum et tardum, laudandum est, quod raro. Si autem[p]) medio modo, tunc medio modo se debet habere, et aliquando debet cessare, ut ad[d]iscat revereri, aliquando accedere, ut inflammetur[q]) amore, quia tali hospiti debetur honor, debetur et amor[r]); et tunc secundum illam partem, secundum quam viderit se melius proficere, ad illam magis declinet[s]), quod homo solum experiencia[t]) discit[u]). Omnes ergo raciones ad primam partem intelliguntur, salva debita preparacione, que in paucissimis est, ut semper.

Ad aliud[v]), quod est[w]) in contrarium, quod Augustinus non laudat, sed relinquit consciencie, dicendum, quod hoc dicit, quia quibusdam, ut tactum est, magis est utile frequentare, qui-

---

[a]) per devocionem s. *B;* caritate ardentes per donationem s. s. *ed. Frib.* [b]) munditia *ed.* [c]) *A sup. lin., om. BEF et ed.,* ut *om. I.* [d]) anni *EFGI et ed.* [e]) preparantur *I*; melius parantur *ed.* [f]) desiderabiles *B,* desiderabilius *EF,* desiderabiliter *G,* desideranter *I;* quas desiderabilius *ed.;* qui *omnes cod.* [g]) pasche *F,* natali, penthecosten *G.* [h]) processu tali negligenter oc. *G;* ad hoc pr. *I.* [i]) preparabant *G et ed.* [k]) *om. G.* [l]) Quadragesime *ABEI.* [m]) *contin. D 1. 2.* [n]) *om. G.* [o]) primitive — ecclesie *om. G.* [p]) tunc *add. A in marg.* [q]) flammetur *G.* [r]) *om. I.* [s]) declinetur *F.* [t]) experigencia *G.* [u]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Inter natos mulierum oc., *v. infra p. 110, lin. 22.* [v]) illud *G.* [w]) ostenditur *F,* opponitur *G, om. I.*

busdam autem raro, quia[a]) maiorem efficaciam credo recepit[b]) homo in una missa vel[c]) manducacione cum bona preparacione, quam in multis, si non se prepararet[d]) diligenter. — Ad aliud, quod illud[e]) dicit Augustinus, dicendum, non quia manducacio sacramentalis non sit fructuosa, sed contra illos, qui carnaliter hunc cibum spiritualem comedebant, quia nullum fructum reportabant. — Ad illud[f]), quod opponitur, quod securius est, dicendum, quod, quamvis illud sit securius, tamen illud est utilius, quia sicut plus prodest baptismus sanguinis et flaminis, quam sanguinis[g]) tantum, sic plus[h]) manducacio spiritualis, quando coniuncta est sacramentali, quam quando est per se. — Ad aliud[i]) dicendum, quod uterque[k]) dat gloriam deo, et qui manducat cum reverencia et qui dimittit ex reverencia. Sicut enim dicit Augustinus, et centurio dominum honoravit, cum noluit, quod domum eius intraret, et[l]) Zacheus, qui in domum introduxit", etc.[m]).

Capitulum decimum quintum[n]).

Determinacio venerabilis viri Magistri[o]) *Amandi in suo tractatu, quem intytulavit Orilegium*[p]) *sapiencie*[q])[1]).

„Actualis te devocio pocius trahat quam indulta consuetudo."

Subditur post pauca[2]): „Inter[r]) natos mulierum non surrexit[s]), qui ex sola virtute [f. 86b] et iusticia operum suorum tamquam ex condigno se sufficienter preparare[t]) possit, eciam si unus[u]) homo [haberet] naturalem omnium angelorum puri-

20) Trahat actualis devocio, trahat *A rubr.* 24) (Qui) potest esse dignus proprie *A rubr.*

a) *om. F,* quia *G et ed.;* ut *cet. cod.* b) recipiat *F;* receperit *AB.* c) sine *(sic) G.* d) preparat *GI,* preparet *ed.* e) illud, quod *GI;* illud *om. ed.* f) Ad aliud, quod securius &c. *G.* g) q. s. *om. B,* sanguis *AI.* h) prodest *add. G.* i) *om. F,* illud *G.* k) *ita I et ed.;* utrique *cet. cod.* l) *om. G.* m) *post hanc vocem E contin.:* Determinacio Gloze, *toto cap. XV. omisso; similiter F prosequitur in c. XXVI:* Determinacio Thome de Aquino. n) *ita A rubr., om. cet. cod.* o) *om. H.* p) Horaloyum *G;* Orelegium *H.* q) *ita A rubr. et GHI; om. B.* Horolegium S. Incipit *(rubr.) I.* r) *contin. D 1. 2.* s) maior etc. *add. G.* t) parare possit, et si homo *G.* u) *om. GI et ed.*

1) *Henrici Susonis O. P. Horologium aeternae sapientiae, l. II, c. 4, ed. Colon. — Norimb. 1724, p. 291.* 2) *Ibidem, p. 306.*

tatem et omnium conprehensorum[a]) mundiciam et claritatem omniumque[b]) viatorum merita per vite austeritatem. Ex hiis omnibus circumscripta divina[c]) gracia non fieret satis ydoneus ad percipienda[d]) divina misteria.“ „Attende[e]) [1]) diligenter, quod hoc pietatis sacramentum est in remedium institutum, et ideo homo, quandocumque facit[f]), quod potest, habilitando se ad graciam, sufficit, nec requirit deus ab homine, quod sibi viderit inpossibile esse.

Quandocumque igitur suscipiens facit hoc, quod potest, divina pietas supplet per graciam hoc, ad quod[g]) pervenire sine gracia non potest. Et ideo ceteris paribus pocius est ex[h]) confidencia divine pietatis accedendum[i]), quam ex consideracione proprie fragilitatis abstinendum, quamvis utrumque pro loco et tempore reddatur commendabile. Nonne egrotus festinat ad medicum et pauper divitis pulsat ad hostium[k])? Accede, pulsa, nichil hesitans. Medicus est et piissimus distributor, largissimusque renumerator. Ipse solo verbo restaurat universa, sua presencia curat wlnera, medetur corda[l]), tristiciam repellit et cordis tribuit leticiam. Quis ergo tam inconsulte audeat dicere, quod hii, qui sunt spiritualiter infirmi, non debeant accedere[m]) ad eum, qui langwores humanos tulit et infirmitates ipse portavit.“ „Sicut[n]) [2]) adventus eius in carnem[o]) fuit in salvacionem[p]) peccatorum, sic et hec salutaris hostia est fidelibus collata in remissionem peccatorum. Nam et dei sapiencia in ultima cena, in institucione huius sacramenti sic dicebat[3]): ‚Hoc est enim[q]) corpus meum, quod pro vobis tradetur; et hic est calix, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.‘ Quapropter[r]) cum feceris, quod in te est, accede secure absque

---

7) (Suff)icit, quod homo facit, quod in se est *A rubr.* 10) (Divin)a gracia supplet omnia *A rubr.* 11) (Po)cius accedendum ex confidencia *A rubr.* 12) (Horta)tur accedendum cum fiducia *A rubr.*

a) irreprehensorem *(sic) G;* confessorem *D 1. 2.* b) omnium *G.* c) dei *G.* d) percipiendum *B.* e) Attende — inpossibile esse *om. D 1. 2.* f) quantumcumque facit homo hoc *G.* g) hoc *D 1. 2.* h) est ex *om. I.* i) est accedendum *G.* k) ostium *D 1. 2. G; post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Quapropter cum feceris &c. *v. infra lin. 28.* l) cordibus *recte ed.* m) non accedant *H.* n) sicut enim *G.* o) in carne *I.* p) in solucionem *B.* q) *om. G.* r) *contin. D 1. 2.*

1) *Ibidem, p. 307—308.* 2) *Ibidem, p. 308—309.* 3) *I. Cor. XI. 24.*

trepidacione[a]) in fide et caritate, nichil hesitans de ipsius pietate"[b]). „Quandocumque[1]) per diligentem inquisicionem te[c]) duricie causam dedisse non inveneris, sed quod in te erat, fecisse, si[d]) super hoc mentis duricia[e]) permissione[f]) divina emerserit, qui electos suos[g]) mille modis tribulare consuevit, non[h]) te res hec frangat nec te notabiliter huius rei causa a salutari hoc sacramento subtrahas, sciens, quod divina pietas salutem anime sepius secretissime[i]) et fidelissime operatur, cum solo fidei subsidio anima innititur[k]) nec aliqua dulcedine spirituali fulcitur . . . Porro unum est, quod valde notabile[l]) est [et] quod debes attendere diligenter, scilicet quod hic premissus spiritualis sapor ac internus quidam gustus non est fidei debitus effectus neque est presentis temporis, sed eterne beatitudinis, et cum datur in sacramento vel extra, gracias age; et cum non datur, gracias age et pacienter sustine, sciens, quia non est in potestate tua, sed summi et benignissimi largitoris, qui non prout vis vel quando vis, sed quando sibi placuerit[m]), dabit, prout iudicaverit[n]) ad suam laudem et tuam utilitatem. Notandumque[o]), quod summum illud bonum est tam copiosum et infinitum, ut quanto magis percipiatur, tanto[p]) participans capacior ipsius quodam modo efficiatur. Unde et in hoc sacramento sepius contingit, quod quanto ex timore inordinato se [quis] notabilius subtraxerit[q]), tanto de die in diem differendo maiorem indisposicionem incurrit."

Subditur[2]): „Melius[r]) est singulis ebdomadis vel eciam diebus accedere cum vera humilitate et inperfecciconis proprie recongnicione, quam semel in anno ex presumpcione proprie iusticie." — Hec ille[s]).

---

2) De duricia *A rubr.* 5) Mille modis *A rubr.* 8) Nota *A alia manu.* 11) Spiritualis sapor *A rubr.* 14) Subdi (?) deo cum graciarum accione (ab?) omnibus *A rubr.*

a) turbacione *GI.* b) *D 1. 2. contin.:* Melius enim est oc., *v. infra lin. 25.* c) te — per hoc *om. G;* te duriciei *I.* d) sed si *B.* e) duricies *G.* f) missione *add. A in m.* g) electis suis *I.* h) nec *G.* i) sacratissime *G.* k) id est inheret *add. G.* l) necessarium *G.* m) placet *H.* n) manducaverit *(sic) B.* o) Nota *G.* Notandum *I.* p) tanto magis *G.* q) subtrahat *G;* quis *ponit H.* r) *contin. D. 1. 2.* s) *om. H.*

1) *Ibidem, p. 310—311.* 2) *Ibidem, p. 312.*

Capitulum nullum[a]).

Determinacio[b]) *Gloze ordinarie super illo verbo apostoli I. ad Cor. XI*[c]*): „Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit", sic inquiens*[d]) [1]).

Queritur, an cottidie est[e]) sumenda eucaristia, an eligendi sint dies, quibus homo purius[f]) continenciusque vivens ad tantum[g]) sacramentum dignus accedat[h]). Huic questioni recte[i]) respondet, qui monet, ut precipue in Christi pace permaneatur et ut quisque faciat, quod secundum fidem suam credit[k]) esse faciendum[l]). Nam Zacheus et centurio, cum alter[m]) Christum in domum suam gaudens recepit, alter[m]) vero dixit: „Non sum dignus, ut intres sub tectum meum", ambo Salvatorem honorificaverunt[n]), licet diverso modo, ambo[o]) misericordiam sunt consecuti, etc.

Ad hanc eciam similitudinem valet, quod in antiquo populo unicuique piorum[p]) manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat, sic in ore cuiusque[q]) christiani corpus Christi vel cottidie vel certis[r]) diebus sumptum. Nam aliquis honorando non audet omni[s]) die sumere, et alius honorando non audet ullo die pretermittere; contemptum solum non wlt iste panis. sicut manna fastidium.

---

[a]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [b]) Sequitur determinacio sc. *GI.* [c]) ubi dicit *add. I.* [d]) *ita A rubr. et EGI;* sic inquiens *om. G; totam inscr. om. B; F ponit falsam inscriptionem, quae sequitur:* Determinacio unius collegii seu universitatis et doctorum in theologia. [e]) sit *FGI.* [f]) *A in marg. corr.* [g]) dictum *G.* [h]) accedit *A.* [i]) *om. BI.* [k]) pie credit *G;* precedit *(sic) I.* [l]) sumendum *F.* [m]) alterutrum *G.* [n]) honoraverunt *G.* [o]) et ambo *G.* [p]) patrum *G.* [q]) *om. H.* [r]) ceteris *corr.* certis *A in m.;* ceteris *B.* [s]) omni — non audet *A in m.; om. B.*

[1]) *In Walafridi Strabi Glossa ordinaria, epist. I. ad Cor. XI. ap. Migne, PL, t. 114, col. 539 non reperitur, sed allatum est probabiliter ex Milicii postilla „Gratiae dei", pars aestivalis, cod. Univ. Prag. XII D 1, f. 21b.*

Capitulum decimum sextum[a]).

Determinacio Thome de Aquino[b]) [1]).

„In hoc[c]) sacramento duo requiruntur[d]) ex parte recipientis, scilicet desiderium coniunccionis[e]) ad Christum, quod[f]) facit amor, et[g]) reverencia sacramenti, que ad donum timoris pertinet[h]). Primum autem incitat[i]) ad frequentacionem huius sacramenti cottidianam, sed secundum retrahit[k]). Unde si aliquis experimentaliter [f. 87a] cognosceret ex cottidiana sumpcione fervorem amoris augeri et reverenciam non minui, talis deberet cottidie communicare. Si autem sentiret per cottidianam communionem reverenciam minui et fervorem non multum augeri, talis deberet interdum abstinere, ut cum maiori reverencia et devocione postmodum accedat. Unde quantum ad hoc, unusquisque relinquendus est iudicio suo."

Et infra[2]): „Hec mensa adversus tribulantes ecclesie paratur. Ideo cottidie communicandum fidelibus indicebatur. Unde Anacletus[l]) papa dicit: ‚Peracta communicacione[m]) omnes communicent, qui ecclesiasticis nolunt carere liminibus[n]). Sic enim apostoli statuerunt.' Postmodum indictum fuit, ut saltem ter in anno communicarent[o]), ut dictum est, propter solempnitatem illorum[p]) dierum. Sed postmodum artatum est, ut[q]) saltem semel in anno, silicet in pascha, communicent[r]); et adhuc[s]) multi eciam ydoney non inveniuntur. Et quamvis statutum[t]) ecclesie non liceat preterire, tamen licet pluries communicare. Unde Augustinus laudat omnibus diebus dominicis[u]) communicandum esse; et[v]) ita pluries in anno potest communicare

---

[a]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [b]) *ita A rubr. et EGHI, GI add.* Sequitur . . . *I rubr.:* Incipit, *om. B; F inscr.:* Determinacio sequens cum subsequenti beati Bernhardi *(manu poster.).* [c]) In hoc autem *contin. D 1. 2.* [d]) requirentur *H.* [e]) communicacionis *E*, communionis *G.* [f]) quod facit amor *om. G.* [g]) timor et reverencia *G.* [h]) pertinent *EFGI.* [i]) moveat *H.* [k]) subtrahit *H; post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Et sic sumere videtur oc., *v. infra p. 115, lin. 16.* [l]) Ancletus *AB.* Callistus *ed. Parm.* [m]) communione sacerdotis *G;* consecratione *ed. P.* [n]) finaliter *add. F* [o]) communicent *E*, ut *omittens.* [p]) istorum *G.* [q]) quod *G.* [r]) communicarent *G.* [s]) ad hoc *F et ed. P.* [t]) statum *(sic) F.* [u]) *add. A in m., om. B.* [v]) *om. E;* esse *om. I.*

[1]) *Thomas de Aq., in IV. l. Sent., dist. XII, qu. III, art. I, quaest. IV, ed. Parm. VII. 1, p. 666.* [2]) *Ibidem.*

quis", quia „in hiis [1]), que sunt ex genere suo bona, peccatum non accidit, nisi ex aliquo accidente, dum inordinate explentur[a]), et ideo in eis persistere per se bonum est; sed abstinere ab eis[b]) non est bonum, nisi racione accidentis illius. Unde cum eucaristiam sit accipere bonum ex genere, assumere eam est bonum per se, abstinere est bonum per accidens, in quantum[c]) scilicet timetur, ne inordinate sumatur. Et quia quod est per se, preiudicat ei, quod est per accidens, ideo simpliciter loquendo melius est eucaristiam assumere quam ab ea abstinere. Sed in casu aliquo nichil prohibet esse melius abstinere, quando aliquis probabiliter agnoscit ex frequentacione[d]) reverenciam minui. Si autem hec duo comparemus, adhuc invenitur prevalere sumpcio sacramenti abstinencie a sacramento, tum[e]) racione effectus sacramenti[f]), tum[g]) racione preparacionis, quantulacumque sit[h]), tum[i]) eciam racione[k]) virtutis elicientis actum[l]), quia sumere[m]) videtur esse caritatis, in qua radix meriti consistit, abstinere autem timoris, amor autem timori prevalet, quia caritas est, que deo nos directe coniungit, sed humilitas ad hanc unionem nos disponit, in quantum deo subdit hominem. Unde meritum magis consistit in caritate, quam in humilitate. Unde dicendum est, quod in hoc maxima est gloria dei et bonitas[n]), quod se creaturis pro captu[o]) eorum communicat[p]). Unde magis videtur ad gloriam dei pertinere, quod aliquis ad communionem accedat, quam quod abstineat[q]).

Item secundum[r]) Thomam in IIII. d. XII[2]): „Ea[s]), que in hoc sacramento[t]) geruntur, habent[u]) similitudinem cum hiis, que accidunt[v]) in corporali nutrimento. Quia enim fit[w]) quasi

8) Simpliciter loquendo melius est (eucaristiam) accipere quam ab ea abstinere *A*.

[a]) *ita G;* expletur *cet. cod. Ed. Parm.:* explentur, et ideo ea perficere oc. [b]) eodem *H.* [c]) *A post corr.; add.* tamen, *sed del.* [d]) praesumit ex sumptione *ed. Parm.* [e]) cum *EFI;* tam *G.* [f]) sacramenti, tum racione *om. F.* [g]) cum *EI,* quam *G.* [h]) quantumcumque *GI.* [i]) tamen *corr.* tum *A;* tamen *F,* cum *EI,* quam *G.* [k]) *om. G;* de racione *I.* [l]) actum *corr.* tum *A,* tum *BH,* actum *EFGI et ed. P.* [m]) *contin. D 1. 2.* [n]) voluntas *G.* [o]) *om. B;* pro capacitate earum *G.* [p]) commentat *(sic) F.* [q]) *post hanc vocem contin. D 1. 2 :* Unde Bernhardus oc. *v. infra p. 116, lin. 20.* [r]) ordinem *add. E.* [s]) *A corr. sup. lin., om. G; om. I.* [t]) sacro *F.* [u]) habent — Quia enim *om. E.* [v]) accedunt *F.* [w]) Hoc fit *E.*

[1]) *Ibidem, art. II, quaest. III, p. 667—668.* [2]) *Ibidem, art. I, quaest. III, p. 665.*

continue[a]) deperdicio naturalis humoris[b]) per occasionem caloris naturalis et exercicium[c]) laboris, ideo[d]) opportet frequenter corporalem sumere cibum ad restauracionem deperditi[e]), ne perdicio continua mortem[f]) inducat. Similiter autem ex concupiscencia innata et occupacione circa exteriora fit deperdicio fervoris et devocionis, secundum que homo in deum colligitur[g]). Unde opportet, quod pluries[h]) deperdita restaurentur, ne homo totaliter alienetur a deo, sed[i]) tamen saltem semel in anno sumere necessarium est, etc.

Capitulum decimum septimum[k]).

Determinacio Bernhardi super illo verbo: „Panem nostrum cottidianum da nobis hodie“[l]) 1).

„Cur queso tantum festinas[m]) esse nobiscum, quare[n]) non differs usque cras? Si sic amor nostri[o]) te urget, ut differre nequeas, quin statim velis esse nobiscum, nec[p]) nos amplius differre debemus. Si cottidie vis cibus noster esse, tunc[q]) nescio, quid dicam de tanta benivolencia tua, quia in illis thezauris clemencie tue abissus multa. Ideo nil aliud scio dicere[r]), nisi ex quo semper vis esse nobiscum, nos omni tempore simus[s]) tecum.“

Idem[t]) Bernhardus super canonem misse: „Hoc sacramentum est sepe[u]) iterandum, quia cottidie labimur, ut per hoc cottidie expiamur[v]). Secundo, ut criminaliter peccantes, per hoc arceamur, donec per penitenciam satisfacientes, per ipsum reconciliati revertamur. Tercio, ut per hoc cicius unum efficiamur cum Christo,“ etc.[w]).

---

[a]) contingenter *E;* continua *ed. Parm.* [b]) humoris *FI;* humiditatis per actionem *ed. Parm.* [c]) exercitacionem *G.* [d]) scilicet *add. G,* videlicet *add. G,* opportet *om. G.* [e]) cibi deperditi *G.* [f]) perdicionem *I.* [g]) tollitur *GI.* [h]) pluries *G et ed. Parm.;* plura *cet. cod.* [i]) sed — est *om. in ed. Parm.* [k]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [l]) *ita ABF rubr. et EGI;* da nobis hodie *om. BEG.* [m]) festivitas *(sic) B;* tantum *add. E.* [n]) qualiter *G.* [o]) noster *G.* [p]) cum *corr.* nec *A in m.;* cum *B;* cur non ... Sed *H.* [q]) *add. A in m., om. cet. cod.* [r]) *om. I.* [s]) sumus *E.* [t]) Item *FGHI.* Unde Bernhardus *cont. D 1. 2.* [u]) semper *G.* [v]) expiemur *D 1. 2. GH;* expiaremur *F.* [w]) Amen *add. H. D 1. 2. contin.:* Ingens itaque nobis oc. *v. infra p. 119, lin. 2.*

[l]) *Verba b. Bernhardi hic allata nec in editione Parisiensi Jo. Mabillon, 2 vol., 1719, nec apud Migne, PL, t. 182—185 reperire potuimus.*

Capitulum decimum octavum[a]).

Determinacio Magistri Allani Alani[b]) [1]).

Eciam determinat Alanus[c]) contra illos, qui abutuntur[d]) illa auctoritate Augustini: Crede et manducasti, etc.[e]), asserentes, quod in presenti vita sufficeret spiritualiter communicare. Unde dicit idem Alanus in Glossa super Pater noster, Panem nostrum:

„Tres sunt dies[f]): prima est carnalis vita[g]), in qua corruptibile corpus [cum] anima vegetatur. Secunda spiritualis sive parcialis, in qua corrupto iam corpore vivit anima sine carne. Tercia integralis[h]), in qua suo corpori reformato[i]) et incorruptibili queque[k]) rursus anima sociatur. Prima laboris, secunda quietis, tercia glorificacionis. In prima meremur [f. 87[b]], in secunda expectamus, in tercia remuneramur. Prima fide lucet, secunda spe fulget, tercia recoruscat[l]). Primi compositi oculus naturalis intelligencia, secundi simplicis spiritualis gracia, tercii reintegrati cognicio iam perfecta[m]). Ad hunc triplicem diem seipsum Christus panem constituit[n]), ad primum diem subcinericium, ad secundum supercinericium, ad tercium excinericium[o]). Panis subcinericius deus homo[p]), quia verbum caro factum est, et quid caro nisi cinis[q]) ? Panis subcinericius divinitas sub humanitate: unde a multis homo, a paucis deus ante[r]) resureccionis gloriam putabatur. Panis supercinericius[s]) homo deus, quia divinitatis gracia Christus, resurgens a mortuis, verus deus apparuit et unius divinitatis[t]) gracia, non humanitatis natura homo deus. Panis supercinericius homo, quia divinitatis gracia Christus, resurgens a mortuis, verus deus apparuit et unius divinitatis gracia, non humanitatis natura homo deus dictus est. Et quid deus nisi panis, qui de celo descendit? Divinitas ergo super humanitatem

---

[a]) *ita A rubr., om. cet. cod. Cap. hoc om. est in cod. H.* [b]) *ita ABF rubr. et EGI.* Alani Alani *A*, Allani *om. cet. cod.* Sequitur *add. F.* [c]) *om. E.* [d]) quicumque utuntur *F.* [e]) *om. G.* [f]) dies hominis *G.* [g]) vite *F.* [h]) realissima et integralis *F corr.* [i]) reformati *F.* [k]) quoque *F*; que *G.* [l]) choruscat *FI*; corruscat *G.* [m]) manifesta *G.* [n]) instituit *G.* [o]) excineratum *AEF*; supercineratum *G.* [p]) homo est *G.* [q]) cinus *B.* [r]) post *B.* [s]) subcinerius *A ante corr. et BF*; *tota phrasis* Panis supercinericius homo *ac. repetitur.* [t]) supercinerem *BEF*; supercinericius *GI.*

[1]) *In Alani de Insulis operibus, ap. Migne, PL., t. 210 dicta sequentia reperire non potuimus.*

panis supercinericius: unde a paucis homo, a multis deus post resurreccionis potenciam credebatur[a]). Quare discipulis suis[b]) in multis argumentis apparuit et tactu simul et esu, licet occultum hominem se probavit[c]). Panis eciam[d]) excineratus[e]) est deus exaltatus a terra super celos celorum [et] glorificatus. Hunc triplicem panem[f]) videtur postulasse psalmista, cum dixit: „Deus, deus, meus", etc. Devocioni[g]) profecto non sufficit semel dicere „meus", sed iterat „deus", ut addatur scilicet „meus." Nam prodest[h]) michi deus, nisi sit meus? Meus inquam, qui me fecit et refecit[i]), nec deficiet in eternum. Petimus ergo, ut det nobis panem nostrum cottidianum, id est ad venturum diem necessarium hodie, id est talem, qualis ad presentem corporis et anime peregrinacionem necessarius, id est subcinericium, ut Christi fide sequentes vestigia[k]) ad percepcionem panis secundi diei, scilicet subcinericii, curramus[l]) alacriter, quo[m]) spe refecti ad realem saturitatem tercii[n]), scilicet excinerati, certissimi[o]) sublevemur."

Capitulum undevigesimum[p]).

Determinacio Innocencii pape tercii[q]) *in libro De missa, etc.*[r])[1]).

„‚Hec quocienscumque feceritis.' In percepcione corporis et sangwinis Christi magna nobis[s]) est habenda discrecio. Cavendum est enim[t]), ne si nimium differatur, mortis periculum incurratur, domino protestante[2]): ‚Nisi manducaveritis carnem[u]) filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.' Et vero quis indigne suscipiat, iudicium dampnacionis incurrat, apostolo testante[v])[3]): ‚Qui manducat et bibit indigne meum sanguinem, iudicium sibi[w]) manducat et bibit, non', etc.[x]) Ideoque iuxta vocem eiusdem apostoli[4]): ‚Probet

[a]) cognitus est *G.* [b]) *om. G.* [c]) probabat *G.* [d]) *om. FGI.* [e]) *A post corr.;* cineratus *BE,* subcineratus *G.* [f]) *om. G.* [g]) Devocionis *GI.* [h]) non prodest *F;* parum prodest *GI.* [i]) reficit *EFI.* [k]) sequens vestigia *G;* vestigari *cet. cod.* [l]) curramus *BEF.* [m]) qui *G.* [n]) panis *add. G.* [o]) certissime *G.* [p]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [q]) *om. BF;* libro *tantum H.* [r]) *ita ABF rubr. et EGHI.* Sequitur *add. F;* etc. *om. BEGI.* [s]) vobis *H.* [t]) eciam *G.* [u]) panem *G.* [v]) testante *A;* contestante *cet. cod.* [w]) *ita HI,* meum sanguinem *omittentes.* [x]) non, etc. *om. GHI.*

[1]) *Innocentii III. papae, De sacro altaris mysterio libri sex, l. V, c. XLII, ap. Migne, PL, t. 217, col. 882—883.* [2]) *Joann. VI. 54.* [3]) *I. Cor. XI. 29.* [4]) *I. Cor. XI. 28.*

seipsum homo[a]), et sic de pane isto[b]) edat et de calice bibat.' Ingens[c]) itaque nobis[d]) indicitur bene vivendi necessitas, ne corpus domini vel indigne sumendo sumamus iudicium[e]), vel sumere cessando nichilominus incurramus periculum. Necessario[f]) quippe sumendus est agnus, ut a vastante[g]) angelo protegamur, nec[h]) exire possumus de Egypto, nisi[i]) celebrando Phaze[k]), pascalem[l]) agnum edamus[l]). Dixerit[m]) ergo quispiam communicandum esse[n]) cottidie. Dixerit[o]) alius cottidie communicandum non esse. Faciat[p]) unusquisque, quod[q]) pie crediderit faciendum."

Capitulum vigesimum[r]).

Determinacio Cassiani collacione XIII[a s])[z]).

„Nec tamen[t]) ex eo nos a dominica communione suspendendum, quia nos agnoscimus[u]) peccatores, sed ad eam magis ac magis [est, et] propter[v]) anime medicinam et purificacionem spiritus sancti avide festinandum. Verumtamen ea humilitate mentis[w]) ac fide, ut indignos nos [percepcione] tante gracie[x]) iudicantes, remedia pocius nostris wlneribus expetamus[y]). Alioquin nec[z]) anniversaria quidem digne[aa]) est presumenda communio, ut quidam[bb]) faciunt, qui in monasterio consistentes, ita sacrosanctorum et celestium dignitatem[cc]) et sanctificacionem ac meritum meciuntur[dd]), ut estiment ea, non nisi sanctos atque[ee])

---

2) Bona vita *D 1.* 13) Abstinencia peccatorum (?) *D 1.*

[a]) homo, etc. *G, cet. om.* [b]) illo *EFI.* [c]) *contin. D 1. 2.* [d]) *D 1. 2. add.:* ut dicit Innocencius 3[us] in libro de missa. [e]) *om. GI.* [f]) Necesse *G.* [g]) inlacerante *add. I.* [h]) ut *H.* [i]) *add. A sup. lin., om. BE;* nisi nec *AE, sed* nec *om. cet. cod.;* nec *tantum H.* [k]) Phase *D 1. 2. FGHI;* id est transitum *add. G.* [l]) *om. F.* [m]) Licet dixerit *G.* Dixit *I.* [n]) non esse *I.* [o]) Dixerit — non esse *om. GI.* [p]) Efficiat *B.* Faciat quasi *E.* [q]) quod secundum fidem suam *add. G.* [r]) *ita A, om. cet. cod.* [s]) *ita ABF rubr. et EGHI;* XXIII *recte H;* trecessima *I.* [t]) ut dicit Cassianus collacione 13[a] *add. D 1. 2.* [u]) cognoscimus *FH.* [v]) *om. B.* [w]) *A corr.;* utentis *(sic) B.* [x]) percepcionem t. g. *G.* [y]) expectamus *false omnes cod.; post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Vehementer desidero &c., *v. infra p. 121, lin. 7.* [z]) ne *E,* ut *G.* [aa]) digna *FGI.* [bb]) quidem *E.* [cc]) dignificacionem *GI.* [dd]) meciunt *F;* menciuntur *I.* [ee]) ac *H.*

[1]) *Cf. Exod. XII.* [2]) *recte Joannis Cassiani coll. XXIII, c. 21, ap. Migne, PL, t. 49, col. 1278—1280.*

inmaculatos debere presumere et non pocius, ut sanctos mundosque nos sua[a]) participacione ipsa perficiant[b]). Qui profecto maiorem arrogancie presumpcionem, quam declinare sibi videntur, incurrunt, quia vel tunc, cum ea[c]) percipiunt, dignos se eius[d]) percepcione diiudicant[e]). Multo autem iustius est, ut cum hac humilitate cordis, qua credimus et fatemur illa sacrosancta misteria numquam nos pro merito posse contingere, singulis ea dominicis diebus[f]) ob remedium nostrarum egritudinum presumamus, quam ut[g]) vana persuasione cordis elati [f. 88a], vel post annum dignos eorum participio[h]) nos fieri posse, credamus. Quapropter ut hec intelligere et fructuose tenere possimus[i]), misericordiam domini[k]), ut nos[l]) ad perficienda hec adiuvet, attencius inploremus, que[m]) nequaquam [ita], ut cetere artes humane, precedente[n]) quadam racione verborum, sed actu pocius et experiencia[o]) preeunte discuntur[p]). Que eciam rursum, nisi tam collacionibus spiritualium virorum frequenter examinata fuerunt et pollita, quam documentis et[q]) cottidiana experigencia[r]) sollicite ventilata, aut obsolescunt incuria[s]), aut occiosa oblivione depereunt"[t]).

Capitulum vigesimum primum[u]).

Determinacio Anshelmi[v]) [1]).

„Domine Jesu Christe! Ecce accedere vellem ad sacramentum corporis et sanguinis tui preciosi. Sed quocienscumque hoc mente propono, magna[w]) in me consurgit disceptacio. Monet enim me tua[x]) benignitas, allicit[y]) suavitas, trahit ea, quam michi proventuram spero, utilitas et quasi compellit me magna

22) Oracio *F alia manu.*

a) *om. F.* b) perficiunt *I.* c) cum *om. E;* ea *G;* eam *cet. cod.* d) earum *G.* e) dicant *I.* f) *ita G et ed.;* diebus *om. cet. cod.* g) *om. G.* h) participacio *false AB.* i) possumus *I.* k) dei *I.* l) *om. GI.* m) quod *G.* n) prudencie *GI.* o) perigencia *I.* p) discimus *I,* discuntur *F et ed.;* discimur *cet. cod.* q) et quasi *GI.* r) experiencia *BFI.* s) incurie, id est a consuetudine hominum vertuntur *G.* t) detereunt *GI;* deprimuntur *F.* u) *ita A rubr., om. cet. cod.* v) *ita ABF rubr. et EGI.* Anzhelmi *scribitur in E;* beati Anzhelmi *H;* et cetera *add. I.* w) *om. E.* x) *om. I.* y) allicit — benignitas *om. I.*

1) *In S. Anselmi operibus, ap. Migne PL, t. 158 et 159 non reperitur.*

necessitas. Monet me benignitas[a]), qua tam[b]) benigne te exhibes, ut, quasi si velim[c]) te suscipere, michi te comittas, et qua fronte, qua decencia possum dimittere [te] et tibi cordis mei hospicium denegare, et[d]) in mea[e]) ponas arbitrii libertate[f]), cum tu[g]) non dedignaris intrare. Sed allicit me tua suavitas, quam etsi nondum gustare merui, nonnumquam ex dono tuo tam dulcem odorem persensi, quod vehementer[h]) desidero gustare et videre, quam suavis sit, o domine, spiritus tuus, et illo[i]) gustu plurimum indigerem, ut omnem mundi dulcedinem contempnere possem et vincere. Sed ubi hoc degustare[k]) poterit in hac via, quam in hoc cibo dulcissimo, ubi quodam modo divina suavitas in suo fonte bibitur et hauritur[l])? Demum omni die trahit me utilitas, cum omnia opera nostra merito[m]) passionis tue nostris wlneribus, quam dulciter, quam salubriter aplicentur[n]). Postremo videor[o]) quasi necessitate conpulsus, cum tot sint miserie mee[p]), peccata[q]) preterita, vicia presencia[r]), pericula inminencia, ad que[s]) diluenda, exstirpanda et vitanda non[t]) est in hac vitá efficax remedium quam corpus tuum devote et[u]) non indigne susceptum. Hee[v]) sunt, piissime Jhesu[w]), que me multum monent et in tantum monere deberent, quod peccata vitarem, totam vitam meam[x]) diligentissime custodirem et me cottidie ac semper ad suscepcionem sacramenti tam amabilis omni[y]) fervore et desiderio prepararem. Quia[z]) vero hoc non facio, cor meum non custodio, lingwam non refreno, carni, vino, mundo placeo, ad omne bonum torpeo[aa]), vagor in ocio, consolaciones et delectaciones vanas[bb]) quero ac multa mala indesinenter comitto, atque ex hiis non nisi[cc]) indignum[dd]) me reputare[ee]) audeo, accedere omnino deterreor nec presumo.

7) Anhelacio *D 1.* 23) Abstraccio *D 1.*

a) tua *add. G.* b) michi *F corr.* c) vellem *G.* d) cum *FG.* e) eo *E.* f) arbitrium libertate et *G.* g) tamen *I.* h) *contin. D 1. 2. addens:* Anshelmus. i) ideo *I.* k) degustari *FI.* l) in hoc fonte sc. *H; post hanc vocem D 1. 2. contin.* Quia vero, *v. infra l. 23.* m) sine merito *(sic) EFGI.* n) applicata *G.* o) Postremum videor *B.* Postremo video *I.* p) anime (?) mee *F corr.* q) peccatorum *corr. B.* r) *om. B.* s) atque *BGI.* t) quod non *I.* u) devote et *om. G;* tuum devote *om. I.* v) Hec *ABF.* w) Jhesu Christe *G.* x) *om. GI.* y) *A post corr.*, cum *BEG.* z) Quia vero cor *cont. D 1. 2.* aa) torpeor *corr.* torpeo *A et E;* torpeor *BI;* et . . . torpeo *H.* bb) varias *GI.* cc) *A sup. lin., om. E D 1. 2.* dd) dignum *D 1. 2.* ee) reputari *BE D 1. 2. I.*

Timeo enim, ne benignitas in[a]) indignacionem[b]) propter meam indignatem et presumpcionem, suavitas in amaritudinem et utilitas in dampnacionem perpetuam convertantur[c]) juxta sentenciam apostoli[1]): „Qui manducat[d]) indigne, iudicium sibi[e]) manducat et bibit, non diiudicans corpus domini.“ Sic igitur quantum ad te sumendum benignitate moneor, suavitate alicior[f]), utilitate atrahor, miseriarum necessitate compellor, tantum solius malicie et culpe mee[g]) non minori[h]) necessitate repellor: O, quantum malum existit, quod tam multis bonis obstitit, quod tot[i]) mala includit et[k]) tot bona excludit. Vides, alme deus, anceps[l]) et periculosum dubium cordis mei, angustie michi sunt utrobique, et quid eligam, ignoro, nam, ut dixi, negligenter vivens, non nisi indignum reputare me audeo. Si enim[m]) dignum me iudicaverim[n]), eo ipso eciam, si alias indignus non essem, ex presumpcione indignus fio, et si nunc cum[o]) tali consciencia, quod indignus sum, accessero, eciam alias si non essem, indignus essem[p]), contra conscienciam faciens, indigne accedo, ad[q]) iehennam[r]) edifico. Ve michi, ad quantam involucionem et perplexitatem inducunt[s]) me peccata. Quid ergo faciam, domine deus meus, si hanc raciocinacionem[t]) sequi voluero? Nichil restat nisi tui in eternum carere et sic in meipso miserabiliter desperare. Convertam me ergo ad misericordiam tuam et[u]) ibi queram consolacionem meam. Scio enim et scire me gaudeo, quod misericordia tua infinita est et nedum[v]) meam, sed omnium hominum maliciam excedit[w]). Absit eciam, ut me[x]) indignum iudicem, licet me dignum censere[y]) non possum. Si quidem, si dignus est honore, quem deus voluerit honorare, nemo[z]) utique se indignum iudicare poterit, nisi prius iudicetur[aa]), quod deus eum honorare non velit, sed tu quis[bb]) es, qui non

[a]) *A sup. lin., om. EHI.* [b]) indignacione *B.* [c]) *post hanc vocem cont. D 1. 2.:* Cesarius episcopus. Sicut oc., *v. infra p. 124, lin. 8.* [d]) et bibit *add. I.* [e]) etc. *G, cet. om.* [f]) et s. allicior *H.* [g]) me *AB.* [h]) minore *I;* m. n. impellor *H.* [i]) tot *sup. lin.*, tam *in linea A;* tam *BH.* [k]) et — excludit *om. F.* [l]) grave *F corr.* [m]) vero *H.* [n]) iudicaveram *E;* reputavero *H.* [o]) ex *F.* [p]) eciam *I.* [q]) et ad *GI;* ad *om. I.* [r]) gehennam *BI;* yehennam *FG.* [s]) inducant *B.* [t]) racionem *I.* [u]) *om. E;* ubi *G.* [v]) non tantum *G.* [w]) excedens *F corr.* [x]) *om. I.* [y]) censeri *G.* [z]) neque *corr.* nemo *B.* [aa]) iudicet *GI.* [bb]) qui *G.*

[1]) *I. Cor. XI. 29.*

dico servum alienum, sed dominum proprium iudicas, qui[a]) sic agis, ac si alias servi[b]) secundum dominum congnoscas, qui te sic [f. 88[b]] ad desperandum coartas et additum tibi celestis gracie claudis et abdicas. Necessario enim desperat nec est ullo[c]) modo capax gracie, quamdiu[d]) iudicat sibi deum misereri non velle, quod idem est[e]), quod se indignum iudicare. Attendant ergo, quam periculose faciant[f]), qui ex hoc communicare vel procurare[g]) negligunt, quia se indignos iudicant et credunt et ex ista indignitate dimittunt. O[h]), me miserum, ubi sum, ad quid deveni[i])! Sperabam me moveri ad communicandum et volui colligere motiva, et non invenio in me nisi retractiva. Intendebam communicare et iam nescio, quid agere[k]). Si[l]) sic erat futurum, melius forte fuissem simplici fide et humiliter accedere, quam per talem occupacionem ad tantam involucionem et perplexitatem devenire. Quod autem periculosius dubium, quam in[m]) tam salubri materia et ad salutem tam necessaria nescire, quid sit agendum? Que maior perplexitas, quam tam[n]) pia re sine periculo non posse evadere? Si[o]) non manducavero, non habebo[p]) vitam. Si autem accessero et ex eo, quod tam negligenter vivo, indignum me reputare voluero, tunc accedens[q]) cum tali consciencia, quod indignus sum, contra conscienciam facio et[r]) ad iehenam[s]) edifico. Si autem dignum me iudicavero, eciam[t]) si aliunde indignus non essem, ex presumpcione indignus fio. Dignum ergo[u]) me reputans, erro vehementer et nimis[v]) ad[w]) me presumo[x]). Indignum me iudicans et accedens[y]), tam dei[z]) quam proprie consciencie iudicium incurro, non accedens autem, utroque careo. Ecce, quo modo angustie sunt undique, et quid eligam, ignoro. Quamvis autem nesciam ad hoc, quid eligendum sit[aa]), gracias ago tamen tibi, domine deus meus, qui me tantum docuisti, ut sciam, quod nullum istorum[bb])

---

a) que *corr.* qui *A.* b) alias servi *add. A in m., om. EFGHI.* c) nullo *I.* d) qui *G.* e) *add. A in m.* f) faciunt *G*; si p. faciant, qui per hoc sc. *H.* g) vel procurare *om. G.* h) Heu *GI.* i) veni *B.* k) agerem *F*; agam *G.* l) Si — accedere *om. F.* m) eciam *B*, et *EF*, vitam *(sic) I.* n) in tam *G*; in causa *(sic) F.* o) Et si *G.* p) habeo *G.* q) et tunc accedam *G*, accedam *I.* r) .I *sup. lin. add., om. BH.* s) gehennam *BI*; yehennam *FG.* t) eciam — non essem *om. G.* u) vero *F.* v) indignus *F.* w) de *EFGI.* x) presumendo *F.* y) accedens ad te, utroque carebo *F, cet. om.* z) mei *G.* aa) *om. B.* bb) ipsorum *G.*

est[a]) eligendum, quod videlicet nec indignum[b]) me debeo reputare nec dignum, ut iam[c]) dictum est. Cum enim dignus sit honore, quem rex voluerit honorare, nemo utique[d]) se indignum iudicare potest, nisi iudicet, quod deus eum honorare non velit", etc.[e]).

Capitulum vigesimum secundum[f]).

Determinacio beati[g]) *viri Cesarii, episcopi Arelatensis*[h])[1])

„Sicut[i]) carnem vestram cottidie pascitis cibo carnali[k]), ita mentes vestras reficite omni tempore pabulo spirituali. Omnes christiani omni dominico die debent offerre et communicare, et[l]) in Quadragesima omni die moneo, ut offerrant et communicent."

Item[m]) idem in alio sermone: „Scire debetis, fratres dilectissimi in domino, quod sicut homo ex carne visibili et anima invisibili constat, ita duplici cibo pascitur homo, ut vivere possit. Unde sicut exterior homo visibilis absque pane visibili ciboque corporeo vivere non potest, ita anima[n]) invisibilis, nisi cibo invisibili, hoc est corpore domini et admonicione sancta[o]), frequenter scilicet reficiatur, vivere non valet[p]). Cum igitur ita moritur anima sine[q]) suo[r]) cibo sustentante[s]), sicut caro moritur, nisi escam corpoream percipiat, mirandum est, quare[t]) non ita[u]) homines anime cibum requirant, sicut corporis[v]) cottidie requirere student. Ecce anima nobilior est quam caro, quia caro, sive pascatur[w]) sive non pascatur[x]), hodie aut cras moritur. Que si cibo corporeo non pascatur, moritur, et si pascatur, nequaquam semper vivere poterit. Anima vero si corpore Jhesu non[x]) pascatur, quamvis essencialiter vivat, tamen spiritualiter

---

[a]) sit *I.* [b]) dignum . . . nec indignum *GI.* [c]) *om. GI.* [d]) neque utique *B;* nemo enim *GI.* [e]) velle, *F;* etc. *om. BFG;* ipsum h. non v. *H.* [f]) *ita A, om. cet. cod.* [g]) *om. G.* [h]) *ita ABF rubr. et EGHI.* Sequitur etc. *add. F.* Arelatensis *om. G.* Areolocensis et cetera *(sic) I.* [i]) *contin. D 1. 2.* [k]) corporali *I.* [l]) *om. E.* [m]) Idem *D 1. 2., cet. om.* [n]) anime invisibile *F;* anima *om. GI.* [o]) facta *B.* [p]) licet *F.* [q]) nisi *corr. sup. lin.* sine *A;* nisi *BEF D 1. 2.* [r]) *om. I.* [s]) sustentetur *corr.* sustentante *A;* sustentetur *B D 1. 2. F;* suscitentur *E.* [t]) Mirandum qualiter *G.* [u]) ita cottidie *F.* [v]) corporis cibum *F.* [w]) pascitur *G.* [x]) *om. I.*

[1]) *In S. Caesarii episc. Arelatensis operibus ap. Migne, PL, t. 67, col. 1042—1166 (cf. Bibl. vet. p., t. XI, p. 3—21) haec dicta reperire non potuimus. Sed cf. in oper. S. Augustini, serm. 141, ap. Migne, PL, t. 39, col. 2022.*

non vivit. Que si corpore domini cottidie pasceretur, felicissime in eternum et hoc[a]) sine ulla morte viveret. Quapropter[b]), karissimi, auribus cordis solerter illud audite, quod in lege et in[c]) ewangelio legitur[1]): „Non in solo pane vivit homo", etc. Est[d]) sensus: sicut exterior homo visibili, ita anima invisibili pane reficitur, ut vivere possit. Quia igitur non est dubium[e]) ita esse, attencius requirite anime cibum, sicut escam corporis cottidie[f]) studiose percipitis[g]). Nam si[h]) essent[i]) homines de cibo spirituali, videlicet de corpore Christi, sicut de corporali soliciti sunt, nullus periret, nullus ad eterne dampnacionis penam transiret[k]), sed omnes essent felices cunctique fuissent beati"[l]). — Hec ille[m]).

Capitulum vigesimum tercium[n]).

Determinacio Crisostomi super epistolam ad Hebreos, sermone XVII. sic inquit[o])[2]).

„Sunt plurimi, qui ex hoc sacrificio[p]) semel accipiunt in toto[q]) anno, alii bis, alii sepius. Ad[r]) omnes ergo nobis[s]) sermo est, non ad eos, qui hic sunt tantum, sed eciam[t]) ad eos, qui in heremo sedent. Illi enim semel in anno participant, fortasse[u]) et post duos annos. Quid ergo est, quos magis acceptamus: eosne, qui semel, an eos, qui sepius, an illos, qui raro accipiunt[v])? Neque[w]) illos, qui semel, neque illos, qui sepius, neque illos[x]), qui raro accipiunt, sed eos, qui cum munda consciencia, cum mundo corde, cum vita irreprehensibili. Isti semper accedant, qui vero tales non sunt, neque semel in anno[y]). Quid[z]) ita? Quia iudicium sibi accipiunt et dampnacionem et supplicium.

---

a) hic *EF.* b) Quapropter — studiose percipitis *om. D 1. 2.* c) *om. I.* d) Est enim *G.* e) dicendum (dd.) *E.* f) *om. G.* g) percipit *I.* h) et si *GI.* i) *om. G.* k) eternam dampnacionis transiret *G.* l) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Augustinus vero dicit oc., *v. infra p. 127, lin. 6.* m) etc. *add. EI.* n) *ita A rubr., om. cet. cod.* o) *ita ABF rubr. et EGI;* sic inquit *om. BFH; H ponit:* decimo octavo. p) ex sacramento *F.* q) *om. G.* r) Ad — duos annos *om. D 1. 2.* s) nos *BH.* t) tantum *add. G.* u) fortassis *BFI.* v) suscipiunt *H.* w) Neque — accipiunt *add. A in m.* Non enim *F.* x) istos *G.* y) *add. A in m., om. B D 1. 2. EFH.* z) Quare *F corr.*

1) *Matth. IV. 4.* 2) *S. Joannis Chrysostomi in epist. ad Hebraeos, c. 10, hom. XVII, apud Migne, PG, t. 63, col. 131.*

Et non mireris[a]). Sicut enim cibus naturaliter nutricionis[b]) extans[c]) [f. 89[b]], si in eum, qui pravis cibis corruptus est, inciderit, omnia perdet et corrumpet et efficietur[d]) occasio morbi[e]), sic eciam ista, que ad hec terribilia pertinent sacramenta[f]). Si frueris mensa regali[g]) et iterum polluis xeno[h]) os tuum, perungis ungento precioso et iterum fetoribus[i]) illico[k]) imples, dic michi rogo, qui post annum communionem[l]) participaris[m]), quadraginta dies putas[n]) tibi sufficere ad emundacionem[o]) peccatorum tocius anni, et iterum septuaginta[p]) transeunte[q]) trades te ipsum primis sordibus, dic enim m.chi, si salvus[r]) quadraginta diebus ab egritudine longa iterum te illis mortificatoribus cibis tradas[s]), num[t]) et primum laborem perdes[u]) ? Si enim naturalia sic mutantur, quanto[v]) amplius voluntaria, ut puta, quod[w]) dico naturaliter, videmus et sanos habemus oculos. Sed aliquando ex mala quadam affeccione leditur noster obtuitus. Si igitur naturalia sic[x]) mutantur, quanto amplius, que ad voluntatem pertinent. Quadraginta dies tantum tribuis saluti anime tue. Arbitror autem, quia[y]) neque quadraginta dies[z]) tibi speras propiciari deum, jocaris magis, dic michi, hec dicens: Non ab una nos in-anno[aa]) percepcione veto, sed volo[bb]) sepe nos[cc]) digne[dd]) accedere. Sanctis hec concessa sunt, supple[ee]) secundum morem orientalis ecclesie dyaconus[ff]) insonat in illa[gg]) hora, sanctos vocans[hh]), et per hanc vocem veluti maculas inspiciens[ii]). Sicut enim in grege, ubi multe quidem[kk]) salve sunt pecudes, multe autem scabie plene sunt, necesse est, ut hee prohibeantur a sanis[ll]), sic eciam in ecclesia, quoniam alie quidem sunt salve

---

a) Et non mireris *om. B.* b) nutritorius *D 1. 2. FI.* c) exstans *F,* existens *I.* d) efficitur *I.* e) occasio morbis *F;* causa morbi *G.* f) *post hanc vocem cod D 1. 2. add.* Hec de frequenti et quotidiana communione, *quibus vocibus et excerpta eorum ex l. III. tr. 3 finem habent.* g) mensa spirituali, m. r. *H.* h) pollueris *tantum I;* sceno *A.* i) *om. I.* k) illud *BEFGI;* illecto *H.* l) sermonem *corr.* communionem *A;* sermone *BE;* communione *GI;* stercori *(sic) F.* m) participans sermonem prepararis *H.* n) reputas *G.* o) emendacionem *GI,* peccatorum *om. I.* p) septuagenta *BF;* septuagesima *GI.* q) pereunte *G.* r) salvus fueris *G.* s) tradis *H.* t) Nonne *FGI.* u) perdis *GI.* v) et quanto *F;* quantum magis *G.* w) *om. G,* ut *I.* x) *sup. lin. add. A, om. BEFH.* y) quod *G.* z) diebus *F.* aa) *om. I.* bb) solo *ABH.* cc) vos *FGI.* dd) *om. I.* ee) propter *EI;* a papa *F.* ff) hoc eciam d. *H.* gg) nulla *(sic) FGI.* hh) vetans *GI.* ii) vincula inspicies *G.* kk) *om. GI.* ll) a sociis *BF.*

pecudes, alie autem viciate, per hanc vocem prohibentur hec ab hiis"[a]). — Hec Crisostomus[b]).

Capitulum vigesimum quintum[c]).

Determinacio Augustini in libro[d]) *De ecclesiasticis dogmatibus*[e]).

Augustinus[f]) vero dicit in libro De ecclesiasticis dogmatibus[1]): „Cottidie eucaristie communionem percipere[g]) nec laudo nec vitupero." Quod exponens Archidiaconus[h]) super decreto[i]) sic dicit: „Nec laudo, quia forte malus est, qui accipit[k]), nec vitupero, quia forte bonus est accipiens. Item non laudo, quia potest[l]) sumere mala intencione, nec vitupero, quia potest hoc[m]) facere bona et pura intencione." Ignorans ergo Augustinus intenciones sumencium, hoc[n]) dicit. Ideo numquam vituperantur digne[o]) sumentes, sed indigni semper vituperantur. Quod[p]) autem bonum sit sepe communicare, ideo notanter dicit: „Omnibus tamen diebus dominicis communicandum[q]) hortor, si tamen mens sine voluntate peccandi sit. Nam habentem ad hoc[r]) voluntatem peccandi, gravari magis dico eucaristie percepcione quam purgari. Et ideo quamvis peccato quis mordeatur, peccandi tamen de cetero[s]) non habeat voluntatem et communicaturus satisfaciat lacrimis et oracionibus, et confidens de domini miseracione, qua[t]) confitencium peccata pie delere consuevit, accedat intrepidus et securus[u]). Et hoc intellige de illo, quem mortalia non gravant. Nam[v]) quem mortalia peccata vel criminalia post baptismum gravant, hortor prius publica peni-

---

[a]) *in cod. H continuantur excerpta de Chrysostomo usque ad vocem:* et calicem regalem attingat. [b]) Que Crisostomus *E; om. G.* [c]) *ita A rubr., om. cet. coll.; recte* Cap. vigesimum quartum. *Cf. superius* Cap. nullum. [d]) *om. GI.* [e]) *ita ABF rubr. et EGHI;* etc. *add. FI;* docmatibus *scribitur in BGHI.* [f]) *contin. D 1. 2.* [g]) accipere *G.* [h]) Archidyaconus *BFGI.* [i]) decreta *G.* [k]) recipit *G.* [l]) forte potest *BF.* [m]) hec *G.* [n]) Augustinus hoc *E;* hec *G.* [o]) digne — vituperantur *om. BF.* [p]) Qui *EI.* [q]) ad communicandum *G.* [r]) adhuc *recte D 1. 2. GI.* [s]) *om. G.* [t]) qui *recte I.* [u]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Idem ad Januarium oc. *v. infra p. 128, lin. 17.* [v]) Nam — criminalia *om. G. ponens:* Si autem post baptismum oc.

[1]) *De eccles. dogm. c. 23, ap. Migne, PL, t. 42, col. 1217. Non est Augustini, cf. Decr. III. De consecr. dist. II, c. 13, ed. Friedbergiana, col. 1318. Allatum probabiliter ex Milicii postilla „Gratiae dei", l. c., p. 113, prout etiam excerpta, quae inferius sequuntur.*

tencia satisfacere et ita sacerdotis iudicio reconciliatum communicacionem[a]) sociari, si wlt non[b]) ad iudicium, sed ad salvacionem sui eucaristiam sumere. Sed eciam secreta satisfaccione solvi mortalia .crimina[c]) non negamus."

Idem[d]) Augustinus in libro[e]) de verbis domini dicit[1]): „Non[f]) iste est panis, qui vadit in[g]) corpus, sed panis vite eterne, qui anime nostre substanciam fulcit... Latinus autem hunc panem cottidianum dicit, quem Greci dicunt advenientem. Si cottidianus panis est, cur[h]) post annum sumis illum, quemadmodum Greci in Oriente facere consueverunt. Accipe cottidie, quod cottidie tibi[i]) prosit. Sic vive cottidie, ut cottidie merearis accipere; mortis enim domini significacio et remissio peccatorum est. Qui wlnus habet, medicinam querit[k]). Wlnus est, quia sub peccato sumus. Medicina est celeste et venerabile sacrificium[l]). Si cottidie accipis, cottidie tibi est hodie. Christus tibi cottidie resurgit; hodie[m]) enim est, quando Christus resurgit," etc.[n]).

Idem[o]) Augustinus ad Januarium libro[p]) primo dicit[q])[2]): „Peccata, si non tanta sunt, ut excommunicandus quisque iudicetur, non se debet a cottidiana medicina dominici corporis separare."

Idem[r]) super primos[s]) verbo Mt. VI[3]): ‚Panem nostrum[t]) cottidianum', dicit: „Accipe cottidie, quod tibi cottidie prosit. Sic vive cottidie, ut cottidie merearis accipere, etc.[u]). Qui non meretur cottidie accipere, non meretur post annum accipere[v])." Hoc intellige, quia[w]) minus aptus erit, ex quo non consuevit[x]) sepe sumere; per disuetudinem enim homo et abusum nec[y]) confitetur nec vigilat in penitencia[z]), et sicut vitis, que non circumfoditur nec a superfluis preciditur, germinat in

---

5) Nota *add. A alia manu.*

a) communicacioni *EHI;* communicacione *G.* b) si non velit *G.* c) peccata *GI.* d) Item *H.* e) *om. G.* f) Nonne *corr.* Non *A.* g) ad *H.* h) cur non nisi *GI.* i) *om. E.* k) querat *G.* l) sacramentum *F et editio.* m) hodie — resurgit *om. F.* n) *om. EI.* o) *om. BF; cont. D 1. 2.* Item *GH.* p) in Januar. in libro *I.* q) *om. D 1. 2.* r) Et *D 1. 2.* Quod *G.* Item *H.* s) illo *D 1. 2. I.* t) etc. *add. D 1. 2.* u) *om. EG.* v) *post hanc vocem contin. D 1. 2.:* Idem: Iteratur oc. *v. infra p. 129, lin. 3.* w) quod *G.* x) asuevit *G.* y) non *G.* z) *om. I.*

1) *Serm. 84. de verbis domini ap. Migne, PL, t. 39, col. 1907. Cf. etiam Decret. III, l. c., c. 56, p. 1335 et Milicii postillam „Gratiae dei", l. c.*

2) *S. Augustini ad inquis. Januarii, l. I, c. 3, ap. Migne, PL, t. 33, col. 201.*

3) *Sermo 84. l. c. Cf. Decr. l. c., c. 56, p. 1335.*

malis operibus[a]) et actibus mundi, qui si[b]) sepe communicaret, utique paracior et[c]) dignior esset.

Item Augustinus[1]): „Iteratur[d]) cottidie hec oblacio, licet Christus semel passus sit[e]), quia cottidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Et [ideo] quia cottidie labimur, cottidie Christus pro nobis ymmolatur . . . Dedit enim hoc sacrificium[f]), ut quia nos cottidie peccamus et[g]) ille[h]) mori non iam potest, per hoc sacrificium[i]) remissionem[k]) [f. 89[b]] consequamur[l]). Cottidie sumitur ipse[m]) et comeditur in veritate, sed[n]) iam potest integer et vivus manere. Item misterium fidei dicitur, quia credere debes, quod ibi salus nostra consistat."

Item[o]) in libro quinquagesimo Omeliarum, omelia[p]) XLIII.[q])[2]): „‚Panem nostrum cottidianum da nobis hodie.' Intelligitur hoc valde[r]) bene, videlicet ‚panem cottidianum da nobis hodie', eucaristiam tuam, cottidianum cibum. Norunt[s]) enim fideles, quid accipiant, et quid bonum est eis accipere panem cottidianum huic tempori[t]) necessarium; pro se rogant, ut bona faciant, ut[u]) in bonitate et fide et bona vita perseverent. Hoc optant, hoc orant, quia qui non perseverant in bona vita, separabuntur ab hoc pane. Quid est: ‚Da nobis hodie', nisi: Da, ut sic vivamus, ut ab altari tuo non separemur?" — Hec ille[v]).

„Idem[w])[3]) est, si dixerit quispiam non cottidie accipiendum eucaristiam, alius affirmat cottidie. Faciat unusquisque, quod secundum fidem suam pie crediderit esse faciendum. Neque enim litigaverunt inter se aut quispiam[x]) eorum se alteri preposuit, Zacheus et ille[y]) centurio, cum alter eorum gaudens, in domum suam suscepit Christum, alter vero domino dixit:

---

a) in operibus *I.* b) *om. BFH.* c) *sup. lin. add. A.* d) *contin. D 1. 2.* e) *om. D 1. 2.*; est *H.* f) nobis *add. G.* g) et — iam potest *A in textu, sed in m.:* et ille modo iam pati non potest. h) ipse *G.* i) *add. A in m., om. D 1. 2.* k) *om. B.* l) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Criso. super epist. ad Hebr. oc., *v. supra p. 125, lin. 13.* m) et ipse et conceditur *(sic) C.* n) et *BF.* o) Item — Hec ille, *totam hanc paragraphum om. E.* p) *om. BF.* q) Item — XLIII *A rubr.*; sic dicit *add. H.* r) valere *G*; bene *om. GI.* s) Norunt — accipiant *om. B.* Noverunt *G.* t) tempore *I*; huic pernecessarium *H.* u) et ut *GI.* v) *om. G.* w) Quid *(sic) G.* x) quisquam *BEFG*; quisnam *I.* y) ipse *G.*

1) *Allatum ex Decr., l. c., c. 72, p. 1342.* 2) *recte hom. 42, ap. Migne, PL, t. 38, col. 395.* 3) *S. Augustini ad Januar., lib. I, c. 3, ap. Migne, PL, t. 33, col. 201. Allatum ex Decr., l. c., p. 1319.*

‚Domine[a]), non sum dignus, ut intres, etc.[b]): ambo Salvatorem honorificantes, quamvis non uno modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc valet, quod manna secundum voluntatem propriam in ore cuiusque sapiebat", etc.

Idem Augustinus in quodam sermone, qui incipit: ‚Circulo consecrato[c]) anno revoluto debitum sermonem', et cetera[d])[1]): „‚Parasti in conspectu meo mensam adversus omnes, qui tribulant me'[2]). Ista mensa agnoscitur altaris domini consecracio. Nam inde[e]), quid dicit Sapiencia[3]): ‚Sapiencia edificavit sibi domum, excidit columpnas septem, paravit mensam suam, misit servos suos, convocans omnes et dicens: Venite et edite de meis panibus et bibite vinum, quod miscui vobis.' Et quia istam mensam preparavit servis et ancillis in conspectu eorum, ut cottidie in similitudine corporis et sanguinis Christi panem et vinum[f]) secundum ordinem Melchisedech ostenderet, ostendendo nos cibaret in sacramento, ideo dicit: ‚Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui[g]) tribulant me.' Qui sunt isti[h]), qui nos tribulant? Suggesciones inimice et cogitaciones[i]), cupiditates, delectaciones, seculi honores. Isti tribulant, quia huiusmodi, qui ita vivunt, tribulaciones carnis habent, sed veniunt ad mensam potentis, considerantes ea, que apponuntur eis, accipere cum tremore et timore, et tribulaciones efficiuntur consolaciones, aufferuntur[k]) ea, que sunt carnis, infunduntur ea, que sunt spiritus, ex mensa preparata proficiunt contra eos, qui tribulant eos[l])", etc.[m]).

---

[a]) *om. G.* [b]) ut intres *om. GI;* sub tectum meum *add. H.* [c]) confecto *BF.* [d]) *om. E.* [e]) idem *F.* [f]) suum *add. G.* [g]) qui tribulant me *om. G.* [h]) *om. I.* [i]) agitaciones *BEFI.* [k]) aufferunt *B.* [l]) illos *H.* [m]) *om. EG.*

[1]) *In sermonibus s. Augustini, ap. Migne, PL, t. 38, 39 et 46 dicta sequentia reperire non potuimus.* [2]) *Psalm. XXII. 5.* [3]) *Proverb. IX. 1—5 (libere allatum).*

Capitulum vigesimum sextum[a]).

Determinacio beati Ambrosii libro[b]) *quinto De misteriis et sacramentis, exponens dominicam oracionem, dicit*[c])[1]):

„Panem enim, panem dixit, ‚epiusyon'[d]) dixit[e]), hoc est supersubstancialem. Non iste panis est, qui vadit in corpus, sed panis vite eterne, qui anime nostre substanciam fulcit[f]). Ideo grece ‚epiusyon'[g]) dicitur. Latinus autem hunc[h]) panem cottidianum dixit[i]), quem[k]) Greci advenientem dicunt. Ergo quod Latinus dixit et quod Grecus, utrumque utile videtur: Grecus utrumque uno sermone significavit, Latinus cottidianum dixit. Et si cottidianus est panis, cur post annum illum[l]) sumis, quemadmodum Greci in Oriente facere[m]) consueverunt? Accipe cottidie, quod cottidie tibi prosit. Sic vive, ut cottidie merearis accipere. Qui non meretur cottidie accipere, non meretur post annum accipere. Quando[n]) Job sanctus pro filiis suis offerebat sacrificium [Job I, 5], ne forte aliquid[o]) vel[p]) in corde vel in sermone peccassent? Ergo cum audis, quod quociencumque offertur sacrificium[q]), mors domini, resurreccio domini, elevacio domini significatur et remissio peccatorum, cur[r]) panem istum vite cottidianum non assumis (I. Cor. XI. 26)? Qui wlnus habet, medicinam requirit[s]). Wlnus est, quia sub peccato sumus: medicina est celeste et venerabile sacramentum. ‚Panem enim[t]) cottidianum da nobis hodie.' Cottidie si[u]) accipis, cottidie tibi hodie est. Si tibi hodie est Christus, Christus tibi cottidie resurgit", etc.

---

[a]) ita *A rubr., om. cet. cod.* [b]) in libro *GI;* beati *om. H.* [c]) *ita ABF rubr. et EGHI;* dicit *om. BH;* sic dicit etc. *F.* [d]) epiusyon *AH; recte* ἐπιούσιον; epyusion *BFG;* epyuseon *I.* [e]) *om. GI.* [f]) id est ornat *add. G.* [g]) epiusion *A ante corr. et B;* epiuseon *EF;* epyuseon *GI; recte* ἐπιούσιος. [h]) habet *F.* [i]) dicit *G.* [k]) hunc *B.* [l]) eum *H.* [m]) *om. BI;* accipere *G.* [n]) Quo *B.* Quem *F.* Quoniam *G.* [o]) *om. GI.* [p]) *om. F.* [q]) hoc *add. GI.* [r]) cum *G.* [s]) querit *I.* [t]) nostrum *G.* [u]) si accipis, cottidie *om. BF.*

[1]) *S. Ambrosii De sacramentis l. V, c. 4, ap. Migne, PL, t. 16, col. 452—453.*

Capitulum vigesimum septimum[a]).

Determinacio beati Jeronimi[b]).

Jeronimus in epistola[c]) „Non opinanti[d]) michi", circa finem epistole, respondens questioni illius[e]) Lucilli, qui inter alia querebat, an omni die sit communicandum, inter cetera sic dicit[f])[1]): „Ego illud te breviter admonendum puto, tradiciones ecclesiasticas, presertim, que fidei non officiunt[g]), ita servandas, ut a maioribus tradite sunt, nec aliorum consuetudine nec aliorum contrario subverti more." Et infra post pauca: „Eucaristiam quoque absque dampnacione nostri et nos[h]) pungente consciencia, semper accipere, et psalmistam[i]) audire[k]) dicentem[2]) [f. 90c]: ‚Gustate et videte, quoniam suavis est dominus' ", etc

Idem[l]) Jeronimus super Mar. XIIII° ca°[m])[3]): ‚Hic est enim[n]) sanguis meus', scribens, dicit[o])[4]): „Christus calicem impletum vino et aqua in sanguinem suum mutat. Unde mensa mundi debitis[p]) obligat convivas, sed mensa Christi digne convivantes[q]) inmunes[r]) et liberos a peccatis reddit."

Idem[s]) Jeronimus in Appollogetico[t]) ad Pammachium dicit[5]): „Scio[u]) Rome hanc esse consuetudinem, ut fideles semper corpus Christi accipiant, quod nec reprehendo nec probo. „Unusquisque enim in[v]) suo sensu habundat." Sed ipsorum conscienciam convenio, qui[w]) eodem die post coitum communicant et iuxta Persyum[x]) „noctem[y]) in flumine[z]) purgant"; quare ad Martires non audent, quare non ingrediuntur ecclesias[aa])? An alius in publico, alius in domo Christus est? Quod[bb])

---

a) *ita A rubr., om. cet. cod.* b) *ita ABF rubr. et EGHI.* Sequitur et est ista *add. F.* c) *ita A add. et H; om. cet. cod.* d) opinative *G.* e) *om. I.* f) dixit *F.* g) efficiunt *corr.* officiunt *A;* efficiunt *BFG.* h) non *BF, om. G et editio;* repugnante *sequitur in BF.* i) *ita FGI;* psalmista *cet. cod.* k) audite *FG;* audi *cet. cod.;* audire *editio.* l) Item *GI.* m) apostolo *F.* n) *om. F.* o) sic dicit *I.* p) divitis *GI.* q) communicantes *I.* r) id est inparticipes *add. G.* s) *om. I.* t) suo *add. GI.* u) Scire debes *GI.* v) enim in *om. GI.* w) ideo compello *(sic) G;* quod *I.* x) *A post corr.;* Persium *BFGI.* y) nocte *I.* z) lumine *BF;* flumine *EG et editio;* purgant — An *om. G.* aa) ad ecclesias *H.* bb) Qui *F.* Quod si *H.*

1) *S. Hieronymi ep. LXXI, ap. Migne PL, t. 22, col. 672.* 2) *Psalm. XXXIII. 9.* 3) *Marci XIV. 24.* 4) *verisimiliter aliquod opusculum S. Hieronymi suppositium hic adfertur. Cf. Migne, t. 30, col. 632.* 5) *S. Hieronymi ep. XLVIII, seu liber apologeticus ad Pammachium, ap. Migne, PL, t. 22, col. 506.*

in ecclesia non licet[a]), nec domi licet[a]). Nichil deo clausum est, et tenebre quoque lucent aput deum. Probet se unusquisque et sic ad corpus Christus accedat. Non quod dilate[b]) communionis unus dies aut biduum[c]) sancciorem efficiant christianum, ut quod hodie non merui, cras vel[d]) pridie merear. Sed quod, dum[e]) doleo non communicasse me corpori Christi, abstineam me paulisper ab uxoris[f]) amplexu, ut amori coniugis amorem Christi preferam. Durum est et non ferendum. Quis hoc seclarium sustinere potest? Qui sustinere potest, sustineat, qui non potest, ipse viderit. Nobis cura est[g]), non quid[h]) unusquisque possit[i]) aut velit[k]), sed quid scripture precipiant dicere", etc.[l]).

Idem Jeronimus in Questionibus[m]) ad Ebedyam[n]), questione II[a] dicit[o])[1]): „Non Moyses dedit nobis panem verum, sed dominus Jhesus, ipse conviva et convivium, ipse comedens et qui comeditur. Illius bibimus[p]) sanguinem et sine ipso potare non possumus et cottidie in sacrificiis eius de genimine vitis vere et vinea Soreth, que interpretatur electa, rubencia musta calcamus, et novum ex hiis vinum bibimus in regno patris, nequaquam in vetustate littere, sed in novitate spiritus, cantantes canticum novum, quod nemo poterat canere, nisi in regno ecclesie, quod regnum patris est. Hunc panem Jacob patriarcha comedere[q]) cupiebat, dicens[2]): ‚Si fuerit dominus deus mecum et dederit michi panem ad edendum et vestem ad induendum.' Quot quot[r]) enim in Christo baptizamur, Christum[s]) induimur et panem comedimus angelorum et audimus[t]) dominum predicantem: ‚Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me et impleam opus eius'. Faciamus[u]) igitur voluntatem eius, qui nos misit[v]), et impleamus opus eius; et Christus nobiscum bibet in regno ecclesie sanguinem suum"[w]).

---

[a]) lucet *BF.* [b]) dilata *I.* [c]) biduus *BF.* [d]) vel hodie *F.* [e]) Sed cum *GHI.* [f]) uxoribus *(sic) F.* [g]) *om. G.* [h]) Nam quid *E.* Non quam *I.* [i]) poterit *G.* [k]) quid velit *I.* [l]) dicere etc. *A del. et om. H.* [m]) *om. I.* [n]) Ebediam *BFHI.* Elbidium *G.* [o]) *om. GI.* [p]) lambimus *G.* [q]) *A post corr.* [r]) Quidcumque *G.* Quod I. [s]) *add. A in m.* [t]) audivimus *I.* [u]) Faciamus — opus eius *om. G.* [v]) nos *add. A in m.; om. BEI.* [w]) preciosum *add. G.*

[1]) *S. Hieronymi epist. CXX, ap. Migne, PL, t. 22, col. 986.* [2]) *Gen. XXVIII. 20.*

Capitulum vigesimum octavum[a]).

Determinacio[b]) *Anacleti pape, simul et preceptum, qui dicit, etc.*[c]) [1]):

„Peracta communione[d]) omnes communicent, qui ecclesiasticis nolunt carere liminibus[e]). Sic enim apostoli statuerunt." Nec obstat ei constitucio[f]) Fabiani pape et aliorum, qui ter in anno aut semel sanxerunt communicandum plebibus christianis, quia hoc statuerunt non quidem a cottidiana vel crebra communione dignos repellendo, ut est notorium cuilibet intuenti, sed magis pigros christianos et negligentes iuxta decretum ewangelii conpellendo per hoc ad cenam patrisfamilias intrandum per precepta. Unde illa[g]) constitucio[h]) Fabiani pape et omnes alie de sacramento hoc[i]) consequentes[k]) merito magis proprie conpulsiones quam constituciones sunt nunccupande et censende[l]).

Capitulum undetricesimum[m]).

Determinacio beati Pauli apostoli[n]).

Paulus vero apostolus invitans ad hanc sacratissimam cenam frequentandam, dicit I. Cor. V. b.[o]) [2]): „Etenim pascha nostrum ymolatus est Christus. Itaque[p]) epulemur, non in fermento malicie et nequicie, sed in azimis sinceritatis et veritatis." Hic itaque hortatur apostolus ad epulandum hoc sacramentum frequenter, quod est Christus. Idem dicit[q]) Hebr. XIII [3]): „Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est fructum labiorum confitencium nomen eius." Et tunc ad propositum: „Beneficencie et communionis nolite oblivisci; talibus

[a]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [b]) Declaracio *I.* [c]) *ita ABF rubr. et EGHI;* qui dicit *om. H,* etc. *om. BFGI.* [d]) sacerdotis *add. G.* [e]) *corr. in marg. A.* [f]) institucio *G.* [g]) ista *G.* [h]) institucio *GI.* [i]) pro hoc *E.* [k]) per consequens *BFG.* [l]) cessende *corr.* censende *A; om. G.* [m]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [n]) *ita ABF rubr. et EGHI.,* [o]) dicens *BF, om. EGHI.* [p]) Itaque — intelligitur *add. A in m., sed E et I om., ponentes tantum:* Christus, id est agnus paschalis oc. *G habet:* Christus, prout dicit Gorra oc. [q]) Nam ad idem *BFH.*

[1]) *Cf. Decret. Pseudoisid., ed. Hinschius, p. 70 et Decr. III. De consecr. dist. II, c. 10, ed. Friedbergiana, p. 1317.* [2]) *I. Cor. V. 7—8.* [3]) *Hebr. XIII. 15—16.*

enim hostiis promeretur deus.“ Per pascha igitur ymolatum pro nobis intelligitur agnus paschalis vel eucaristia, prout dicit Gorra super eodem verbo inquiens[a])[1]): „Ecce agnus paschalis, quem edere debemus. Apok. V[b])[2]): ‚Dignus est agnus, qui occisus est‘, etc. Et ergo super omnia amandus est Christus, qui datus est nobis cibus in viaticum nostre peregrinacionis. Unde subditur: „Ymolatus est“ in premium nostre salutis, et dicitur „Christus“, id est unctus. Ungit enim nos oleo leticie in celestibus.“ Et infra: „Notandum est hic[c]), quod homo libencius epulatur, quando cibus est sanus, suus[d]), paratus et sapidus. Talis est cibus altaris, secundum quod inplicatur hic[e]): Est enim sanus. Unde dicitur pascha, id est transitus, quia facit[f]) transire de bono in melius, de[g]) meliori in optimum. Unde dicit[h]) psalmista[3]): „Transibo in[i]) locum thabernaculi admirabilis,“ etc. Item est suus[k]), ad quod in ewangelio[4]): „Panem nostrum cottidianum.“ Unde dicitur „nostrum“, non tantum divitum, sed omnium bonorum. Item est[l]) paratus, quia dicitur: „Ymolatus est[m])“. Unde in[n]) psalmista[5]): „Parasti in conspectu meo mensam.“ Mensa fuit posita die[o]) Jovis[p]) in cena, agnus occisus die Veneris, ministratus die[q]) dominico ad epulandam[r]) [f. 90[b]]. Item est[s]) sapidus. Unde dicitur unctus. „Itaque epulemur“, scilicet[t]) nos timentes, (Tho. II[o 6]): „Vade et adduc[u]) aliquos de tribu, timentes deum, ut[v]) epulentur nobiscum“), penitentes (Luc. XV[o 7]): „Epulari autem et gaudere oportebat[w]), quia hic frater tuus mortuus[x]) fuit et revixit; perditus[y]) et inventus est“), credentes (Deut[o]. XVI[o 8]): „Adorato domino“[z]). „Itaque“, quia scilicet est pascha nostrum, „epulemur“ nos ipsi incorporando

[a]) sic inquiens *I.* [b]) ultimo *GI.* [c]) est hic *om. BF.* [d]) *A corr., om. G.* [e]) hic — sanus *om. GI.* [f]) fecit *AH.* [g]) et de *H.* [h]) *om. H.* [i]) ad *FGI.* [k]) *ita H;* tuus *FGI;* finis *cet. cod.* [l]) dicitur *B.* [m]) *om. GI.* [n]) *om. EGH.* [o]) die dominico *A ante corr. et B;* posita die d. *om. I.* [p]) Jovis — epulandum *add. A in m. alia manu, om. B.* [q]) in die *G.* [r]) *om. EG;* epulandum *I.* [s]) *om. B.* [t]) *om. GI.* [u]) adhuc *corr.* adhuc *A;* ad duo *(sic) E.* [v]) et *ABEFI.* [w]) oportet *I.* [x]) mortuus, etc. *H, cet. om.* [y]) perierat *I.* [z]) deo tuo epulaberis *add. G.*

[1]) *Nicolai de Gorran Postilla, ed. Paris. 1531, f. 69[a].* [2]) *Apoc. V. 12.* [3]) *Psalm. XLI. 5.* [4]) *Lucae XI. 3.* [5]) *Psalm. XXII. 5.* [6]) *Thobiae II. 2.* [7]) *Lucae XV. 22.* [8]) *Deutero, XVI. 10.*

secundum illud [Augustini]: Nec tu me[a]) mutabis in te, sicut cibum carnis tue, sed[b]) tu mutaberis in me," etc.[c]).

Capitulum tricesimum[d]).

Determinacio Actuum apostolorum, ubi[e]) *II*° *cap*°. *dicitur*[f]) [1]):

„Cottidie quoque perdurantes unanimiter in templo et frangentes panem, sumebant cibum cum exultacione et simplicitate cordis[g]), habentes graciam ad omnem plebem. Dominus autem augebat, qui salvi fiebant, cottidie in idipsum", subaudis merito et virtute epulacionis et fruicionis cottidiane huius panis. Nam hoc confirmat psalmista, qui dicit[2]): „A fructu frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt." Et ecclesia Christi id sanctitati esse in canticis suis frequentandum, cum Antiphonam super hoc[h]) condidit et admisit. Ad idem facit eciam propheta dicens[3]): „Quid bonum est aut quid pulchrum[i]), nisi vinum electorum." Et ad propositum: „et triticum germinans virgines", id est multiplicans fideles Christi Jhesu virgines in fide catholica. Et est hic advertendum diligenter, quod apostoli in primitiva ecclesia valebant et de facto faciebant, puta quotidianam a fidelibus sacramenti communionem. Hoc Anacletus papa precepit[k]) pro statuto et in ecclesiam introduxit, ut supra est notatum. Non[l]) loquitur, ubi vel quando fuisset illud a quoquam retractatum et revocatum.

Capitulum tricesimum primum[m]).

Determinacio legislatoris ewangelici ac patrisfamilias[n]).

Vicesima octava determinacio legislatoris ewangelici ac patrisfamilias sue cene, qui instituens hoc sacramentum ait

---

[a]) *add. A in m.* [b]) sed — in me *om. I.* [c]) *in cod. F sequitur determinatio, quae superius in „capitulo nullo" legitur.* [d]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [e]) *om. BFG.* [f]) *ita ABF rubr. et EGHI;* dicitur *om. BF.* [g]) cordis, etc. et gracia dei augebatur in illis (eis) *ita A ante corr. et BEFGI; id, quod sequitur, add. A in m. et legitur etiam in cod. H.* [h]) *sup. lin. add. A.* [i]) pulchre *H.* [k]) suscepit *H.* [l]) Et non *H.* [m]) *ita A rubr., om. cet. cod.* [n]) *ita ABF rubr. et EGHI;* et cetera *add. I.*

[1]) *Act. ap. II. 46.* [2]) *Psalm. IV. 8.* [3]) *Zach. IX. 17.*

Luce XXIII°[a])[1]): „Accipite et comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gracias egit et dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes"; ubi nota, quod dicit „omnes", per hoc evidenter[b]) innuens, quod ab omnibus communiter, non tantum sacerdotibus[c]), sed eciam plebeis, quocienscumque in sacris missarum solempniis wlt hoc sacramentum manducari; et pro tanto illuc apponit[d]): „Accipite et dividite inter vos." Et ad idem Marci XIIII° dicitur[2]): „Et biberunt ex eo[e]) omnes." Cottidianam vero vel alias crebram communionem sacramenti huius esse licitam, utilem et necessariam omni populo fideli christiano evidencius determinavit et expressit in constitucione sue oracionis, cum precepit orandum et dicendum: „Panem nostrum cottidianum", et prout in Matheo[3]) habetur, „supersubstancialem da nobis hodie", quod irrefragabiliter et expresse[f]) primum et principaliter intelligitur[g]) de hoc supersubstanciali nostro sacramento, veluti luculenter et per multa iam patuit in precedentibus sanctorum et doctorum determinacionibus. Et nota, quod sequitur[h])[4]): „Hoc quocienscumque feceritis, facite[i]) in meam commemoracionem." Ibi non tantum innuit libertatem accedendi ad suum corpus et sanguinem preciosum manducandum, sed eciam crebram[k]) populi ad ipsum accessionem, per hoc, quod notanter exprimit, dicens: „Facite in meam commemoracionem", secundum[l]) quod dicit quidam[m]) doctor: „Dedit nobis dominus hoc venerabile sacramentum, ut habeamus in nobis eius memoriam et eam continue frequentemus atque nobis incorporemus[n]) per eius[o]) crebram digestionem[p]). Plerumque homines ex pravis cogitacionibus et delectacionibus[q]) vanis fiunt inmemores Salvatoris. Voluit ergo dominus hunc[r]) panem sacramentalem nobis dare, ut noxiis[s]) abstracti, ipsum in memoria habeamus." Unde[t]) Luce XXII°[5]): „Hoc facite in meam commemoracionem."

---

[a]) *A post corr.;* XXI° *BEFGI;* 22 *H.* [b]) *om. B;* evidens *E.* [c]) a sacerdotibus *G.* [d]) illud *GH,* apposuit *H.* [e]) bibebant hoc *H.* [f]) *hac voce in cod. H haec determinatio expl.* [g]) interpretatur *G.* [h]) *om. E.* [i]) facietis *GI.* [k]) *om. G.* [l]) sed *ABH.* [m]) unus *G.* [n]) *A post corr.;* incorporeo *B;* eam i. *GI.* [o]) *om. BF.* [p]) *A post corr.* [q]) *om. GI.* [r]) *om. G.* [s]) a noxiis *add. F.* [t]) Unde dicit *BEFGI.*

[1]) *recte Lucae XXII, 17—20 (libere allatum).* [2]) *Marci XIV. 23.* [3]) *Matth. VI. 11.* [4]) *I. Cor. XI. 25.* [5]) *Lucae XXII. 19.*

Quod[a]) pertractans Eusèbius[b]), sic ait: „Quia corpus assumptum dominus ablaturus erat a nobis et illaturus[c]) sideribus, necessarium erat, ut in die cene sacramentum nobis corporis et sanguinis consecraret, ut offeratur[d]) iugiter per misterium, quod offerebatur semel in precium, et per hominis victimam viveret in memoria et semper presens esset in gracia. Per hoc[e]) apparet caritas et dileccio Salvatoris suum corpus nobis continue dando." Et infra idem: „Continuat enim hoc benèdictum sacramentum vigorem remissum." Unde Crisostomus super Lucam: „Operatur in nobis hoc sacramentum regiam[f]) nobilitatem anime, non permittit marcescere, protinus irrigàns animam magnamque inspirans virtutem, fugat demones, advocat angelos et dominum angelorum."

Et est hic diligenter advertendum[g]), quod sicut[h]) in institucione huius sacramenti dominus Jhesus precepit[i]) expresse manducandum et bibendum suum corpus et sanguinem, dicens[k]): „Accipite et comedite" et post: „bibite ex hoc omnes", reliquitque sibi ipsi[l]) liberam hominis[m]) voluntatem quoad crebram vel tardiorem[n]) manducacionem huius cibi[o]), subdens hoc: „Quocienscumque feceritis", innuens[p]) tamen nichilominus fore[q]) necessarium[r]) ipsius sumpcionem crebriorem, cum subiunxit[s]): „In meam commemoracionem"[t]). Quapropter peticionem ad id[u]) ordinavit semper et cottidie faciendum[v]), cum dixit: „Sic igitur orabitis: Pater noster", etc., et[w]) ad propositum: „Panem[x]) nostrum cottidianum da nobis hodie", per hoc ostendens manifeste, quam maxime, quam continue[y]) et sepe sit desiderandus et rogandus[z]) et cottidie manducandus a fidelibus iste panis celestis, qui dat vitam mundo, etc.[aa]).

---

[a]) Hoc *GI.* [b]) Anzhelmus *BFGI.* [c]) allaturus *I.* [d]) offerret *B;* offerentur *E;* offeretur *FG.* [e]) ergo *add. BFGI.* [f]) ymaginem regiam *BEFGI.* [g]) notandum et advertendum *G.* [h]) *om. G.* [i]) percipit *F.* [k]) *om. G.* [l]) ipse *I;* homini *GI.* [m]) *om. GI.* [n]) ad tardiorem *I.* [o]) sacramenti *G.* [p]) innuit *BF;* inmittis *(sic)* E. [q]) fieri *I.* [r]) necessaria *BFI.* [s]) subiungit *BFG.* [t]) facitis *add. EFGI.* [u]) hoc *GI.* [v]) faciendam *BEI.* [w]) *om. BF.* [x]) Pater noster *add. I.* [y]) cottidie *BG.* [z]) *om. F.* [aa]) per Jhesum Christum dominum nostrum *add. GI.* — *In cod. E sequitur postea in secunda columna f. 177*[b] „Determinacio venerabilis viri Amandi in suo tractatu, quem intitulavit Orilegium sapiencie" *(alia manu).* — *In cod. G sequitur probabiliter ab librario additum*: „In primitiva ecclesia omnes, qui erant in officio misse, tam laici quam clerici, com-

municabant, et illud duravit usque ad [Ana]cletum papam“ ꝛc. *Postea in eodem cod. G in fol. 139ª sequitur:* „De pollucione dicit Magister Matthias: Si homo habet firmum propositum continendi“ ꝛc. — *Cod. I explicit hunc in modum:* Et sic est finis determinacionum. Et sunt collecte per Magistrum Mathiam Janaw *(sic)*, baccalareum sacre theologie ac in artibus, magistrum Parisiensem *(corr.)*, et cetera. — Floribus et lignis vidi mirabile sertum, Quod ligno caruit et sine flore fuit. — Augustinus de bona consciencia“ ꝛc, *(versus)*.

[f. 94a] TRACTATUS QUARTUS[a].

DE UNITATE ET UNIVERSITATE ECCLESIE[b].

Distinccio quarta.

Capitulum primum[c].

De conparacione status presentis christianorum ad regulam veritatis[d] Christi et doctrine et eius apostolorum[e].

Nunc ordo exposcit, ut de unitate sancte ecclesie et pulcherrima ipsius distinccione disseramus.

Sicut igitur unica est regula communis, prout supra deductum est[f], ita subordinatur eidem unus populus, per eam regulatus et directus, sub unica religione collectus et colligatus, hiis eciam hoc adiecto, quod sicut[g] est deus omnium unica et[h] summa veritas, ita est eciam unus populus veritati eidem subordinatus, sibi et ad se invicem propter[i] veritatem per omnia uniformis, tenens et imitans in omnibus unitatem, sicut

---

1) Nota totum diligenter de religione et unitate et multiplicitate *A in marg. super.* — 4a distinccio. — De unione *A in marg. dextro.* 3—6) Dist. 1a *A in marg. sin.* — Dist. IIII. — De conparacione status presentis christianorum ad regulam veritatis Christi et doctrine et eius apostolorum *A in marg. dextro.*

a) *add. ab ed.; om. omnes cod.* b) *add. ab ed., nam de unitate in IV. distinctione et de universitate ecclesiae in V. distinctione disseritur.* c) *ita A in m. rubr.; B rubr. addit:* Sequitur alius tractatus; *om. C.* d) vite *add. B.* e) *ita A et B rubr., om. C.* f) *Cf. supra tr. 1, c. 4, 9, etc.* g) sicut unus *BC.* h) *add. A sup. lin.;* ita unica et *ABC.* i) se invicem propter *non ponit A, lacuna existente inter voces* ad *et* veritatem.

scriptum est [1]): „Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.“ Vinculum vero pacis est caritas, sicut iterum scriptum est [2]): „Vinculum perfeccionis est caritas.“ Propter quod apostolus scribit de uniformitate populi christiani, dicens [3]): „Una[a]) fides, unus[b]) panis“, etc., prout infra lacius deducetur, et in Canticis dicitur VI. f.[c]) [4]): „Una est amica mea, columba mea[d]), formosa mea“[e]), atque in Actibus apostolorum dicitur IIII. f.[f]) [5]): „Multitudinis autem credencium erat cor unum et anima una.“ Propter quam uniformitatem multi unum corpus pulcherrimum et formosum constituunt, sicut sponsa ornata viro suo, et singuli alter alterius membra secundum determinacionem apostoli in multis locis, et ad hoc multa in subsequentibus[g]) et late exprimuntur.

Et iste populus sic formaliter[h]) unitus et uniformiter gubernatus nullus[i]) alius esse probatur, nisi p o p u l u s c h r i s t i a n u s, quem [formavit] solus et unicus filius dei, qui est illa veritas in deo et ex deo inmediata regula omni racionabili creature; et hic est Jhesus crucifixus, qui potuit et voluit colligere populos diversos sic in unum, sicut scriptum est Jo. XVI [6]): „Volo, pater, ut ipsi sint unum, sicut et nos unum sumus, ego in eis et tu in me, ut sint consumati in unum.“ Nullus ergo alius potuit unicam religionem fundare aut unum populum facere, quam ipse Jhesus Christus. Et perinde dicit veritas Jo. X [7]): „Amen, amen dico vobis: ego sum hostium ovium. Omnes alii, quotquot venerunt, fures sunt et latrones, et non audierunt eos oves.“ Et ad idem psalmus[k]) [8]): „Non communicabo cum electis eorum: absorbti sunt, iuncti[l]) petre iudices[m]) eorum.“ Ecce etenim omnes alii populi et secte eorum, quia in veritate non sunt reperti et in veritate non steterunt, quoniam vel[n]) deum non probaverunt habere in noticia, vel cum deum congnovissent, non sicut deum glorificaverunt: ideo eva-

---

4) De uno et unitate *A*.

a) Una est *BC*. b) unus est *C*. c) *ita BC; lacuna in cod. A.* d) c. m. *om. BC*. e) perfecta mea, matri mee electa *add. BC*. f) *ita BC, om. A*. g) sequentibus *C*. h) finaliter *BC*. i) et nullius *A ante corr.* k) psalmista *C*. l) *corr. A*. m) *om. BC*. n) *om. BC*.

1) *Ephes. IV. 3.* 2) *Cf. Coloss. III. 14.* 3) *Cf. Ephes. IV. 5.* 4) *Cant. V. 2.* 5) *Act. IV. 32.* 6) *Joann. XVII. 22—23.* 7) *Joann. X. 7—8.* 8) *Psalm. CXL. 4 et 6.*

nuerunt omnes, simul inutiles facti sunt et dicentes se esse sapientes stulti facti sunt eo, quod, postquam congnoverunt veritatem, retrorsum abierunt. Propter quod dedit eos deus in reprobum sensum et obscuratum est insipiens cor eorum [1]). Ubi[a]) namque nunc Aristoteles cum populo Perypateticorum[b]) et Plato cum secta Stoycorum, populus Epicurorum, Achademicorum, Phariseorum, Saduceorum, Esseorum[c]), Arrianorum, Manicheorum, Novacianorum, Donatistarum et aliorum multorum et singulorum[d]), quo vel ad quid devenerunt? Omnes sunt absorbti et iudices eorum et decreta atque leges eorum adducti ad[e]) petram et comparati unice huic regule, videlicet prime veritati, que est Jhesus crucifixus, quemadmodum scriptum est[2]): „Omnis plantacio, quam non plantavit pater meus, eradicabitur."

Ex istis evidenter potest colligi, quod videtur[f]) repugnare in christiano populo esse multas regulas et[g]) religiones vel eciam nominare eas singulariter vel intitulare eas alicui alteri[h]) homini, puta[i]) quam ipsi soli unico Jhesu, filio dei. Nam hoc apostoli non fecerunt: non enim sibi, sed fratri mortuo, id est Christo acquirentes populos asscripserunt et asscribi censuerunt[k]). Propter quod scriptum est[l]) I. Cor. I[3]): „Significatum[m]) est michi de vobis, fratres, [ab iis,] qui sunt Gloes[n]), quia[o]) contenciones sunt inter vos. Hoc autem dico vobis[p]), quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem[q]) sum Pauli[r]), ego autem Appolo[s]), ego autem Cephe, ego autem Christi. Divisus[t]) est Christus[u])? Numquid Paulus mortuus est pro vobis[v]), aut in nomine Pauli baptisati estis"[w])? Et infra

5) Ubi nunc Aristoteles, Plato . . . *A rubr.* 15) Dominica XVII[a] de unione *D 1.* De unitate Ecclesie *(rubr.).* Dominica 17[a] de unione *D 2.*

[a]) Ubique *BC.* [b]) *ita BC; . . .* tecorum *A.* [c]) Jesseorum *B.* Yesseorum *C.* [d]) multarum et singularum *A.* [e]) de *corr. in m.* ad *A.* [f]) *hac voce inc. excerpta codicum D 1. 2.* [g]) et multas *BC.* [h]) *om. D 2.* [i]) puro *D 1. 2.* [k]) censerunt *BC;* consueverunt *D 1. 2.* [l]) Unde *tantum D 1. 2.* [m]) Significatum — vobis, quod *om. D 1. 2.* [n]) *ita A;* Chloes *biblia;* gloriosiores *(sic) BC.* [o]) que sunt *corr.* quare *A;* quia *BC et biblia.* [p]) *om. BC et biblia.* [q]) *A post corr., om. BC.* [r]) Pauli etc. *D 1. 2., cet. om.* [s]) Apollo *BC et biblia.* [t]) Divisus e. Chr. pro v. *om. B.* [u]) pro vobis *add. A in m. et B.* [v]) *om. ABC, sed ponit biblia et D 1. 2, qui post vocem* etc. *contin.:* Nam ideo oc., *cf. infra, p. 144, lin. 12.* [w]) baptisatus est *C.*

[1]) *Cf. Rom. I. 21. 22. 28.* [2]) *Matth. XV. 13.* [3]) *I. Cor. I. 11—13.*

cap.° 2° [1]): „Cum enim sit zelus, contencio inter vos, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicit: Ego quidem sum Pauli", etc. ibidem. Nisi forte congruat aliquos dici religiosos propter excellenciam relucencie religionis unice christiane in eisdem, vel secundum gradum alciorem in eadem religione, de quacumque illi homines existant condicione, sicut scriptum est Act. II°. b.[a]) [2]): „Erant autem Jerosolimis habitantes Judei, viri religiosi ex omni nacione, que sub celo est."

Enimvero omnis |f. 94[b]| pluralitas, aut saltem illa, que non est usquequaque necessaria, regularum, professionum, doctrinarum et adinvencionum hominum ac mandatorum, que in ullo obviant unitati vel que non cooperantur ad unitatem populi christiani aut quovismodo distrahunt vel dant occasionem distrahendi communionem, omnis inquam talis multiplicitas adventicia videtur esse supersticiosa et nociva communitati ecclesie, et ergo esse diminuenda aut extirpanda a dei populo, quantum est possibile, et unitas intus et[b]) foris et precipue foris videtur esse summis studiis reformanda, sicut scriptum est[3]): „Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis", et psalmus[c]) [4]): „Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum."

Et dixi notanter precipue afforis[d]), ut est in ritibus, in convictu et in omni habitudine extrinseca, unitas est in populo reformanda, quoniam unitatem in corde et in anima, de qua in Actibus apostolorum dicitur[5]): „Multitudinis autem credencium erat cor unum et anima una", illam[e]) non nisi solus spiritus Jhesu potest efficere, qui est dominus spirituum universe carnis, sicut scriptum est[6]): „Deus, qui facit unius moris habitare in domo." Homo autem habet in sua potestate illam unitatem spiritus in se et in aliis destruere vel custodire, (propter quod allegatum est iam de apostolo[7]): „Solliciti, inquit, servare unitatem spiritus"), quod fit maxime et efficaciter per observacionem habitudinum et accidentalium extrinsecorum similium vel diversorum, utpote morum. Propter quod dicit apo-

---

[a]) II°. b. *om. A.* [b]) *sup. lin. add. A.* [c]) psalmista *BC.* [d]) *ita A;* a foris *BC.* [e]) illa *B;* illam dico *C.*

[1]) *recte I. Cor. III. 3—4.* [2]) *Act. II. 5.* [3]) *Ephes. IV. 3.* [4]) *Psalm. CXXXII. 1.* [5]) *Act. IV. 32.* [6]) *Psalm. LXII. 7.* [7]) *Ephes. IV. 3.*

stolus Ro. XII[1]): „Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus, id[a]) ipsum invicem sencientes", et alibi idem[2]): „Factus sum Judeis Judeus", etc.; sequitur: „Omnibus omnia factus sum[b]), ut omnes lucri facerem."

Habet namque naturam mirabiliter unitas et[c]) conformitas extrinseca hominum in singulis servare pacem et custodire unitatem spiritus intrinsecus, sicut eius oppositum, puta extrinseca dissimilitudo vel disconveniencia morum, statuum et condicionum et singulorum aliorum voluntariorum inter homines fortiter inpugnat vel debilitat animorum unitatem. Inde siquidem dictum esse[d]) accipe: Quod simile, adiungetur ad sibi simile. Nam[e]) ideo[f]) ex illa multa nimis varietate societatum et fraternitatum et[g]) adinvencionum hominum et regularum multiformium atque religionum[h]) parcialium videtur et hodie magna ex parte evenisse scismata in ecclesia et refrigerium caritatis et pericula in novissimis temporibus[i]), que exprimens apostolus dicit[3]): „Erunt enim homines seipsos amantes", id est suas societates et fraternitates de pari professione et statu simili ac habitu, sed non alios christianos, prout nimis est hodie videre. Inde eciam consurrexit[k]) altercacio iam moderna pro Christo dicencium[4]): „Ecce hic est[l]) Christus, ecce illic", vel dicencium: ‚In penetralibus est Christus. Ecce in desertis est Christus", etc. De quibus infra multa dicentur dist. V. c...

Nimia igitur multiplicitas accidentalis et secundum tradiciones et adinvenciones hominum in dei ecclesia est aut videtur[m]) prorsus inanis et nociva ac[n]) contraria unice regule atque religioni christiane[o]), (1) tum quia unica regula sepe dicta, ex qua unica christiana religio, ipsa est omnino et omnipharie sufficiens populum christianum gubernare per spiritum Jhesu inhabitantem, qui docet homines necessariam veritatem, (2) tum quia ecclesia sanctorum, quanto est

---

12) Regule varie monachorum nocive ecclesie *A rubr.*

a) et id *B.* b) *ita C et biblia;* sunt *AB.* c) vel *BC.* d) *om. BC.* e) *contin. D 1. 2.* f) *om. D 2.* g) *om. C.* h) regionum *corr.* religionum *A.* i) *post hanc vocem contin. D 1. 2.:* Nimia igitur multiplicitas ɔc., *v. infra lin. 24.* k) insurrexit *BC.* l) *om. B.* m) videtur esse *BC.* n) aut *B.* o) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* O, quis ɔc. *v. infra 145, lin. 20.*

1) *Rom. XII. 15.* 2) *I. Cor. IX. 20 et 22.* 3) *II. Tim. III. 2.* 4) *Marci XIII. 21.*

magis ad unum redacta in singulis, tanto magis propinqua sue ultimate perfeccioni, sicut scriptum est Jo. XVI [1]): „Non pro eis rogo tantum, sed et pro eis, qui crediturі sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu, pater, in me, et ego in te, ut[a]) et ipsi in nobis unum sint, ut sint consumati in unum et cognoscat mundus, quia tu me misisti"[b]); et per oppositum: quanto magis admittit pluralitatem, tanto magis fit discessio a similitudine sua perfecta unice veritati, secundum quam debet ambulare, videlicet Jhesu Christo, et accedit ad sui destruccionem et ad similitudinem illius, qui primus renuens stare in veritate, corrupit unitatem. Et ideo scriptum est [2]): „Omne regnum in seipsum[c]) divisum desolabitur et domus su-: pra domum cadet", et post [3]): „Qui non est mecum, adversum me est, et qui non colligit mecum, dispargit"; (3) tum quia omnes prophete et Christus ipsemet et omnes apostoli sunt et fuerunt ad hoc, ut unitas, quanto magis potest[d]), in populo dei servaretur; et propterea dictum est [4]): „Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ego sum in medio eorum", [f. 95[a]] et multa similia.

O[e]), quis igitur dabit ecclesie sancte, ut multiplicitas illa accidentalis et varia hominum seipsos amancium et fraternitatum seorsum conportancium moderna, superflua et nociva, destruatur[f])! Utinam[g]) abscindantur illi, qui suis singularibus[h]) adinvencionibus nos conturbant[i]), quilibet secundum suas proprias sancciones dei plebes distrahendo, omnes querentes, que sua sunt[k]), non que Jhesu Christi.

Dixi vero notanter multiplicitas accidentalis, id est secundum adinvenciones hominum, que est et fuit accessorie et iam nimis adaucta, sine qua prius[l]) ecclesia Christi in apostolis et episcopis bene stabat, quia per hec non[m]) excludo pulcherrimam varietatem et[n]) essencialem ecclesie Jhesu Christi, quam efficit graciarum dei varietas et multi-

---

[a]) *om. BC.* [b]) et — misisti *om. A.* [c]) *om. C.* [d]) *om. C.* [e]) *contin. D 1. 2.* [f]) destruantur *BC.* [g]) Et ut *B.* Et utinam *C.* [h]) *om. D 2.* [i]) nos c. *om. BC.* [k]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Omnis enim divisio oc., *v. infra p. 149, lin. 1.* [l]) primo *BC.* [m]) *add. A in m.* [n]) *add. A sup. lin., om. BC.*

[1]) *recte Joann. XVII. 20—21. 23.* [2]) *Lucae XI. 17.* [3]) *Lucae XI. 23.* [4]) *Matth. VIII. 20.*

plicitas donorum et administracionum spiritus sancti, que utique est primitiva, necessaria[a]) ad salutem dei populo, sicut varietas membrorum cum suis officiis in humano corpore, utpote apostolus deducit per multa in[b]) epistolis ad Chorinthios et Romanos. Si enim quis cupit intelligere, quantum distrahat illa multiplicitas regularum et adinvencionum hominum predictorum dei populum et officiat[c]) universali ecclesie sacrosancte, cogitet aput se, si in aliquo conventu fratrum sit divisio ita, quod quidam[d]) fratres seorsum sibi faciant statuta et adinvenciones singulares et, illas firmantes, alios ad se convertant, et iterum alii similiter, seorsum conglobati e re[li]gione, constituciones suas firment[e]), faciant cerimonias proprias et confirment et assuescant in ipso eodem conventu et quilibet istorum super alios suas doctrinas et cerimonias collaudantes et[f]) per hoc alios sibi sociantes, nonne illa religio vel conventus male staret et unitas fratrum tota per hoc esset deturbata[g]) et destructa? Ita conformiter intellige de presenti unica religione christiana tot iam et tantis diversitatibus adinvencionum[h]), mandatorum et doctrinarum hominum adinpleta[i]) distrahencium ad seipos populos christianos. Et de hiis magis dictum est in secundo tractatu dist. [I.] c. [9] [1]).

Rogo autem hic lectorem, quemadmodum et ubique alibi, ne me existimet sanctos viros et religiosos, qui sunt in Christi Jhesu ecclesia, inpugnare vel ipsis ullo modo detrahere. Absit enim hoc a me, ut os meum aperiam contra celum et contra tam magnos viros et[k]) sanctos, quorum[l]) patres sunt canonizati tam gloriose. Sic etenim volens zelari pro universali ecclesia Jhesu, invenirer suis decretis et volitis contraire. Sed plane, que hic dixi vel adhuc dicam, in tantum cupio ipsa dicta esse et accepta, in quantum sunt conformia illi regule prime veritatis, scilicet vite et doctrine Jhesu Christi et ipsius apostolorum et aliorum dehinc electorum. Religiones autem vel

22) Protestacio *A*.

[a]) et necessaria *BC*. [b]) in suis *C*. [c]) *ita B;* officia *cet. cod.* [d]) aliqui *add. C*. [e]) faciant, firment (confirment *C*) et assuescant *oc. BC, cet. om.;* firmant *A*. [f]) *om. C*. [g]) deturpata *BC*. [h]) et a. *A;* adinvencionibus *BC*. [i]) adinple *B;* adinplete *C*. [k]) *om. BC*. [l]) quos *(sic) BC*.

[1]) *vide libri II. tractatum 1, c. 9 in vol. I, p. 209—213.*

religiosos et monachos hic volo intelligi illos, qui non inpediunt, sed promovent et tenent ecclesie unitatem et[a]) cooperantur ad eandem, sed solum tales vellem non esse vel minus esse, qui obmittentes in limitibus sue vocacionis, qua vocati sunt, ambulare, pervertunt ordinem inpudice in populis et obnubilant gloriosum statum jerarchicum[b]) ecclesie sacrosancte ac confundunt, de quibus multa post dicentur in hoc tractatu et dicta sunt tunc[c]) in secundo.

Capitulum secundum[d]).

De quinque modis unicionis et de hiis, que nocent unitati ecclesie[e]).

Ad ostendendum igitur ecclesie sancte magnam unitatem instabiliendam et ad demonstrandum, qui sunt illi, qui maxime destruunt et inpediunt unitatem eiusdem ecclesie, est notandum, quod pluribus modis meretur aliquid vel aliqua dici unum seu faciunt unum.

Uno modo per congregacionem multorum adinvicem, et sic congregacio multorum hominum dicitur unus populus vel unus exercitus.

Secundo modo, cum aliqua congregantur adinvicem per herenciam[f]) sic, quod unum alteri inheret aut unum sustentat esse alterius, et ita accidencia faciunt unum cum subiecto et Christus Jhesus cum omnibus populis sibi fide et[g]) spe atque dileccione adherentibus et paterfamilias cum sua familia.

Tercio, cum aliqua plura sic habent se adinvicem, quod unum dat esse alteri vel quod faciunt unam essenciam, veluti principia naturalia intrinseca, scilicet materia et forma, faciunt unam naturam vel unum individuum aut sicut corpus et anima faciunt unum hominem aut veluti spiritus Jhesu cum corpore ecclesie Christi[h]).

Quarto modo fit unio naturarum adinvicem ita, quod plures nature apte nate per se facere sua supposita aut per se

---

12) De uno *A*.

[a]) vel *BC*. [b]) jerarchie *C*. [c]) dicam tunc (nunc *C*) *BC*. [d]) *ita AB rubr., om. C*. [e]) *ita A in m., addens* Ca[m]. secundum, *et B rubr.; B addit:* sancte ecclesie; *om. C*. [f]) inherenciam *C*. [g]) *om. C*. [h]) in quantum ecclesia *add. A*.

existentes facere unum, si tamen simul iungantur, faciunt unum [f. 95b] suppositum, sicut in Christo Jhesu natura divina et natura humana constituunt unam personam Christi vel unum suppositum in divinis.

Quinto modo est unio suppositorum ad invicem, ut unio in personis, ita quod plures persone vel plura supposita faciunt unum, sicut est in divinis, ubi persona patris et persona filii et persona[a]) spiritus sancti faciunt unum deum vel sunt unus[b]) deus. Et ista unio est proprie propria soli deitati et nulli alii propter suam inmensam et eternam incommutabilitatem[c]) et communicabilem inmense suam eternam bonitatem, ita quod totum, quod est pater, communicat esse filio per generacionem eternam, et totum, quod est pater et filius, communicatur spiritui sancto per eternam processionem et inmensam. Et propterea nec sunt nec possunt esse nec ymaginari esse plures persone quam tres in deitate[d]) vel plura supposita, que faciant[e]) unum deum sempiternum et inmensum.

Notandum dehinc, quod in hiis quinque modis sunt gradus, ita quod in prima accepcione est minima unio et in secunda fit maior et in tercia iterum maior quam in secunda et in quarta maior quam in tercia, et quinta est maxima et simplicissima, supra quam [nulla] potest a creato intellectu conprehendi. Et ipsa est principium et causa efficiens et inmediata omnium aliarum unionum. Unde scriptum est[1]): „Deus, qui facit unius moris habitare in domo." Nam quoniam pater et filius et spiritus sanctus, hee tres persone vel supposita sunt unus deus, omnia tendunt ad unum et omnia diligunt sui ipsius unionem et odiunt sui ipsius [disiunccionem] seu divisionem, et omnia, unita in se et ad[f]) se, forciora sunt placabiliusque et diucius possunt in esse suo permanere. Unde dictum est[2]): „Omnis virtus[g]) unita forcior est se ipsa disparsa"[h]). Et psalmus[i])[3]): „Ecce quam bonum et quam iocundum habitare, fratres, in unum."

---

7) (Unio) in trinitate *A rubr.*

a) *om. BC.* b) vivus *C.* c) commutabilitatem *A ante corr. et BC.* d) persone inmediate *(sic) BC.* e) faciunt *BC.* f) *post corr. A.* g) veritas *BC.* h) *om. B.* i) psalmista *C.*

1) *Psalm. LXVII. 7.* 2) *hoc dictum in s. scripturis reperire non potuimus.* 3) *Psalm. CXXXII. 1.*

Et omnis[a]) divisio vel pluralitas et maxime in hominibus et precipue in familia Jhesu Christi, que est sine causa et irregularis, sinistra, est nociva et vitanda[b]). Et ideo dicit propheta[1]): „Nunc interibunt, quia divisi sunt", et dominus in ewangelio[2]): „Omne regnum contra seipsum divisum desolabitur et domus supra domum cadet." Et apostolus[3]): „Quod si ad invicem mordetis: videte, ne ab invicem consumamini." Et quia omnis similitudo et equalitas maxime favent unitati et supra modum faciunt ad unionem, sicut superius est propositum, quapropter in Christi ecclesia summopere est insequenda equalitas et amanda et omnis similitudo regularis et maxime morum et animorum. Ideo dominus in ewangelio Luce[c])[4]): „Nolite tolli in altum", alibi[5]): „Nolite vocari magistri super terram. Unus est enim magister, Christus. Omnes enim vos fratres estis. Et nolite patrem vocari [vobis] super terram. Unus enim est pater vester, qui est in celis." Et Jacobus[6]): „Fratres, nolite plures magistri effici, scientes, quod gravius iudicium accipietis." Et de hiis amplius infra in dicendis.

Itaque[d]) quia omnis inequalitas et dissimilitudo accidentalis[e]) et pluralitas tradicionum et preceptorum hominum et maxime in familia et in[f]) populo christiano diminucio est unitatis et recedit ab unione salubri et[g]) propinquat ad pluralitatem distrahentem et dilacerantem homines[h]) ab invicem et consciencias eorum: merito talia[i]), quibus potest carere dei ecclesia, sunt in familia et in populo christiano cassanda[k]) et extirpanda viaque unioni est facienda et disposicio, et omne tale est exquirendum, quod facit et confert ad populi christiani unionem[l]).

---

[a]) omnis enim *contin. D 1. 2.* [b]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Itaque quia omnis &c., *v. infra lin. 19.* [c]) dicit *add. BC.* [d]) *contin. D 1. 2.* [e]) accidentalia *A ante corr. et D 1.* [f]) *om. D 1. 2.* [g]) *add. A sup. lin., om. BC.* [h]) et homines *D 1. 2.* [i]) *om. BC.* [k]) cessanda *C.* [l]) etc. *add. B; D 1. 2. contin.:* Sicut natura divina &c., *v. infra p. 152, lin. 34.*

[1]) *Cf. Oseae X. 2.* [2]) *Lucae XI. 17.* [3]) *Galat. V. 15.* [4]) *Lucae XII. 29.* [5]) *Matth. XXIII. 9.* [6]) *Jacobi III. 1.*

Capitulum tercium[a]).

Applicacio supradictorum modorum unicionis ad communitatem familie et domus Jhesu crucifixi[b]).

Ubi advertendum, quod distinctis supra quinque modis unionis et bene consideratis tunc unitas domus Christi Jhesu vel familie, id est ecclesie sancte catholice, est magis proprie similis unioni modo unicionis, qui est positus in tercio loco et medio earumdem quinque unionum, ita quod omnes modi uniendi concurrunt secundum sub et supra ad unitatem domus vel familie Christi et conferunt ad hoc, quod[c]) ecclesia Christi sit et dicatur valde una. Ex quo dictum est[1]): „Una[d]) est amica mea, formosa mea, columba mea", etc.[e]) Verbi gracia: In ecclesia Christi est congregacio hominum ex multis in unum multorum populorum, ita quod, quamvis sit per totum orbem longe lateque diffusa et ex diversis ligvis et u iversis nacionibus, que sub celo sunt, nichilominus tamen dicitur unus populus et unum genus electum, regale sacerdocium, gens [f. 96a] sancta, populus acquisicionis[2]). Propter quod in laude ecclesie dictum est[3]): „Pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata."

Est eciam in ecclesia Jhesu Christi secundus modus unionis, scilicet inhesionis vel dependencie unius ad alterum, quoniam tota ecclesia adheret Christo Jhesu quasi membra suo capiti, quasi accidens suo subiecto, quasi adiacens sue substancie. Unde dictum est[4]): „Michi adherere deo bonum est." Et apostolus[5]): „Qui adheret deo, unus spiritus efficitur cum eo." Hinc quippe potest magna similitudo elici[f]) unionis ecclesie vel cuiuslibet anime fidelis cum Christo Jhesu. Nam sicut totum esse accidentis dependet ab essencia subiecti, ita ut dicat Philosophus: „Accidentis esse est in subiecto esse", ita eciam totum esse[g]) gracie et beatificum[h]) anime christiani vel tocius ecclesie dependet ab esse Christi, ab inhesione Jhesu Christo per fidem,

[a]) *ita AB rubr., om. C.* [b]) *ita A in m., (addens:* Cap. III.*); om. B et C.* [c]) ut *C.* [d]) Unica *BC.* [e]) *om. C.* [f]) *om. BC.* [g]) *om. C.* [h]) vel beneficii *BC.*

[1]) *Cant. II. 10.* [2]) *Cf. I. Petri II. 9.* [3]) *Cant. VI. 9.* [4]) *Psalm. LXXII. 28.* [5]) *I. Cor. VI. 17.*

spem et caritatem. Et quemadmodum accidens, quanto forcius inheret et profundius radicatur in suo subiecto, tanto magis communicat esse subiecti et remotum[a]) est a non esse, sic[b]) ecclesia et[c]) quelibet anima racionalis, quanto forcius adheret verbo incarnato et intimius radicatur fide, spe et caritate, tanto magis[d]) habundat esse gracie et sui boni proprii. Unde apostolus[e]) [1]): „Caritate radicati et fundati", etc., et alibi[2]): „Quis nos separabit a caritate dei"[f]), etc. Et iterum, sicut accidens in subiecto suo generatur et corrumpitur, augetur et diminuitur, subiecto manente inmobili, ita anima quelibet in esse gracie permanente. Et non[g]) tantum est inhesio ecclesie ad Christum vel cuiuslibet anime, ex quo fit ecclesia una, sed eciam est magna adherencia parcium ecclesie ad invicem et quedam dependencia secundaria et participativa, et hoc fit vel per dilec-cionem mutuam et consensum eundem, quomodo indifferenter sibimet adherent et faciunt unum fratres in domo et familia Christi vel quique christiani, vel per ordinacionem et obedienciam propter legem et iusticiam, qua inherencia superiores et prelati inherent Christo Jhesu et inferiores vel subiecti adherent suius superioribus propter Christum. Inherencia tamen ista non differt a prima, nisi sicut effectus a causa. Nam quilibet christianus primo et inmediate adheret Christo Jhesu et ab ipso solo dependet in esse gracie seu in esse gratuito et facit unum cum ecclesia, et dehinc et propter hoc adheret vicariis Christi ex ordine ecclesie et propter unitatem eius cum Christo et ecclesia sacrosancta.

Tercius quoque modus unionis ex predictis, ut nuper ante dictum est, multum et magis proprie alludit unitati ecclesie Christi. Qui[h]) est, [cum] ex principiis intrinsecis nature vel ex materia et forma essenciali natura [concurrit] ad esse gratuitum, novum et celeste, vel [cum] cuilibet anime concurrunt duo principia[i]) intrinseca, id est essencialia vel necessaria, vel tria, duo dico, id est voluntatem hominis bonam, id est libere suscipientem verbum fidei Christi, et graciam dei primam vel gratis datam, vel spiritum Jhesu Christi et animam racionalem et humilem et obe-

---

[a]) *A post corr.*; est a *om. A.* [b]) sicud *(sic) BC.* [c]) *A post corr. sup. lin.* [d]) tanto magis *om. C.* [e]) Unde a. *om. B.* [f]) Christi *BC et biblia.* [g]) ideo *false BC.* [h]) Que *B.* [i]) principalia *A.*

[1]) *Ephes. III. 17.* [2]) *Rom. VIII. 35.*

dientem deo suo. Et ista duo simul iuncta unitaque faciunt intrinsece vel generant novum hominem interiorem, qui secundum deum creatus est, id est conformem verbo dei incarnato. Et sic unus spiritus Jhesu et unum corpus ecclesie, id est omnino concors multitudo animarum ad eandem fidem collectarum, faciunt intrinsece unitatem ecclesie, faciunt eciam unitatem anime cum domino deo suo in Christo Jhesu. Dixi notanter[a]) prius duo principia[b]) intrinseca vel tria secundum modum loquendi Philosophi in Phisicis, quia ad istam generacionem novi interioris hominis et celestis necesse est semper concurrere et privacionem ad predicta duo principia[c]), puta graciam et bonam hominis voluntatem, id est voluntariam hominis deposicionem veteris hominis cum actibus suis, id est conversacionis mundane et carnalis vel secundum libitum et desideria carnis et electionem in iudicium huius mundi, id est amancium vitam et pacem in hoc mundo per omnia conformiter: sicut in generacione naturali ad hoc, ut[d]) forma nova introducatur in materiam presuppositam, dans novum esse individuo seu composito[e]), necesse est, quod materia prius sit denudata a forma precedente, sub qua erat, per privacionem vel corrupcionem ipsius, ita hic in spiritu et gracia in generacione spirituali ad hoc, ut novum esse gratuitum et celeste homini acquiratur et firmetur[f]), oportet primum esse culpabile [f. 96[b]] et contrarium gracie et spiritui sancto exuere et deponere per abnegacionem sui et sue voluntatis perfectam[g]), sicud scriptum est[1]): „Nisi quis abnegaverit semet ipsum et tollat crucem suam et sequatur me, non potest meus esse discipulus", et apostolus[2]): „Deponite vos veterem hominem cum actibus suis et induamini novum", etc.

Quarta eciam unio, id est[h]) duarum naturarum, que apte nate sunt per se ipsas facere vel esse supposita, ut sunt natura divina et humana, coniuncte in Christo in unum suppositum et unam personam in divinis, illa talis inquam unio multum eciam facit ad unitatem ecclesie et exemplariter et effective. (1) Exemplariter dico, nam sicut[i]) natura divina unita nature humane in Jhesu facit valde unum, magis quam forma

---

[a]) in notanter *(sic) A.* [b]) principalia *BC.* [c]) principalia *BC.* [d]) *om. A.* [e]) in composito *BC.* [f]) confirmetur *BC.* [g]) *om. B.* [h]) id est *om. B.* [i]) *contin. D 1. 2.*

[1]) *Cf. Luc. XIV. 27 (libere allatum).* [2]) *Coloss. III. 8. 9. 10.*

substancialis unita cum materia, vel magis quam anima cum corpore in homine, ita quod faciunt magis unum suppositum vel unam personam divinam aut unum Christum, quam anima et corpus unita faciunt unum hominem: ita dehinc Christus cum anima fideli unitus per graciam vel[a]) per[b]) participium sui spiritus facit valde unum aut Christus unitus[c]) et[d]) copulatus cum sua ecclesia facit valde unum in tantum, quod efficiatur[e]) cum sua ecclesia vel mere[a]tur dici unus spiritus et una caro, quemadmodum[f]) deducit hoc apostolus in pluribus locis. Unde[g]) dicit Ephes. V[1]): „Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim umquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet, sicut Christus ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius et de ossibus eius. Et propter hoc relinquet[h]) homo patrem suum et matrem suam, et adherebit uxori sue, et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia.“ Ecce, quomodo hic apostolus deducit magnam esse unionem in Christo et eius ecclesia, ut dicat esse duo in carne una, et multo magis tunc in spiritu uno, sicut scriptum est[2]): „Qui adheret deo, unus spiritus efficitur cum eo.“ Magna quippe potest esse unio duorum corporalium ad invicem, sicut ubi unum habet se[i]) per modum potencie vel suscipientis et[k]) aliud per modum actus vel informantis, ut est in subiecto et accidente. Sed maior et perfeccior unio potest esse spiritus cum corpore, ut est in anima et corpore. Maxima autem atque[l]) perfecta est et potest esse unio spiritus cum spiritu vel spiritualis[m]) cum spirituali, ubi unum habet se per modum potencie et reliquum per modum actus, quemadmodum est unio verbi incarnati et anime racionalis vel unio Jhesu[n]) et eius ecclesie. Nam hic resultat tanta unio, quod in homine sanctificato magis et intimius fit[o]) Chri-

---

[a]) et *BC.* [b]) *add. A sup. lin., om. D 1. 2.* [c]) aut Christus unitus *A post corr., om. BC, qui ponunt:* in tantum, quod efficiatur cum sua ecclesia vel; *quae voces etiam in cod. A ante corr. leguntur.* [d]) et — ecclesia vel *om. B.* [e]) efficitur *D 2.* [f]) quemadmodum — locis *om. D 1. 2.* [g]) Unde apostolus: Qui adheret deo ɔc. *D 1. 2.* [h]) *ita biblia;* relinquit *omnes cod.* [i]) habet *AC.* [k]) *om. D 1.* [l]) et *D 1.* [m]) spiritualibus *BC.* [n]) Jhesu *repetitur in A.* [o]) sit *C.*

[1]) *Ephes. V. 28—32.* [2]) *I. Cor. VI. 17.*

stus et spiritus eius, quam anima ipsius, que in ipso est[a]). Et ideo dictum est[1]): „Vivus est sermo dei et efficax, penetrabilior cum gladio ancipiti[b]), compagum quoque et medullarum scrutator[c]) et discretor cogitacionum, pertingens ad divisionem anime et spiritus.“ Item magis et intimius fit in homine sancto christiano vel in ecclesia vita Christi prius forciusque et efficacius movens in actus suos[d]) quam vita propria hominis, que in ipso est, quoniam verbum dei creans et continens omnia prius et intimius inest[e]) cuilibet creature, quam ipsa creatura sibi ipsi est intima. Unde dictum est[2]): „Vivo ego, iam non ego: vivit vero in me Christus.“ Ex istis itaque potest colligi, quam magna sit unio verbi incarnati cum anima fideli et Christi Jhesu cum sua ecclesia[f]).

Capitulum quartum[g]).

Quod[h]) *Christus Jhesus maxime diligit unitatem ecclesie et efficit, et omne, quod cooperatur ad unionem, est ex parte Christi*[i]).

Sed quia prius dicebatur, quod puta unio yppostatica naturarum duarum in Christo est non solum exemplar unitatis ecclesie, sed eciam (2) causa efficiens, — nam sicut deus est unus natura et inde productus est unus mundus et omnia ad unum et in unum tendunt perinde et respiciunt, prout superius est productum[k]), ita eciam unus est Christus et una eius ecclesia ab eo et ex eo et per eum est formata; et sicut[l]) impossibile est naturaliter plures esse deos, ita non possunt esse plures mundi, — ita inpossibile est esse naturaliter plures Christos vel tales, qualis[m]) est Christus Jhesus, filius dei unigenitus, sic inpossibile est esse plures ecclesias sanctorum. Quin ymmo primus et maximus est effectus incarnacionis filii dei, puta congregare sibi ecclesiam sanctorum ex hoc mundo in unum et salvare eam in vita eterna

---

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Item sicut non potest oc., *v. infra p. 156, lin. 30.* [b]) *A post corr.;* ancipite *B.* [c]) penetrator *BC.* [d]) manens in actu suo *BC.* [e]) est *B.* [f]) etc. *add. B.* [g]) *ita AB rubr.* [h]) Sequitur, quod *B.* [i]) *ita A (in marg.) et B rubr.; om. C; A add. in m.* Cap III. [k]) deductum *C.* [l]) *add. A sup. lin., om. B.* [m]) *A post corr.*

[1]) *Hebr. IV. 12.* [2]) *Galat. II. 20.*

per sui ipsius participium et unionem [f. 97a]. Inde scriptum est[a]), ubi dicit Joh.[1]): „Hoc autem Cayphas a semet ipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit, quia Jhesus moriturus erat pro gente, et non tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.“ Et videtur, quod Jhesus crucifixus tantum diligit ecclesie sue unitatem et odit ipsius divisionem. Unde dicit[2]): „Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ego sum in medio eorum, et ubi duo consenserint in unum, pro quacumque re pecierint, fiet eis.“ Et alibi in Johanne tam expresse et tam diligenter et[b]) iteratis vocibus[c]) rogat deum patrem Christus pro unitate sue ecclesie, dicens[3]): „Non pro eis autem tantum rogo, sed pro eis, qui crediturі sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint[d]), ut mundus credat, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam tu dedisti michi, dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis et tu in me, ut sint consumati in unum.“

Ecce, quo modo pius Jhesus afficitur circa unitatem sue ecclesie. Et ipse est solus, qui efficit et continet ipsius unitatem. Unde dicit[4]): „Omne regnum in se ipsum[e]) divisum desolabitur et domus supra domum cadet“, et post[5]): „Qui non colligit mecum, inquit, dispargit[f]).“ Ac si aperte dicat: Meum est proprie proprium colligere dispersos[g]) in unum et salvare. Ergo omnis, qui similiter colligit, vel habet affeccionem et conatum ad unitatem in ecclesia vel scilicet in familia aut ubicumque inter fratres, ille est mecum eiusdem spiritus et eiusdem actus et michi similis. Sed qui dispargit, et omne illud, quod minuit vel rumpit sancte ecclesie unionem vel in familia Christi vel inter fratres in nomine Jhesu congregatos, ille vel illud tale non est mecum nec mei spiritus, sed adversarii, et ipse est Antychristus, sicut scriptum est[5]): „Omnis spiritus, qui solvit Jhesum, ex deo non est[h]), et hic est Antichristus.“ Omnis namque simul et omne illud, quod destruit et diminuit uni-

---

a) *om. BC.* b) *om. B.* c) vicibus *B.* d) sunt *A.* e) *om. BC.*
f) disparsit *corr.* dispargit *A*; collit *corr.* colligit *A.* g) disparsos *B.*
h) *add. A sup. lin.*

1) *Joann. XI. 51—52.* 2) *Matth. XVIII. 20 et 19.* 3) *Joann. XVII. 20—23.* 4) *Lucae XI. 17.* 5) *I. Joann. IV. 3.*

tatem dileccionis in ecclesia Christi vel inter fratres, illud vel ille solvit Jhesum et est contrarius vel contrarium Jhesu Christo, et per consequens illud est Antichristus vel operacio Antychristi.

Capitulum quintum[a]).

Quod corpus misticum Christi in ecclesia non est divisum neque potest, sed yppocrite ab ecclesia et a se invicem scismate sunt divisi[b]).

Quia igitur sic diligit[c]) Christus unitatem ecclesie et[d]) efficit eandem, ideo familia Christi, id est ecclesia est vel debet esse modo perfectissimo unita, quo nequit modus maior et perfeccior penes materiam subiectam cogitari, quoniam si aliqua esset possibilis alia unio notabilior[e]) et perfeccior, illam[f]) utique sciret et posset omnipotens sapiencia divina, et per consequens faceret eam in sua ecclesia, quam[g]) valde diligit. Igitur unitas ecclesie est maxime[h]) possibilis, est perpetua, inviolabilis, est pulcherrima, delectabilis.

(1) Quia est in ecclesia Christi unio [maxime] possibilis, ideo ecclesia dicta est quasi vir unus. Unde 1° Esdre III° [1]): „Congregatus est ergo populus quasi vir unus in Jerusalem", et similiter dicitur in pluribus scripture locis. Dicitur eciam unum corpus, prout infra deducetur per apostolum in multis locis [2]). Dicitur habere cor unum et animam unam, sicut habetur ex Actibus apostolorum, et superius iam est allegatum [3]).

(2) Quia est perpetua, ideo[i]) unitas ecclesie numquam potuit neque[k]) poterit umquam per quemquam cassari[l]) vel aufferri. Sicut namque non potest scindi Christus, sic non potest dividi ecclesia Christi, que causatur intrinsece ab unitate Christi et spiritus eius.

(3) Item[m]) sicut non potest ecclesia Christi perire aut ter-

---

25) De scismate *A alia manu.*. 30) Unitas ecclesie numquam potest scindi sc(ismate) *A rubr.* Item non potest perire aut terminari *A rubr.* Nota bene *A in marg. sinistro.*

[a]) *ita AB rubr., om. C.* [b]) *ita A in marg. (addens* Cap. V.) *et B rubr.; om. C.* [c]) diligenter *A ante corr. et BC.* [d]) *om. BC.* [e]) nobilior *C.* [f]) illa *false A.* [g]) quem *(sic) BC.* [h]) maxima *AC.* [i]) *om. C.* [k]) nec *BC.* [l]) cessari *BC.* [m]) *contin. D 1. 2.*

[1]) *I. Esdrae III. 1.* [2]) *vide infra p. 159.* [3]) *Cf. superius p. 141 et 143.*

minari, ita non potest scindi. Propter quod omnes heretici non diviserunt ecclesiam Christi, sed ipsi divisi sunt ab ecclesia ipsa una et integra remanente[a]). Ita per hoc modernum scisma admissum per yppocritas non quidem divisa[b]) Christi ecclesia, sed nocentissimi yppocrite abscisi sunt[c]) ab ecclesia, qui ipsam ponebant vel nitebantur deducere in malum statum, id est ad amorem huius mundi et eorum, que sunt in mundo, per ipsorum pompam et superbiam excessivam et per avariciam insaciabilem et per sequelam voluptatum irrefrenatam[d]), in quibus omnibus publice et nimium sunt inventi. Unde non ex eo scisma hoc factum est, quod dilexissent Christum Jhesum et ipsius ecclesiam, sed ex eo, quia seipsos amaverunt et hunc mundum; et istud apparet ex re gesta et accidentibus singulis, ex quibus scisma hoc est admissum. Neque per hoc sancti et electi, qui[e]) faciunt unitatem [f. 97[b]] in Christo Jhesu et[f]) unam ecclesiam, sunt divisi vel facti diversi adinvicem et adversi, quamvis sint in timorem et temptacionem missi a facie multitudinis yppocritarum. Sed scisma factum est in ecclesia malignancium vel inter christianos et primum sacerdotes et clericos amatores huius mundi, qui utique spiritum Jhesu crucifixi neque ipsius amorem dignum et verum habentes, suam propriam gloriam et admiracionem in hominibus posuerunt, estimantes questum esse pietatem, quibus aliquid simile contingit[g]), veluti illis, qui[h]) dicebant[1]): „Ego sum Cephe, ego vero Pauli, ego autem Apollo."

Nec[i]) puto scisma hoc esse in dampnum et iacturam ecclesie Christi Jhesu, que[k]) spiritu suo habundat, sed magis utile esse videtur[l]), ut per hoc velocius regnum antychristianitatis pertranseat et brevientur dies periculosi[m]) propter electos, et ipsa sit[n]) cicius exonerata a multitudine yppocritarum

---

14) Nota totum diligentissime *A in fronte folii super.* 18) Ecclesia malignancium scinditur, non ecclesia Christi *A rubr.*

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Quemadmodum enim impossibile est oc., *v. infra p. 165, lin. 32.* [b]) divisa est *B.* [c]) *om. BC.* [d]) irrefrenatum *A ante corr. et BC.* [e]) *om. B.* [f]) *A sup. lin.* Isti numquam *B.* [g]) contingit *BC.* [h]) *A post corr.* [i]) Nec puto esse dampnum *C, cet. om.* [k]) qui *BC.* [l]) *om. A.* [m]) periculose *C.* [n]) ipsi sic *BC.*

[1]) *I. Cor. I. 12.*

infinita, et notificentur clarius carnales et ficti christiani, amatores splendoris[a]) huius vite, magis quam Jhesu crucifixi amatores. Et maxime, ut iuxta dictum apostoli[1]) vindicentur hii, qui veritatem caritatis non susceperunt, aut eandem congnoscentes et suscipientes[b]) retrorsum abierunt et postquam sic evanuerunt in cogitacionibus suis et obscuratum est[c]) insipiens cor eorum, dicentes tamen[d]) nichilominus se esse sapientes, obtinuerunt in dei ecclesia gloriam et honores et regimina et dominacionem. Facti prorsus idem effeminati et ideo merito stulti facti, et obscuratum est insipiens cor eorum factique sunt in reprobum sensum eo, quod non probaverunt Jhesum crucifixum habere in noticia nec gracias egerunt. Corpus itaque Antychristi per scisma tale est divisum et conturbatum, quod hactenus erat conpactum quasi scuta fusilia, unum uni adherente, ne[e]) spiraculum quidem eam *(sic)* possit pertransire. Non autem scissum est vel potest esse corpus omnipotentis et prorsus indivisibilis Jhesu Christi, id est[f]) ecclesia sanctorum, quoniam eius unitas est perpetua et inviolabilis, tota dependens ex unitate dei et domini Jhesu Christi ac spiritus ipsius, sicut scriptum est[2]): „Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum.“ Et quemadmodum est impossibile Christum dividi vel diminuere[g]) in eo unitatem, ita inpossibile est dividi corpus eius, quod est ecclesia sanctorum.

Dum autem hec loquor, volo caute intelligi, quid signat[h]) proprie Christi ecclesia hic accepta, quia congregacionem sanctorum dei, qui vivunt et aguntur spiritu et vita Jhesu Christi.

Cuius unitas est (4) pulcherrima et (5) delectabilis. Quapropter et virgo et sponsa esse[i]) Christi Jhesu diffinita a scripturis, tota pulchra, non habens maculam neque rugam[4]), que et filia est[k]) regis continens omnem suam gloriam ab intus, in fimbriis aureis propter speciem et decorem animorum, circumamicta est varietatibus[5]), pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata[6]).

---

[a]) splendore *A ante corr. et BC.* [b]) suspicientes *C.* [c]) *sup. lin. A* [d]) *om. BC.* [e]) nec *omnes cod.* [f]) *om. B.* [g]) dividere *(sic) B.* [h]) significat *BC.* [i]) *om. C.* [k]) filia est Christi Jhesu *A ante corr. et B.*

[1]) *Cf. Rom. I. 21—28.* [2]) *Job XLI. 6—8.* [3]) *Psalm. XXXII. 6.* [4]) *Cf. Ephes. V. 27.* [5]) *Cf. Psalm. XLIV. 14—15.* [6]) *Cf. Cant. VI. 9.*

In communitate enim christianorum sanctorum est maxima unitas, ut dictum est, et cum hoc delectabilissima necessariaque varietas[a]), uniformis difformitas[b]) pulcherrimaque uniformitas atque conformis et concors universitas[c]) ab artifice unico omnium, videlicet sapiencia dei, sic artificiose composita et a spiritu dei, qui omnem habet scienciam, ita delectabiliter adornata, per omnia secundum exemplar dulcissimo Jhesu Christo in monte demonstratum ordinata, ut nulli sic proprie similis dicatur ob nimium suum decorem quam tabernaculo dei altissimi et conposicioni humani corporis non cuiuslibet, sed corpori unius, id est[d]) virginis, uni viro, id est dei filio Jhesu Christo, desponsate[e]) et omni pulchritudine et decore, [qui] per deum fieri possibilis, adornate, sine tamen macula[f]) et sine ruga.

Et idcirco, ut[g]) pridem dictum est, per quecumque presencia aut preterita vel futura non ecclesia illa dilectissima[h]) est distracta neque membra ipsius maculata vel dissipata, sed magis per tales contenciones accidentales[i]) meretrix clamosa spiritualis, scilicet Babylon est dilacerata, et carnes eius tradite sunt ignibus ad devorandum[1]). Et hec est multitudo yppocritarum vel carnalium, qui sunt de pari consensu, christianorum, et primum sacerdotum et clericorum amancium istum mundum, et ipsi sunt carnes[k]) illius fornicarie magne tradite ignibus, id est relicte in suis concupiscenciis carnis, de quo in propheta[2]): „Ecce, vos omnes[l]) accendentes ignem et accincti flammis, ambulate in lumine[m]) ignis vestri[n]) et in flammis, quas succendistis: vobis de manu mea factum est hoc, vobis. In doloribus dormietis.“ Et ad idem apostolus Ro.[3]) [f. 98a]: „Quia cum congnovissent deum per Jhesum Christum, dominum nostrum, non sicut deum glorificaverunt nec[o]) gracias egerunt, sed evanuerunt in cogitacionibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.“ Et paulo post[4]): „Propter quod tradidit illos deus

---

[a]) veritas *C.* [b]) *A post corr.* [c]) uniformitas *BC.* [d]) *om. BC.* [e]) *corr. ad ed.;* desponsata *omnes cod.* [f]) malicia *(sic) C.* [g]) *om. C.* [h]) illi dulcissima *BC.* [i]) accidentes *AB.* [k]) carnales *BC.* [l]) *om. BC.* [m]) *ita biblia;* limine *omnes cod.* [n]) *om. BC.* [o]) nec *AC;* neque *B;* aut *biblia.*

[1]) *Cf. Apoc. XVII. 16.* [2]) *Isaiae L. 11.* [3]) *Rom. I. 21.* [4]) *Rom. I. 24. 28. 29—32.*

in desideria cordis eorum[a]), in inmundiciam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semet ipsis. Qui contaminaverunt[b]) veritatem dei in mendacium." „Et sicut non probaverunt dominum Jhesum crucifixum habere in noticia, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea, que non conveniunt" christianis, id est filiis dei excelsi et heredibus vite eterne, quemadmodum erant vocati magna vocacione, ut essent repleti spiritu sancto, sed postquam non exhibuerunt seipsos dignos vocacione sua tanta et tali, sed abalienati[c]) sunt retrorsum, dedit illos deus in reprobum sensum, „repletos omni iniquitate, malicia[d]), fornicacione[e]), avaricia, nequicia, plenos invidia, homicidiis, contencione[f]), dolo, malignitate, susuriones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affeccione, absque federe, sine misericordia. Qui cum iusticiam dei congnovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum autem qui faciunt[g]), sed et[h]) qui consenciunt facientibus."

Multitudo itaque talium istorum carnalium christianorum, primum sacerdotum et clericorum, fornicaria[i]) mistica in fide [et] religione christiana, ipsa quidem per scismata est varie dilacerata et divulsa secundum prophecias variarum[k]) scripturarum, de qua sermo multus me expectat in inferioribus et interpretabilis ad dicendum penes exigenciam hiis temporibus congruentem. Dilecta autem civitas, nupta agni, sponsa Jhesu Christi crucifixi, una columba, unica formosa amica filii dei[l]), ecclesia videlicet sanctorum nequaquam est[l]) dilacerata[m]) aut violata aut divisa neque enim potest iuxta predicta, quamvis ipsius membra electa et decora semper et ubique manencia solida in semet sana et integra sint per orbem universum, non[n]) divisa quidem a se invicem nec in seipsis neque a corpore suo, id est ab ecclesia, nec a suo capite, sed elongata et abscondita paulisper, et[o]) tantum secun-

---

13) Nota *A*.

[a]) eorum et *BC*. [b]) commutaverunt *BC et biblia*. [c]) alienati *BC*. [d]) et malicia *BC*. [e]) et fornicacione *C*. [f]) et contencione *BC*. [g]) *om. B*. [h]) *om. BC*. [i]) *om. B*. [k]) diversarum *BC*. [l]) *in cod. A erasum;* inde *BC*. [m]) lacerata *BC*. [n]) *corr. A*. [o]) in *BC*.

12) *Cf. Apoc. XX. 8, XXI. 9 et Cant. V. 2.*

dum corpus disparsa, non[a]) autem ullo modo secundum spiritum et vitam Christi, quam in[b]) Christo tenent absconditam [et] cum Christo in deo: divisa, inquam, sunt et dispersa pulcherrima membra ecclesie tantum corporaliter et in carne et quasi rarefacta ac inminuta, magis tamen secundum apparenciam et coram oculis nostris[c]), non autem coram oculis dulcissimi Jhesu Christi et ipsius aquilarum expectancium tempus, cum datum fuerit eis, ubi fuerit corpus, congregandi[1]). Inminuta igitur apparent hominibus clarissima nunc membra sponse virginis ecclesie et disparsa ideo, quia sunt abscondita iuxta scripturam, que dicit[2]): „Abscondes eos in abscondito faciei tue a conturbacione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo a contradiccione lingwarum."

Multitudo igitur condensata yppocritarum, id est christianorum carnalium et huius vite amancium et mundum[d]) insequencium, qui sunt inbuti mores *(sic)* atque vicia gencium, est causa principalis, cur electa Christi membra et[e]) preclara sunt abscondita et apparent divisa et inminuta; aut conturbacio ecclesie per homines yppocritas et contradiccio linguarum ipsorum et primo sacerdotum et clericorum, in quibus sunt scismata et ex ipsis contenciones, hoc effecerunt, ut pulcritudo et claritas sapiencie et virtutis electorum sit ad pusillum obnubilata et quasi celum convelata[f]) et sacco obducta cilicino[3]), quoniam ita[g]) necesse est et fuit evenire ex providencia et iusticia domini Jhesu crucifixi per tempora et tempus et[h]) dimidium temporis[4]) ad hoc et pro eo dispensati, quatenus sol obscuretur et luna induat sanguinem et stelle cadant de celo[5]) et fiat nox, in[i]) qua pertranseant omnes bestie silve[6]), quatenus inquam sic contrahatur lumen celi super maledictam gentem[k]) et in mirabili Gog et Magog, et ut vindicentur hii, qui veritatem caritatis[l]) non susceperunt, atque ut veniat et pertranseat tempus illius[m]) filii iniquitatis,

---

[a]) Nunc *(sic)* *C.* [b]) et quam in Christo *A.* [c]) nostris — oculis *add. A in marg.* [d]) amancium *(sic)* *C.* [e]) in *BC.* [f]) convolata *A.* [g]) *A sup. lin.* [h]) *om. BC.* [i]) nox, nox, in qua *C.* [k]) super maledicta gente *C.* [l]) caritatem veritatis *BC.* [m]) *ita corr. et ordin. ab ed.;* ut tempus illius veniat et pertranseant filii iniquitatis *cc. omnes cod.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 28.* [2]) *Psalm. XXX. 21.* [3]) *Cf. Apoc. VI. 12.* [4]) *Cf. Apoc. XII. 14.* [5]) *Cf. Apoc. VI. 12 et 13.* [6]) *Cf. Psalm. CIII. 20.*

„hominis peccati, filii[a]) perdicionis, qui adversatur et extollitur supra omne, quod dicitur deus, aut quod colitur ita, ut in templo dei sedeat, ostendens se, tamquam ipse sit deus", „cuius adventus est secundum operacionem Sathane in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus et in omni[b]) seduccione iniquitatis hiis, qui pereunt eo, quod caritatem [f. 98[b]] veritatis non receperunt, ut salvi fierent" [1]).

Horum autem planiorem intellectum, et quo modo nunc currat tempus illud et[c]) qualiter iam per scismata et per mortalitates, bella et fames et diversas alias plagas illud tempus brevietur propter electos, et multa alia ad propositum invenies infra in tractatu sequenti per totum[2]) et in tractatu de abhominacione desolacionis nunc in loco sancto constituta[3]).

Capitulum sextum[d]).

Prefacio ad subsequencia et quomodo paulatim et successive reddetur pax familie Christi et yppocrite, qui turbant unionem ecclesie, abscindentur usque in finem[e]).

Nunc tantum est mei propositi ostendere, qualiter necesse erat ecclesiam dei, totam pulchram et totam ut sponsam unam uni deo adornatam, non in se nec secundum veritatem, sed secundum apparenciam hominum obduci et abscondi et membra ipsius soliformia, delicata et splendida esse abscondita paululum per tempora diffinita, donec iterum redeat sibi serenum post nubilum, gaudium post turbacionem, manifesta[f]) et clarissima unio atque composicio suorum membrorum post dispersionem, quamvis tantum carnalem[g]), et donec multi eius filii, qui ob estum et tempestatem conwlsam et tenebrosam mortui fuerant, resurgent de pulvere terre et ad suum gremium adiungentur, fiatque iterum congregacio dei electorum a quatuor ventis celi et ita unum ovile et unus pastor solempniter reformetur, tollaturque[h]) de medio multitudo in-

---

[a]) *post corr. A.* [b]) *post corr. A.* [c]) et — illud tempus *om. B.* [d]) *ita AB rubr.; om. C.* [e]) *ita A in marg. (addens* Cap. VI.) *et B rubr.; om. C.* [f]) manifestata *A.* [g]) corporalem *BC.* [h]) tollanturque *A.*

[1]) *Cf. II. Thess. II. 3. 4. 9.* [2]) *videlicet in libri III. tractatu V. „De Antichristo."* [3]) *libri III. tractatus VI.*

piorum yppocritarum[a]), qui sancta sanctorum diutine conculcaverunt, fraudulenter in dei testamentum simulantes, abstuleruntque iuge sacrificium et dederunt abhominacionem in desolacionem stantem in loco sancto. Et tunc maxime gentes et nimis multe per totam ecclesiam sanctorum dilatate et condensate, ut locuste diffuse, dicte Gog et Magog a prophetis, id est tecte et operte, — hii sunt amatores mundi et carnales christiani incorporatique[b]) huic seculo post baptismum et sub nomine christiano, et primum clerici yppocrite et sacerdotes, — tunc inquam detegentur[c]), et meretrix magna tunc nudabitur et manifesta erit ignominia eius, et filius iniquitatis, partus eius[d]), dudum prius simulatus et omni fulgore deitatis coopertus[e]), — et ipse est Antychristus misticus, — tunc revelabitur[f]) et occidetur spiritu oris Jhesu Christi.

Hec vero omnia tunc fieri inceperunt, quando plage generales prefate in dei ecclesia inceperunt, multe strages et fames atque pestilencie, per que infinita milia christianorum ruebant omni die in mortem a suis conchristianis, que inceperunt fieri ab annis[g]) iam LX vel citra[h]) vel fiunt omni die usque modo. Fit vero execucio istorum paulatim et successive et quasi cum premissione antedisposicionum, ordinacionum ad rem pertinencium, ut est signorum et prodigiorum ac portentorum secundum ewangelium et prophetas. Successive itaque ista omnia facit et producit in sua familia dei virtus et[i]) dei sapiencia, pius Jhesus crucifixus, ostendens divicias sue paciencie et longanimitatis, dans locum penitencie peccatoribus dansque multas significaciones yppocritis, quatenus possint fugere a facie arcus et reducere sibi ad memoriam ex hiis, que notorie vident fieri in ecclesia, scripturas et manifestas prophecias, et ita ut properarent abscondere se a ventura ira, que iminet universo orbi. Ista vero omnia, que hic modo[k]) cursim dicuntur, lacius[l]) producentur et magis exanimabuntur in distinccionibus duabus longis sequentibus, id est in distinccione de Antychristo[1]) et distinccione[m]) de abho-

---

[a]) et yppocritarum *C.* [b]) que *om. BC.* [c]) detegerentur *BC.* [d]) *ita A ante corr. et BC.* [e]) cooperatus *corr.* coopertus *A.* [f]) revelabuntur *corr.* revelabitur *A.* [g]) anno *C.* [h]) circa *C.* [i]) *om. B.* [k]) michi *BC.* [l]) lacius et *C.* [m]) *om. C.*

[1]) *vide libri III. tract. V. „De Antichristo."*

minacione desolacionis stante iam in loco sancto[1]); tantum qui legat[a]), intelligat et advertat fideliter necessaria[m] presenti seculo veritatem, non facile abiudicando et condempnando, que[b]) legit, sed[c]) applicando ea scripturis et tempori huic hiis, que[d]) in tempore isto fieri iam videntur.

Capitulum septimum[e]).

Nunc est redeundum[f]) ad unitatem pulcherrimam et delectabilem ecclesie Christi promovendam, ubi superius[2]) dictum est, quod propter ecclesie Christi venustam, magnam ordinatamque unionem et unam pulcherrimam ordinacionem, qualem scit et potest dei virtus et dei sapiencia edificare et firmare et spiritu suo adornare, ipsa familia et domus Jhesu crucifixi merito et quam proprie dicta est corpus unum virginis, nupte regis regum et domini dominancium, unici boni et sapientis Jhesu Christi.

Nam in corpore pulcherrime virginis est ad suum sponsum iocundissima unitas et [f. 99a] similitudo. Est inter eadem membra pulcherrima difformitas et distinccio. Est gratissima membrorum equalitas et proporcio. Est quoque graciosissima in eisdem universitas et communicacio. Est, dico, in sponsa nubili ad suum sponsum iocundissima unitas et similitudo.

Illud satis probatum est ex attencione exordii[g]) humane creature, ubi dicit verbum dei[3]): „Non est bonum hominem esse solum. Faciamus ei adiutorium simile sibi", et infra[4]): „Dixitque Adam: Hoc os de ossibus meis et caro de carne mea. Hec vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est." Ecce maxima similitudo sponse ad suum sponsum. Quod autem ipsa sit iocundissima, hoc declarat textus sequens dicens[5]): „Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adherebit uxori sue." De unitate quoque eorum additur[6]): „Et erunt duo in carne una.

---

a) legit *C.* b) qui *(sic) BC.* c) *om. BC.* d) quod *corr.* que *A.* e) *ita AB rubr., om. C.* f) redendum *corr.* redeundum *A.* g) exhordii *B.*

1) *vide libri III. tract. 6 „De abominatione in loco sancto."* 2) *vide superius c. 5.* 3) *Genes. II. 18.* 4) *Genes. II. 23.* 5) *Genes. II. 24.* 6) *Ibidem.*

Ista vero singula, que hic dicta factaque sunt ad literam, sunt tantum umbra et figura eorum, que sunt in Christo Jhesu sponso et ecclesia, eius nupta, ubi est iocundissima magis unitas quam umbra, et res signata quam figura; et iuxta predicta maior est vel esse potest unio spiritus ad spiritum in veritate et virtute, quam corporum ad invicem potest esse. Unde quemadmodum necesse fuit secundum Adam, id est Christum, ex deo formari utque[a]) deum et a deo totum et totaliter simul in unum, ita necesse est quemlibet christianum formari ex Christo ad Christum et a Christo ad ymaginem omnino et similitudinem Jhesu Christi in tanta unitate, ut Christi Jhesu et christiani sit unus spiritus et una vita et per consequens una mensura, una fortitudo, una sapiencia et sciencia, una virtus, una potencia et pulchritudo, ergo et maxima unitas et similitudo, ita ut magis sit dictum de Christo Jhesu et christiano vel ecclesia collecta ex christianis: „Et erunt duo in carne una", quam est dictum ad literam de primo Adam et pro[b]) eius Ewa.

Ex quo evidenter sequitur, quod omnes christiani sunt vel debent esse ad invicem conformes et similimi[c]) secundum spiritum et veritatem et valde uniti, quoniam secundum communem animi concepcionem, quecumque sunt uni et eidem similia, inter se sunt similia: ita eciam quecumque sunt unita iocunde[d]) uni et eidem, inter [se] sunt unita eciam iocunde et delectabiliter intelligendo, quod sunt unita talia sibi invicem eadem unione, qua sunt unita uni tercio. Quia autem, ut dictum est, omnes sancti christiani sunt similes conformesque Christo Jhesu et sunt in spiritu et veritate perfecte uniti eidem, sequitur, quod omnes christiani sancti sunt sibi invicem[e]) similes, conformes, iocunde perfecteque uniti ad invicem.

Unde[f]) ulterius sequitur, quod inpossibile est christianos ab invicem dividi vel scindi, quamdiu manent uniti[g]) Jhesu Christo, sed necesse est utique semper prius christianos dividi a Jhesu crucifixo, antequam a se in-

---

[a]) neque *(sic) A.* [b]) *om. BC.* [c]) consimilimi *BC.* [d]) iocunde — unita *om. B.* [e]) ad invicem *BC;* invicem sancti et humiles *A ante corr.* [f]) Unde impossibile est oc. *contin. D 1. 2.* [g]) uni *corr.* uniti *A sup. lin.*

vicem per scismata dividantur[a]). Et omnis, qui fit difformis sanctis christianis et dividitur ab ipsis, eodem[b]) actu fit difformis Jhesu Christo et dividitur ab eodem, et similiter e contrario[c]) omnis, qui fit difformis Jhesu crucifixo et dividitur a Christo in magno vel in parvo et quocumque modo, mox eodem modo fit dissimilis et divisus a sanctis christianis.

Unde sequitur illud, quod dudum ante est assumptum, quod per nullum scisma ecclesia sanctorum est divisa[d]), que semper manet unita suo capiti, domino Jhesu Christo, sed multitudo yppocritarum prius divisa a Christo Jhesu in spiritu et veritate et facta difformis Christo et sanctis christianis, postea inter se est[e]) divisa et[f]) facta difformis et divisa volente[g]) hoc et faciente domino Jhesu Christo, quatenus sic carnes magne fornicarie et nimium iam et diutine luxuriate siccine dividantur et discerpantur[h]) et suo igne concrementur, divina iusticia vindictam suam in eandem exercente, ecclesia sanctorum et sponsa Christi semper manente integra et in solida unitate et inviolata. Sed quia yppocritarum huiusmodi dissimilium Christo et sanctis christianis est et fuit hactenus[i]) iam nimia multitudo per orbem ecclesie universum ita, quod loca insignia et gradus summos yppocrite iam obtinebant nimium, ut locuste condensati, mulier quoque supradicta stulta et clamosa plenaque illecebris super sellam[k]) se posuerat in excelso urbis loco[l]), suo fornicario longe lateque prostituto et distento, et sanctorum ecclesia iuxta predicta est ad pusillum [f. 99b] abscondita et membra splendida ipsius in abscondito faciei Christi Jhesu et in spiritu et veritate recollecta, inde est, quod multis et fere omnibus apparet, quod ecclesia Christi sit divisa, et quod sit scisma factum in ecclesia christianorum, in vulgus sic prodiit et ita creditur et publice conclamatur.

---

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Omne illud &c., *v. infra p. 171, lin. 29.* [b]) *post* eodem *rasura sequitur in cod. A.* [c]) e converso *C.* [d]) *A post corr.* [e]) *om. BC.* [f]) et — divisa *om. BC.* [g]) voluntate *BC.* [h]) distirpantur *C.* [i]) actenus *BC.* [k]) cellam *B.*

[l]) *Cf. Proverb. IX. 13—14.*

Capitulum octavum[a]).

Sunt itaque sancti christiani sibi invicem perfecte similes et uniti aut simul continue uniuntur et assimilantur, quamdiu sunt in hac vita. Ergo omnis difformitas accidentalis et omnis divisio, que non confert ad unionem et similitudinem communem, a christianis sanctis debet vitari et removeri quasi contrarium vel inpediens ad suam perfeccionem veniendi[b]), quemadmodum fugit corpus hominis lesionem et societas grata turbacionem.

Ubi est advertendum, iuxta ea, que deducuntur in secundo libro huius seu tractatu, c.[c]), quod divisionum vel difformitatum supradictarum alia est essencialis et necessaria, et illa non derogat unioni vel similitudini, que facte[d]) sunt et admisse in familia Jhesu crucifixi, et de illa erit sermo in sequentibus. Alia est accidentalis. Et illa adhuc est varia: una difformitas est virtuosa seu utilis et conferens ad difformitatem decoram et essencialem et bonam, que adornat unitatem; alia est viciosa, que inpedit unitatem, et non est utilis ad instruccionem; alia difformitas et divisio est omnino indifferens, id est bona bonis, mala malis, vel aliquibus utilis et aliquando aut alicubi conferens, et aliis est nocens et aliquando et alicubi.

I. Difformitatem in proposito voco essencialem, que conponit corpus sancte ecclesie vel que facit membra distincta in ecclesia, utpote sunt gradus varii in ecclesia et varii status et[e]) condiciones hominum, que distinccio est necessaria in ecclesia.

II. Accidentalem divisionem aut difformitatem hic voco varietatem, que venit secundum adinvenciones hominum adventicias[f]) et secundum varias voluntates[g]), sine quibus dei ecclesia esse incepit et bene stetit et potest stare, utpote varietas in cultu dei vel varietas religionum aut religiosorum, statuta adinventa et confirmata[h]), varietas et magna multiplicitas mandatorum et tradicionum seniorum[i]) et doctrinarum hominum, varietas consuetudinum, varietas habituum, varietas

---

1) De religion(ibus) nota totum *A*.

a) *ita AB rubr., om. C.* b) vivendi *C.* c) huius tractatus c. *C; recte ad cap. 1. huius tractatus revocatur (p. 145—146).* d) perfecte *C.* e) varii status et *om. BC.* f) venticias *B.* g) voluptates *BC.* h) conformata *BC.* i) seriarum *(sic) C.*

morum, varietas accionum et conversacionum in[a]) vulgo christiano.

1) Difformitatem aut divisionem virtuosam vel bonam in ecclesia hic appello illam, que est necessaria concomittanter[b]) ad distinccionem essencialem et neccessariam in ecclesia et ad discrecionem membrorum pulcherrimam corporis[c]) Jhesu Christi, veluti sunt precepta, consuetudines, habitus et mores apropriata gradibus et statibus atque officiis et condicionibus in ecclesia Christi, quemadmodum alia precepta hominum, consuetudines; alium habitum et mores debet habere gradus sacerdocii quam status laycorum[d]), alia debet habere huiusmodi status layci quam status monachi et sacerdotis, et sic de singulis.

2) Difformitatem aut divisionem accidentalem malam aut nocivam ecclesie hic voco ea omnia, que ex predictis sunt vel superflua, ita quod in nullo conferunt essenciali ecclesie distinccioni graduum vel officio, vel nimia, ita quod pluralitate sua magis inpediunt quam expediunt christianorum ad invicem unionem et similitudinem supradictam, vel que venerunt ex aliqua singularitate et ad invicem voluntaria hominum segregancium semet ipsos et dehinc in publicum ecclesie Christi introducta, vel ea, que venerunt ex timore aliquorum, sed colorate[e]) et quasi sub specie pietatis et[f]) expedientis ad spiritualem vitam christianam, aut ex errore aut ex alia causa aliqua, magis a carne quam a spiritu Jhesu sua principia trahente, vel ea, que venerunt unde ex viciis, ut ex[g]) luxuriosis, gulosis, avaris, iracundis, superbis, et ita de aliis hominibus, qui omnes suas proprias varietates et dissimilitudines in familiam Christi, id est ecclesiam publice induxerunt et nimis multiplicaverunt et consuetudinibus confirmaverunt, que omnia multum nimis abalienaverunt a se invicem populum christianum et varie contra se invicem diviserunt multas societates et quasdam adventicias fraternitates [f. 100[a]] separatas[h]) adauxerunt per totum orbem ecclesie in populo christiano. Ex[i]) quibus venerunt homines seipsos amantes, suas privatas cerimonias et iustificaciones inquirentes et iuxta mandata et doctrinas hominum, et seipsos

---

32) De fraternitatibus *A alia manu.*

[a]) *om. C.* [b]) et concomittatur *C.* [c]) *om. BC.* [d]) laycorum — status *om. BC.* [e]) colorato *AB.* [f]) *om. B.* [g]) ut ex *om. C.* [h]) separante *C.* [i]) De *C.*

ostentantes et commendantes coram plebibus atque super alios se efferentes et per quasdam religiosas adinvenciones et specie multa pietatis coloratas quasi alcioris sanctitatis professores seipsos a communitate wlgi christiani dividentes. Ex quibus prodierunt homines rebelles, superbi et inflati suisque parentibus, id est superioribus inobedientes, dominacionem contempnentes, et alia mala innumerabilia, per que iocunda ecclesie unitas et pucherrima est dirrupta et distracta.

Varietas igitur atque multiplicitas in cultu et religione accidentalis, adinventa per humanas varias voluntates et opiniones, precipue, que iam est consuetudinibus firmata[a]) et in publicum ecclesie introducta, non necessaria distinccioni membrorum ecclesie neque conferens, sed magis distrahens eandem et membra ipsius a iocunda unione, est mala et nociva familie Christi Jhesu et deberet eici foras, destrui et minorari. Et ex consequenti omnis multiplicitas varia multaque varietas exinde proveniens, ut vulgo dicitur, religionum et religiosorum et varietas mandatorum tradicionumque seniorum et doctrinarum hominum, varietas consuetudinum et habituum, varietas morum et accionum et aliarum variarum multiplicitatum in conversacione wlgi christiani, precipue talia, que sunt publicata et consuetudinibus firmata, et maxime illa, que venerunt a parte ex carne et ex viciis, ut est ex superbis, ex luxuriosis, ex[b]) gulosis et avaris hominibus, omnia inquam talia essent summis studiis et cum magno zelo et in multa paciencia per apostolos fideles, doctores et predicatores Christi Jhesu evellenda, debellanda, et foras quasi palmites inutiles eicienda ad restaurandam et purgandam iocundam unionem sancte familie Jhesu crucifixi, qui facit unius moris habitare in domo[1]), et ad recuperandam similitudinem gratissimam et uniformitatem delectabilissimam inter sanctos christianos, ad restituendam quoque pudicissimam simplicitatem sancte ecclesie in fide et dileccione. Et tunc vinea domini dei Sabaoth bene esset visitata, et tunc Sodoma redibit in antiquam dignitatem et veniens Helyas restaurabit omnia, et tunc fiet sermo, qui scriptus est[2]): „Tunc mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala“[c]).

---

[a]) firmatum *B.* [b]) et *C.* [c]) *post hanc vocem sequitur in cod. A:*

[1]) *Psalm. LXVII. 7.* [2]) *Matth. XIII. 41.*

3) Difformitatem aut divisionem indifferentem hic placuit illam estimare, que venit in ecclesia non ex voluntatibus variatis hominum, que sua sunt, in religione christiana inquirencium, sed ex natura rerum et propter multam latitudinem ecclesie et nimiam multitudinem christianorum populorum. Verbi gracia ut diversitas regionum et[a]) patriarum et ipsarum complexionum et consuetudinum propriarum, diversitas linguarum, diversitas statuum et condicionum in vulgo christiano, diversitas arcium et scienciarum, et sic de aliis, que in nullo obviant unitati ecclesie iocunde et intrinsece vel ipsius similitudini preclare et decore, sed magis eam adornant et promovent dearticulatam unionem.

Verumptamen hic sermo meus contra illam difformitatem militat ac diversitatem, que venit ex voluntatibus hominum diversis et dissimilibus, hominum inquam inquirencium suas iustificaciones et devociones, et [qui] non contenti de communi et in communi ordinacione ecclesie, suas proprias ordinaciones adinvenerunt aut suos ordines multos et varios et ad medium ecclesie et ipsius [f. 100[b]] ordinacionis induxerunt, destruentes per hoc aut offendentes[b]) in dei ecclesia spiritus sancti libertatem et plenitudini legis ewangelice derogantes; et post hec multiplicati nimis per universam ecclesiam et confortati confuderunt multum ordinacionem communitatis ecclesie et addiderunt ad destruccionem unitatis iocunde ipsius et decore similitudinis intrinsece in spiritu et veritate, multiplicantes, ut dictum est, sua propria et singularia, et per ea se plebibus commendantes, et populos post se varie abducentes et distrahentes; facti per hoc in preiudicium et detrimentum magnum essenciali ordini sufficienti et universali in dei ecclesia gradibusque eius et officiis sacrosanctis et, quantum in se, multam dissimilitudinem et divisionem a communione operantes et inducentes in multitudinem populorum.

Que difformitates seu diversitates sunt Christi Jhesu familie nocive et amputande. Cap. IX *(rubr.), sed dictum hoc postea deletum est.*

[a]) *om. B.* [b]) deffendentes *C.*

Capitulum nonum[a]).

[Que] difformitates seu diversitates sunt Christi Jhesu familie nocive et amputande[b]).

Est post hec advertendum, quod similitudinem et unitatem in ecclesia deus[c]) efficit[d]) et spiritus eius. Effecit eciam eandem homo et sollicitudo ipsius.

Quod eam deus operatur, notum iam ex predictis. Quod eciam homo est eius cooperator, planum est ex apostolis et ex illis, que videntur, quoniam nisi homo eciam faceret unionem in populo vel e converso destrueret, non hortaretur apostolus tantum et tociens ad servandam et tenendam unitatem. Unde dicit[1]): „Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.“ — Deus itaque facit unitatem intrinsece in spiritu et veritate in plebe christiana, quod nemo[e]) facere potest. Homo sua sollicitudine facit similitudinem et unionem extrinsece in conversacione et moribus. In[de][f]) ab eo, quod deus intus operatur, id est a gracia et veritate[g]), et ad id, quod deus intendit, suam totam operacionem dirigit, id est ad unitatem ecclesie decoram in deum[h]) et iocundam, et per hoc fit, quod homo, quod incipit[i]) ex deo, illud cum deo et in deum operatur, et ita dei cooperator efficitur, sicut scriptum est[2]): „Cooperatores dei sumus.“ Nam homo sine Jhesu crucifixo nichil potest facere, pius Jhesus sine hominibus potest omnia, cum sit deus benedictus in eternum, sed non facit aliquid in hominibus conferens ad salutem eternam sine hominibus, sed wlt facere omnia ex pacto suo statuto ad profectum et salutem hominum privatam cum hominibus, per homines et ex hominibus.

Ex quibus sequitur: omne[k]) illud, quod homines fecerunt, intendentes principaliter communem profectum et utilitatem omnium christianorum de[l]) omnibus gradibus et statibus et condicionibus, id est tocius corporis ecclesie, et tale, quod non potuit[m]) derogare alicui articulo corporis vel iuncture essenciali

---

[a]) *ita AB rubr., om. C.* [b]) *ita A in marg. (addens* Cap.[m] 9) *et B rubr.; recte om. C.* [c]) dominus *BC.* [d]) effecit *C.* [e]) nemo alius *BC.* [f]) In . . . *omnes cod.* [g]) virtute *BC.* [h]) et decoram *add. AB.* [i]) incepit *C.* [k]) *contin. D 1. 2.* [l]) de — vel status *om. D 1. 2.* [m]) poterint *C.*

[1]) *Ephes. IV. 3.* [2]) *Cf. III. Joann. 8.*

eiusdem, neque diminuere in ullo iurisdiccionem[a]) alicuius gradus vel status, et [quod] ad communitatem ecclesie publice induxerunt, cooperans[b]) ad similitudinem unam christianorum et[c]) efficiens in familia Christi unitatem vel[d]) conferens ad[e]) eandem, — illud homines ex deo et per deum et ad deum fecerunt, et omne illud est tenendum et salvandum, tamquam plantacio, que ex deo est patre, et spiritu eius est exorta. Et omne illud, quod fecerunt homines in ecclesia Christi et[f]) in familia Christi, et in publicum ecclesie[g]) induxerunt, intendentes suam privatam ecclesiam et sanctitatem ac devocionem aut quemvis[h]) profectum proprium, omne illud non est ex deo, et[i]) igitur eradicandum et eiciendum[k]).

Item omne illud, quod homines pro seipsis adinvenerunt et fecerunt et in communitatem ecclesie induxerunt, quod non confert ad pulchram similitudinem ecclesie et ipsius iocundam[l]) unionem, sed magis distrahit[m]) vel diminuit, non[n]) est ex deo nec ex spiritu eius. Ergo est evellendum et extirpandum, tamquam adulterine plantaciones.

Item omne illud, quod homines adinvenerunt pro seipsis, id est pro sua devocione, pro sua sanctitate et iusticia vel alias pro suo profectu, et in publicum ecclesie induxerunt, quod quidem est tale, quod ullo modo derogat alicui articulo vel iuncture de essencia ecclesie, vel ullo modo diminuit aut detrahit[o]) alicui gradui, statui vel condicioni ecclesie, illud nequaquam est[p]) [f. 101[a]] ex deo, sed tantum ex hominibus, qui seipsos sunt amantes. Cum autem iuxta predicta talium nimia multiplicitas et multa varietas iam sit firmata consuetudinibus in ecclesia et mandatorum, observanciarum et[q]) doctrinarum hominum inde consequencium, consuetudinum quoque et morum atque[r]) habituum et actuum talibus predictis annexorum, admissorum et perpetratorum per sompnolenciam et negligenciam[s]) custodum positorum super[t]) muros ecclesie, ideo iustum et non inpune eadem ecclesia ac[u]) familia Jhesu crucifixi est vel apparet esse

---

[a]) iuridicionem *A (ita et aliunde)*. [b]) cooperans — christianorum *om. D 1. 2.* [c]) et quod est *D 1. 2.* [d]) vel c. ad eandem *om. D 1. 2.* [e]) *om. C.* [f]) et in f. Chr. *om. D 1. 2.* [g]) *om. D 1. 2.* [h]) quamvis *AC, D 1. 2.* [i]) est *D 1; om. D 2.* [k]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Quanto ubicumque oc. *v. infra p. 174, lin. 17.* [l]) iocunde *C.* [m]) detrahit et *B;* detrahit *C.* [n]) et non *C.* [o]) *post corr. A;* distrahit *BC.* [p]) *om. BC.* [q]) *om. BC.* [r]) ac *BC.* [s]) et n. *om. B.* [t]) supra *BC.* [u]) vel *B.*

tam nimis dilacerata[a]) et divulsa et contra se invicem scissa et divisa.

Ex quo satis manifeste sequitur, quod ad reformandam recuperandamque decoram similitudinem et iocundam unitatem Christi Jhesu[b]) ecclesie per domos et familias ipsius, singulas iuncturas corporis ipsius usque ad novissimos articulos molles et delicatos[c]), necesse est omnia predicta privata et inutilia et ad utilitatem iocundam ecclesie superflua et nociva [am]putare vel precidere a vinea, domini Jhesu sanguine plantata et sanguine suorum apostolorum et prophetarum, et redigere ea ad minimum numerum, qui est solus necessarius et in nullo derogans ecclesie iocunde unioni, secundum sermonem, qui scriptus est[l]): „Omnis plantacio, quam non plantavit pater meus, eradicabitur et in ignem mittetur."

Capitulum decimum[d]).

Quod difformitas inter homines ad extra venit ex difformitate intrinseca et priori animorum[e]).

Jam[f]) potest hic induci hoc, quomodo illa diversa varietas et varia multiplicitas precipue aliarum adventiciarum religionum et variorum[g]) religiosorum et adinvencionum[h]) doctrinarumque hominum exinde proveniencium modo subtili et operto atque colorato, ficta pietate invadit et debellat decoram similitudinem et iocundam unitatem[i]) familie Christi, precipue [adinvencionum] iam firmatarum et in[k]) publicum extentarum.

Pro quo est advertendum, quod unitas ecclesie intrinseca et similitudo in spiritu sancto et[l]) gracia ac veritate, quam solus Jhesus crucifixus, ut dictum est, operatur et spiritus eius, illa, tamquam radix et fons omnis similitudinis et amicicie hominum, iocunde omnia, que sunt possibilia, ad extra in rebus et in operacionibus hominum format ad similitudinem unam et reducit ad unitatem in tantum,

---

[a]) dilatata *BC.* [b]) *om. BC.* [c]) debilitatos *C.* [d]) *ita AB rubr., om. C.* [e]) *ita A in marg. et B (rubr.); om. C.* [f]) Jam *B*; . am *AC.* [g]) *om. B.* [h]) adinvicem *BC.* [i]) et iocunditatem *BC.* [k]) *A sup. lin.* [l]) in *BC.*

[l]) *Matth. XV. 13.*

quod facit omnis et[a]) magne multitudinis[b]) credencium[c]) esse cor unum et animam unam[1]), prout supra est de eo disputatum; dehinc ad extra festinat omnia reddere similia[d]) et communia, utpote mores, cultus dei vel varia studia serviendi uni deo, victum et amictum, actus et habitus usque ad novissimas res temporales aut divicias, que hominibus adiacent de longinquo. Et propterea scriptum est de ecclesia primitivorum[e])[2]): „Erant eis, inquit, omnia communia[f]) nec aliquis suum quidquam esse dicebat." Et exinde semper et ubique usque in perpetuum, ubicumque spiritus Jhesu est in[g]) hominibus facitque unum eos in Christo Jhesu, mox ibi omnis similitudo, omnis unio iocunda et concordia et omnium rerum communio incipit formari, restaurari[h]) et firmari, quamvis non ubique operacione hominum, id est voto, pacto et iuramento, ut in monachis, sed in[i]) operacione precise spiritu[s] Jhesu, id est operacione mutue caritatis et elleccionis[i]) proprie christianorum. Et ita quanto[k]) ubicumque inter christianos fit unitas intrinseca dileccionis maior et firmior similitudo caritatis, tanto maior fit ad extra similitudo habituum et morum et tanto maior communicacio omnium rerum secundarum. Et e converso[l]) quanto magis minuitur vel[m]) rumpitur unio dileccionis intrinseca animorum[n]) secundum Christum Jhesum et spiritum eius, tanto magis destruitur similitudo ad extra habituum et morum, et tanto fit minor communicacio beneficencie in rebus ad extra maiorque divisio et apropriacio seorsum eorundem[o]).

Unde elicitur[p]) evidenter, quod omnis inutilis varietas ad dileccionem familie Christi et omnis divisio eciam rerum ad extra, quam sola[q]) iusticia dei non facit, vel que non est utilis iusticie in vulgo christiano, non est ex spiritu Jhesu, sed ex carne, non ex fide, sed ex diffidencia in deum, non est christianorum [f. 101[b]] sanctorum, sed gentilium. Et omnis talis dissimilitudo vel diversitas, que non confert ad pulchram simili-

[a]) *A sup. lin.* [b]) simlitudinis *(sic) AB.* [c]) in deum unum *add. A, sed postea delevit;* in deum *ponunt BC.* [d]) et similia *BC.* [e]) primitiva *BC.* [f]) quia *add. B.* [g]) in — Jhesu *om. BC.* [h]) restaorari *A.* [i]) *ita omnes cod.* [k]) *contin. D 1. 2.* [l]) *ita C;* e 9° *A et B.* [m]) et *D 1.* [n]) animarum *BC.* [o]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Prior scissio regnorum ab invicem &c., *v. infra p. 188, lin. 8.* [p]) eligitur *B;* elicit *C.* [q]) solam *B.*

[1]) *Cf. Act. IV. 32.* [2]) *Act. IV. 32.*

tudinem et iocundam unionem ecclesie, non est[a]) ex spiritu sancto, sed ex carne et mundo. Et omnis talis divisio vel diversitas, que in ullo, eciam in minimo nocet unioni familie Christi vel similitudini eius ad invicem aut[b]) in aliquo modo[c]) attenuat vel minuit et infirmat eandem similitudinem et unionem, eciam in rebus ad extra et in victu, est de directo contraria operacioni spiritus sancti et adversa Jhesu Christo, qui facit unius moris habitare in domo et[d]) in familia.

Et propterea in ēcclesia primitivorum Ananias et Zaphira[e]) horrende[f]) fuerunt occisi et precisi ab unitate Christi familie, quia per suum opus, id est divisionem sui eciam[g]) in rebus novissimis, puta pecuniis, ab unitate et similitudine sanctorum recesserunt[1]). Ecce enim occisi sunt ob retencionem pecunie separatam pro seipsis et divisam, et tamen nondum erat consuetudo vel firmamentum per iuramentum, ut[h]) nichil proprii possiderent, neque solempniter leguntur vovisse omnia habere in communi, prout modo fit in religionibus et monachis, neque occisi sunt pro perfidia aut aliqua cultus christiani vel legis Christi transgressione, sed pro eo occisi sunt, quod inceperunt destruere familie Jhesu[i]) iocundam unionem et gratam similitudinem, et per consequens inceperunt adversari spiritui sancto et destruere opus eius, mencientes utique in multis et maxime in eo, quod promittebant se fore de unitate et similitudine ecclesie, et tamen seipsos ab ea dividebant, et si non in magno et principali, tamen in minimo, puta in retencione et apropriacione rerum ad extra; maximum[k]) tamen puto esse, quod[l]) fecerunt, eo quod[m]) fuerunt mox horrende occisi a divina ulcione, quia hoc malum in dei familia inceperunt, quia prebuerunt Antichristo et dyabolo eius ingressum in populum dei, qui non aliud facit, nisi dispergit ea, que colligit in unum dominus Jhesus Christus. Magnum enim [est], quod[n]) fecerunt miseri eo, quod sunt per hoc primi patroni et exemplar effecti tanti mali; ideoque sunt tam horrende percussi, quatenus inde habeant significacionem fugiendi a facie arcus[2]) illi, qui pro

---

[a]) *om. BC.* [b]) *A post ras.;* vel *C.* [c]) *om. B.* [d]) *post ras. A.* [e]) Saphira *BC.* [f]) horrendi *BC.* [g]) et *BC.* [h]) vel *corr.* ut *A.* [i]) Jhesu Christi *C.* [k]) maxima *B.* [l]) eo quod *BC.* [m]) eo quod *add. A in m.;* fecerunt eo, quod *om. BC.* [n]) quid *A ras.;* qui *BC;* quod *corr. ab ed.*

[1]) *Cf. Act. V. 1—10.* [2]) *Cf. Psalm. LIX. 6.*

modicis rebus et substancia corporali in ecclesia vel familiis Christi non metuunt facere divisionem et offendere turbareque mutuam caritatis unionem.

Capitulum undecimum[a]).

Quod difformitas accidentalis non necessaria extrinseca rerum et habituum in hominibus derogat conformitati intrinsece animorum et destruit eandem[b]).

Quoniam[c]) omnis talis divisio ad extra, ut supra dictum est, et difformacio sive in moribus sive in bonis temporalibus, eciam minimis, quam sola iusticia non efficit et non operatur[d]) in populo et in familia Christi, maxime nocet iocunde unitati et decore assimilacioni christiane[e]): primum enim recedit ab unitate et similitudine, que est in familia ab extra, et per consequens a concordancia fratrum, faciens hoc paulatim et successive et sub colore racionis et iusticie vel bone fidei, dehinc ponens ibi pedem suum, iam puta in dissimilitudine ad[f]) extra et divisione apropriacionis, et subtiliter et fortiter expugnat, et latenter ac successive attenuat[g]) unitatem intrinsecam animorum[h]) et caritatis Jhesu Christi et similitudinem dulcissimam hominis interioris ad ymaginem et similitudinem dei creati et reformati, in quo et secundum quem[i]) necesse est similes esse omnes pariter salvandos Christi christianos, prout superius est ostensum.

Quod si cui videtur non esse ita, puta quod extrinseca dissimilitudo morum et habituum consueta[k]) et divisio rerum ad[l]) extra, que non est ex iusticia, destruunt et expungnant unitatem spiritus in christianis et[m]) extenuant christianam mutuam dileccionem, cur, obsecro, sacerdotes plebium simul se magis diligunt et iocundius sibi invicem uniuntur ceteris paribus, quam diligant monachos, et e contra[n]) religiosi magis sibi invicem favent et obsequuntur aliis religiosis et gracius

---

[a]) *ita AB rubr., om. C.* [b]) *ita A in marg. (addens* Cap. 11) *et B rubr.; om. C.* [c]) *haec vox apud auctorem etiam idem significat ac* nam, vero oc. [d]) *ita BC;* optat *A.* [e]) *ita corr. ab ed.;* decori assimilacione christiane *omnes cod.* [f]) ab *BC.* [g]) sive attenuat *AC.* [h]) animarum *C.* [i]) quam *C.* [k]) confuta *BC.* [l]) ab *BC.* [m]) *om. BC.* [n]) et eius *(sic) BC.*

simul conversantur, quam cum sacerdotibus plebium? Semper multo conplacencior societas est et iocundior amicicia ceteris paribus inter religiosos simul, vel inter monachos seorsum, et diuturnior conversacio, quam inter presbyteros simul cum religiosis mendicantibus aut simul cum monachis, vel inter monachos et sacerdotes simul, vel inter monachos simul cum laycis, et sic de aliis. Quinymmo sacerdotes plebium [f. 102a] amant seipsos, quodam modo religiosos et monachos quasi alienos et extraneos reputantes, et[a]) de facili mordent ipsos et detrahunt eis. Ita religiosi simul amant seipsos et comendant monachos[b]) eosdem, seculares sacerdotes[c]) coram populis confutantes quasi extraneos, et hiidem[d]) sacerdotes spernunt quasi ethnicos et publicanos, ex[e]) hoc tale nomen ipsis sacerdotibus plebium prestiterunt, eosdem seculares sacerdotes coram populis nuncupando aut sic nuncupari efficiendo. Iterum fratres de una religione, ut fratres minores, amant seipsos, promovent et prosecuntur magis quam fratres aliarum religionum, quos putant extraneos et penitus exortes, et ita alii iterum amant seipsos, fratres de alia religione amare tantumdem negligentes. Similiter inter monachos quanta et qualis est diversitas professionum et, ut vulgo dicitur, ordinum inter monachos, tanta et talis diversitas hominum amancium seipsos et segregancium se[f]) semet ab aliis conchristianis.

Ex hoc venerunt tam fatue varietates in sacerdotibus et religiosis, qui cottidie invitant per innumerabiles promissiones et recommendaciones blandas[g]) sui ipsius in populis, et multipliciter distrahunt plebes ad seipsos ad comparandum participium ipsorum fraternitatis et societatis hominum amancium seipsos et segregancium, in iniuriam maximam communitatis christiane et destruccionem operacionis spiritus sancti in ecclesia et in dispendium molestum unitatis iocunde familie Christi Jhesu et ipsius similitudinis prodecore *(sic)*.

Cur, rogo, hec omnia aut unde suam causam et originem conceperunt, nisi, ut dictum est, ab illa discessione[h]) ab unitate extrinseca et similitudine in moribus et

---

[a]) *om. B.* [b]) monachos — coram populis *om. BC.* [c]) *A in m.; in cod. A etiam haec verba leguntur, sed deleta:* tale nomen ipsis sacerdotibus plebium prestiterunt; *v. inferius.* [d]) idem *BC.* [e]) Ex *BC;* et *A.* [f]) *om. BC.* [g]) blandientes *BC.* [h]) ad illam discessionem *BC.*

conversacione et in rebus ad extra, que est[a]) effectus et quasi investitura intrinsece unitatis et similitudinis in spiritu et veritate? Sicut nempe dei operacio semper incipit ab intra et in medio opus suum salutare edificandi[b]), et deinde procedit ad extra et perficit usque ad novissimam similitudinem et communionem confirmando in suis dilectis, ita homo incipit in novissimis ab extra et[c]) procedit ad intra, ad divisionem animorum, destruendo unitatem et similitudinem in familia[d]) Jhesu Christi. Deus quoque incipit ab intra, [a] spiritu et veritate, et [procedit] ad carnem[e]) et res corporales, omnia replens gracia sua et veritate. Ita homo incipiens suam carnalem operacionem ab extrinsecis[f]) rebus et carnis, procedit ad intra, usque dum inportat opus suum carnale ad locum spiritus et veritatis, iniuriam et abhominacionem ibidem spiritui sancto perficiendo. Unde dictum est ab apostolo[g]) de talibus [1]): „Qui cepistis spiritu, carne consumamini?“

Capitulum duodecimum[h]).

Quod principaliter et solum spiritus Jhesu Christi potest facere in hominibus omnia communia[i]).

Ista autem loquens, nequaquam intendo suadere, quod christianis de necessitate salutis incumbat habere omnia communia, videlicet substancias[k]) in rebus suis (?), sed hoc dico, quod bene communicacio ad extra talium sequitur in christianis ad communicacionem in spiritu et veritate ab intus, vel, prout prius dictum est, proprius effectus est[l]) unitatis intrinsece et similitudinis, scilicet in gracia Christi et veritate, communicacio omnium rerum ad extra et conformitas morum in conversacione. Nec aliquis homo potest vel umquam potuit efficere, puta ut omni proprietate semota in conventu christianorum sint[m]) omnia communia, preter spiritum Jhesu Christi,

---

[a]) sunt *BC.* [b]) edificande *corr.* edificandi *A;* edificando *B.* [c]) ad extra *omnes cod.;* et *om. B.* [d]) et familiam *BC.* [e]) *ita corr. ab ed.* [f]) intrinsecis *BC.* [g]) ad Gala. 3 *add. A alia manu sub linea.* [h]) *ita AB rubr.* [i]) *ita A in m. et B rubr.; om. C.* [k]) *ita AB* (βas), *om. C.* [l]) *om. C.* [m]) sint *AC;* sunt *B.*

[1]) *Galat. III. 3:* Sic stulti estis, ut cum spiritu coeperitis, nunc carne consummemini?

qui solus id ipsum bene potest; illud[a]) eius est proprium, primum unire animos[b]) multorum in fortem amiciciam et dilecciones primumque efficere cor unum et animam unam multorum et diversorum, dehinc ut et res sint omnino pariter communes in unitate perfecta et similitudine consumata.

Quapropter frustra locuti sunt de hoc philosophi, suadentes, quod in civitate omnia sint communia, et sine causa desudaverunt ingenia[c]) multorum et adinvenciones, ponentes ad hoc statuta et per iuramentum affirmata[d]), ut omnis, qui est in conventu ipsorum, habeat omnia communia, omni proprietate superata. Nam non potuerunt efficere illam intrinsecam unitatem in fratribus et conformitatem neque conservare et roborare, ita ut potuerunt efficere, ut meritorie omnes haberent omnia communia in conventu.

Quod si dicatur: Tamen hoc sancti viri ordinaverunt et sanxerunt [f. 102[b]] et confirmaverunt hoc inter suos monachos, de quibus nephas est dicere, quod aliquid tale inutile vel frustratorium confecissent: ad hoc dicitur, quod fecerunt quidem aliquid et ad tempus, quamdiu operabatur in eis et in fratribus ipsorum spiritus Jhesu intrinsecam unionem et conformitatem, et ita cooperabantur spiritui sancto pro tempore, quo ipse volebat et faciebat. Sed quod ad hoc idem obligaverunt[e]) posteros et statutis rigidis et iuramentis munierunt, ac si humanum hoc esset efficere vel in id ipsum confirmare, nescio, si hoc erat ex ipsis aut forte ab aliis posterioribus ipsorum, qui minus spiritu[f]) dei agebantur. Et si fuerit hoc factum ex ipsis et per ipsos, tamen ego puto, quod non fuit illud a deo vel a spiritu Jhesu. Cuius argumentum est evidens, puta quod ex deo non erat maxime obligacio, ut dictum est, quoad posteros[g]), quia illud destructum iam et anullatum, ut[h]) in presenciarum[i]) est videre. Et non tantum est annulatum illud opus, sed provenit iam in finem deteriorem, puta multis in dampnum et in perdicionem, qui post vota eorum solempnia et iusiurandum[k]) nimis multi communiter neque habent neque volunt habere omnia communia in conventibus ipsorum, quin magis propria

15) Nota bene de communibus *A*.

a) quia id *BC*. b) animas *BC*. c) *om*. *BC*. d) confirmata *BC*. e) obligaverant *A*. f) *post corr*. *A*. g) pastores *BC*. h) ut — anullatum *om*. *B*. i) *ita omnes cod*. k) infurandum *(sic)* *C*.

retinentes tam in feminis quam in viris[a]), declinant ad excusandas excusaciones, in peccatis suam dampnacionem aggravantes et ad interitum festinantes.

Quod si quis dicat, quod utique adhuc habent in claustris omnia communia sine[b]) ulla rerum proprietate, tunc clamor vulgi[c]) et opera notoria os eius oppriment et mendacem conprobabunt me tacente. At forte adhuc dicetur, quod utique sunt adhuc religiosi et monachi quam plurimi, qui rite tenent, quod voverunt et iuraverunt: habent enim, inquies, omnia simul communia. Tunc eciam te dicere oportet, quod gentiles et publicani habent conformiter omnia communia, et maxime in ecclesia omnes pariter christiani. Et hoc intelliges discusso et pensato, quomodo Cartusienses[d]) vel alii habent omnia[e]) communia, quoniam communia[f]) quidem habent solum[g]) pro seipsis et pro suis et inter seipsos tantum, qui sunt de ipsorum societate et comodo ac utilitate, aliis conchristianis exclusis, et a[h]) communi plebe christianorum segregati, ymmo communitatem christianam mundum et Babylonem et Egyptum in[i]) comparacione sui intelligentes et iudicantes. Etenim illi, qui intus sunt cum eis et ex eis, dicunt quidem bene omnes pariter singulis rebus demonstratis: „Hoc nostrum est", et nullus conplicum ex eis dicit: „Hoc meum est". Sed si aliquis christianus afforis veniat ad eos, non potest dicere cum eis: „Hoc nostrum est", sed: „Hoc est vestrum"; neque vellent[k]) dicere in veritate ad eum de suis rebus: „Hoc tuum[l]) est", sed magis dicerent: „Hoc nostrum est et non tuum." Habent itaque[m]) pro[n]) se et inter se tantum omnia communia, que[o]) sunt de domo et de familia ipsorum, et non amplius. Quod nequaquam est simile ecclesie primitivorum christianorum et[p]) sanctorum apostolorum, quorum erant omnia non domus unius, vel unius societatis et conventiculi de sanguinibus, sed erant communia omnia omnibus conchristianis in unitate et similitudine ecclesie consistentibus, non autem existentibus in unitate et similitudine unius private religionis vel conventus. Alias Ananias et Zaphyra[q])

---

[a]) viris — feminis *C.* [b]) *post corr. A.* [c]) *om. BC.* [d]) Carthusienses *B.* [e]) *om. BC.* [f]) omnia *B.* [g]) *om. B.* [h]) *om. BC.* [i]) et *(sic) BC.* [k]) valent *BC.* [l]) *post corr. in m. A.* [m]) utique *BC.* [n]) per *B.* [o]) qui *AC;* que *B.* [p]) *om. B.* [q]) Zephira *BC.*

eciam habebant sibi et inter se omnia communia, et tamen fuerunt occisi tamquam proprietarii et destructores ecclesie unitatis. Et sicut prius assumptum est, si ita Cartusienses[a]) bene gloriantur, quod habent omnia communia, vel alii huiusmodi monachi, et quod in hoc sunt conformes ecclesie[b]) apostolorum, tunc pari racione ethnici et publicani poterint[c]) gloriari, quod eciam ipsi habent omnia communia, quoniam quelibet domus et familia et singula ipsius supposita, ubi est yconomus et civilis tractatur utilitas, habet quoad suum usum omnia communia, quia communem domum, communem mensam, commune celarium, communia suppellectilia, et omnes in familia vivunt ex communi et in communi, et hospes domus vel paterfamilias ipse est abbas et procurator, et[d]) paterfamilias[e]) ipse est prior, et dispensatores domus diversi[f]) ipsi sunt officiales sui conventus diversi. Et ita puto, quod non invenias[g]), quomodo vel in quo minus una domus vel familia bene ordinati divitis in seculo minus habent omnia in communi[h]) pro seipsa[i]) et pro suis tantum, quam quicumque monachi et religiosi.

Quod si forte dicas, quod utique, quia in familia patrisfamilias in seculo cum hoc, quod omnes vivunt de communi bursa, habent *(sic)* quilibet ipsorum sua propria et potest habere licite, quod non est in monachis vel religiosis, ad illud respondetur, quod ymmo[k]) in claustris necesse est[l]), quod utique quilibet similiter habeat [f. 103a] aliquid proprium, precipue quoad[m]) illa, que non possunt esse communia multis, quemadmodum artus lectus, arta cella, arta[n]) gugulla vel tunica, cultellus, cingulus, cibus pro uno iam in scultella[o]) administratus et omnia talia, que non pro multis, sed pro uno solo sunt preparata, et repugnat eis, quoad usum ipsorum, quod ipsa sint communia multis, sed nisi unius solius. Illa igitur talia necesse est eciam in claustris esse propria singulorum et diversorum[p]) pro singulis et ipsis apropriata quoad usum.

Quod si dicas, quod licet talia sint fratribus ad tempus quoad usum[q]) concessa et apropriata, hoc tamen est de di-

---

[a]) Carthusienses *C.* [b]) *om. C.* [c]) poterunt *C.* [d]) *om. A.* [e]) *om. C.* [f]) universi *BC.* [g]) invenies *B.* [h]) omnia communia *C.* [i]) pro seipso *BC.* [k]) omnino *BC.* [l]) *om. C.* [m]) ad *tantum B.* [n]) *om. BC.* [o]) scultellam *corr.* in scultella *A.* [p]) *ita C;* divisorum *AB.* [q]) *om. B.*

spensacione et donacione abbatis vel prelati, et pendent semper adhuc ad ipsius ordinacionem et[a]) dominium ac mandatum, ita quod semper potest ea uni[b]) auferre et alteri dare, forte magis indigenti, vel mutuare: tunc dico, quod recte simile est in domo unius ethnici et publicani; omnia, que habent ipsius filii aut famuli proprii, solum ad usum et pro usu suo habent, et ab ipso patrefamilias habent, et ab eo quoad hoc[c]) dependent, quia semper habet ipsorum dominium et potest[d]) ea, quandocumque sibi placet, prout videt, expedire, immutare, auferre vel conferre. Non igitur, ut videtur, magis habent quicumque monachi omnia in communi, quam unus publicanus dives in domo sua vel familia, sub quo[e]) habent omnia pro seipsis in communi.

Ergo non glorientur, quod in eo ecclesie apostolorum assimilentur et communi[s] ecclesia primitivorum, in ipsis remanens solis, reluceat, cum nichil prorsus conferant[f]) ad unitatem Jhesu Christi et ipsius similitudinem quam preclaram, quin magis unitati eidem et similitudini adimant[g]) et derogent quam[h]) multis.

Capitulum decimum tercium[i]).

Quod pauci sunt[k]*), qui propria amant et tenent communionem ecclesie et unitatem*[l]).

Quod si [religiosi] forte velint utique aliquid perfeccionis facere et habere magis quam communitas plebis christiane, et esse magis similes apostolis Jhesu[m]) Christi, tunc faciant hoc primum, quod sint subditi apostolis, id est locum apostolorum tenentibus, hoc est episcopis ordinariis et curatis, in quorum plebe se ingesserunt demorari, de pari cum plebeis subiectis sacerdotibus curatis obediendo, dehinc habeant omnia in communi et nichil omnino in proprio, et non tantum inter[n]) seipsos et suos complices, sed magis, quemadmodum sancti apostoli habuerunt, habeant ipsa omnia

---

[a]) *om. BC.* [b]) una *BC.* [c]) quod adhuc *B;* quoad huc *C.* [d]) post *BC.* [e]) *ita BC;* eo *A.* [f]) conferent *B;* conferunt *C.* [g]) obviant *BC.* [h]) *ita BC;* inquam *A.* [i]) *ita AB rubr., om. C.* [k]) *om. A.* [l]) *ita A in marg. (addens* Cap.[m] 13) *et B rubr., om. C.* [m]) Jhesu — apostolis *om. BC.* [n]) et inter *A.*

in communi cum omnibus passim christianis, ut, quidquid ipsi habent, hoc idem habeant cum ipsis omnes pariter christiani, presertim indigentes et pauperes, ad eorum dominium et ad usum.

Quod si facile esse sic non potest, vel simpliciter inpossibile esse ipsis hoc videtur, tunc non contendant venire ad illud tale, quod ipsi efficere nec patres potuerunt, et relinquant onus, quod similiter nec[a]) ipsimet nec patres eorum[b]) ferre ipsum potuerunt; et caveant sibi gloriari in eo vel de eo[c]), quod puta sancte vivant et omnia habeant in communi, cum magis, postquam segregaverunt seipsos, amant seipsos et summis studiis non nisi, que[d]) sua sunt, omnes pariter inquirunt, et non, que sunt unitatis[e]) et sancte similitudinis ecclesie Jhesu Christi; et permittant[f]) cito pacianturque se putari et ordinari ad profectum unitatis iocunde et decore similitudinis e[u]isdem[g]) ecclesie sanctorum, in qua cupiunt novissime inveniri; et agant penitenciam de eo, quod ad suam privatam utilitatem respicientes et, que sua sunt, tam ample inquirentes, difformitatem multam et divisionem nocivam ad contubernium Christi familie induxerunt, dudum tam conformis[h]) et tam unite, discessionem non modicam ab unitate et similitudine unita sanctorum facientes, eandem per hoc infirmantes et dileccionem communem conchristianorum[i]) extenuantes, dantes multam in hoc occasionem refrigerio multorum caritatis et habundancie[k]) iniquitatis. Et ne velint amplius gloriari in suis patribus, dicentes: „Nos sumus ex patre Benedicto. Nos vero Bernhardi sumus", ne respondeatur ipsis a quolibet: „Si filii Benedicti estis vel Bernhardi[l]), et sic de aliis, opera Benedicti vel opera[m]) Bernhardi facite, qui elegerunt esse mites et pauperes heremite, in tuguriis pauperum et[n]) in solitudinibus demorantes, et suis manibus laboriose suum victum conquirentes[o]), magis in silvis quam in foris, et pocius in desertis quam in urbibus festinantes seipsos innocuos et penitentes in veritate custodire, summe per hoc caventes, ne ullam in familia Christi ponerent dissimilitu-

---

34) Religiosi *A.*

a) similiter nec *om. BC.* b) ipsorum *BC.* c) vel deo *(sic) BC.* d) *corr. A.* e) veritatis *B.* f) permittent *C.* g) *corr. ab ed.* h) conformi *(sic) BC.* i) conchristianorum *corr.* conchristianos *A.* k) habundanciam *BC.* l) Bernardi *C.* m) *om. B.* n) *om. BC.* o) aquirentes *B.*

dinem vel in ullo essenciali iuncture [f. 103b] legitime dearticulateque[a]) unitati sanctorum derogarent."

Itaque si moderni monachi et religiosi sua[b]) et suorum primordia diligenter spectarent, quid et quales alii fuerunt in ecclesia Jhesu Christi, et inspicerent diligenter, ad quid modo sunt delapsi, non restaret eis amplius os aperire, et erubescerent seipsos monachos esse vel religiosos viros appellare, aut in ullo[c]) sanctos viros esse patres suos auderent affirmare vel pro sua ipsorum defensione aut laude propria eosdem adducere vel allegare.

Ego autem puto hodie esse[d]) paucissimos monachos et paucissimos religiosos, et adhuc pauciores credo esse ex illis, qui essent filii patrum suorum primitivorum et sanctorum, et hii, qui sunt tales, vel, si qui tales[e]), latent absconditi et abiecti silentque, nullius momenti modo inter fratres existentes, quia puto esse paucissimos nunc similes intrinsece sanctis eorum patribus; pauciores adhuc opinor habundare illa intrinseca et ecclesiastica unione iocunda ad invicem et fraterna, quam tantum[f]) spiritus Jhesu, in domo sua et familia Christi habitans, operatur, tenet et confirmat, ex qua communicacio omnium bonorum, eciam rerum ad extra temporalium voluntaria et libens[g]) generatur et augetur. Qua[h]) similitudine et unitate sancti patres ipsorum in spiritu sancto habundabant, ex qua communicacionem eciam[i]) omnium rerum ad extra maximam et gratissimam habuerunt et posteris statuerunt et firmaverunt.

Quamvis igitur[k]) moderni monachi et religiosi gerant adhuc modo quandam similitudinem suorum primitivorum, forinsecam solum et in facie vulgi speciem pietatis ostendentes, tamen fere omnis similitudo intrinseca, que est in spiritu et veritate, iam recessit ab ipsis; ideo non in veritate inventi sunt suorum patrum esse filii, de quibus gloriantur, quoniam voluntarie degerantes[l]) id, quod patres eorum summis studiis fugiebant, isti moderni commixti sunt inter[m]) gentes

---

[a]) dearticulate quod *false BC.* [b]) suorum *false BC.* [c]) *post corr. A.* [d]) *om. BC.* [e]) vel si qui tales *om. BC.* [f]) quantum *C.* [g]) libens operatur *B.* [h]) Quia *BC.* [i]) communicacione et *BC.* [k]) *om. B.* [l]) *ita A ante corr.*; degenerantes *A post corr. et BC.* [m]) *add. in marg. A*; gentibus *BC.*

hodie et didicerunt opera eorum, et ita facti sunt magis filii huius seculi quam filii suorum patrum antiquorum.

Sicut eciam paucissimos christianos puto hodie esse filios Jhesu Christi et ipsius apostolorum ac martirum, et illos, qui sunt, modo esse absconditos et contemptibiles in ecclesia quasi purgamenta mundi et omnium peripsima[a]). Nam ipsos tales vulgus christianum solet Beghardos, turlpinos et hereticos[b]) communiter et publice appellare et iudicare. Ideo vero conformiter cum predictis puto paucissimos esse filios Jhesu et apostolorum. Qui paucissimi reperiuntur esse similes Christo et eius apostolis unitique secundum tipum[c]) primitive ecclesie, videlicet quod ipsorum esset[d]) cor unum et anima una in spiritu et veritate[1]), licet adhuc remanserit[e]) similitudo in exteriori professione tantum verbali et mortua figura et specie extrinseca christiana.

Dereliquit[f]) enim templum suum et locum sanctificacionis sue — omnes carnales huiusmodi et omnia talia corporalia — deus celorum, id est spiritus Jhesu et vita, que est ex Jhesu Christo, atque[g]) deus huius seculi[h]), id est spiritus[i]) huius mundi, per christianos est admissus, et in loco sancto, id est ad corda et studia ipsorum et ad ea, que sunt et erant religionis christiane, collocatus, et tunc abhominacio desolacionis est erecta de qua infra sermo prolixus me expectat in ultima distinccione[2]). Et tunc christiani facti sunt filii huius seculi et per consequens membra et filii Antychristi[k]). Et tunc excecavit[l]) corda ipsorum deus huius seculi, ut videntes non videant et audientes non intelligant[3]) et ut perinde varie nimis et multipliciter ydolum zeli[4]) in domo dei conponant atque colant misceantque infinitam abhominacionem fornicacionum terre, de ipsa toti mundo largiter propinando, simul[m]) communiter et publice inquirentes omnia, que gentes inquirunt, summis eorum studiis, amantesque hunc mundum, et ea, que in mundo sunt, ambientes, puta divicias, delicias, gloriam et honores, cum hoc et per talia Jhesu

---

[a]) *ita ABC; recte* περίψημα. [b]) heretigos *B*. [c]) typum *BC*. [d]) est *BC*. [e]) remansit *B*. [f]) Derelinquit *B*. Dereliquerunt *B*. [g]) *ita BC;* tue, ad que *A*. [h]) *post corr. A*. [i]) *ita B;* specie *corr.* spiritus *A;* spem *C*. [k]) et membra Antychristi *B*. [l]) excecat *BC*. [m]) *corr. ab ed.;* cum *omnes cod.*

[1]) *Cf. Act. IV. 32.* [2]) *v. infra l. III. tractatum 6. „De abominatione in loco sancto.“* [3]) *Cf. Lucae VIII. 10.* [4]) *Cf. Ezech. VIII. 3.*

crucifixo digne servire et deo complacere putant, et arbitrantur se in illis bene esse christianos et assecuratos de vita sempiterna[a]), et ita commiscent, quantum in eis est[b]), Christum cum Belial, lucem cum tenebris, calicem Christi cum calice demoniorum, conversacionem huius mundi cum conversacione, que est in celis. Simulantque[c]), id est simul ponunt deum[d]), consociant[e]) aut[f]) nituntur sociare deum cum mundo[g]) harum tenebrarum vel deum celorum cum deo huius seculi, spiritum dei cum spiritu huius mundi, et ambobus conantur digne deservire[h]), videlicet deo et sue mamone. Ex quibus et per que non faciunt aliud, nisi commiscent[i]), ut dictum est, abhominacionem pessimam et horrendam in[k]) desolacionem, id est propter quam deus et dominus Jhesus suum templum dereliquit factaque sunt omnia [f. 104[a]] a spiritu Jhesu et vita dei desolata usque ad tempora prefinita. Et de hiis multa in sequentibus[l]).

Capitulum decimum quartum[l]).

Quod[m]) *divisio sacerdotum*[n]) *vel papatus in ecclesia est signum manifestum*[o]) *et conplementum prioris scissionis spiritualis et magne in corpore ecclesie*[p]).

Et tunc ecclesie istud maximum malum evenit et exinde, quod scilicet tunc corpus ecclesie vehementer incepit dividi et dissipari, quasi partes domus dirumpuntur, cum a suo hospite desolatur, quasi membra mortui corporis divelluntur, cum perdit suam vitam. Nam postquam multe et varie[q]) religiones, multe societates, fraternitates[r]) cum suis superstitionibus et[s]) doctrinis esse inceperunt, sub forma boni et pietatis vel profectus introducte, tunc maxime refriguit caritas primum talium multorum gregum ad invicem. Et tunc iniquitas, id est[t])

---

[a]) christiana *BC.* [b]) *om. BC.* [c]) Simulant *BC.* [d]) *om. A.* [e]) consenciant *(sic)* — sociare *add. A in m.* [f]) id est *BC.* [g]) *om. A.* [h]) conservare *BC.* [i]) admiscent *BC.* [k]) *om. BC.* [l]) *ita AB rubr., om. C.* [m]) Sequitur, quod *B.* [n]) sacerdocii *B.* [o]) manifesta *(sic) B.* [p]) *ita A in marg. (addens* Ca.[m] 14*) et B rubr., om. C.* [q]) et varie *om. B.* [r]) et fraternitates *C.* [s]) et *corr.* in *C.* [t]) et avaricia *BC.*

[l]) *videlicet in l. III. tr. 6. „De abominatione in loco sancto."*

avaricia; habundavit[a]) in populo, tunc scissure et divisiones seorsum christianorum supra modum multiplicari inceperunt, usque dum et ipsum caput ecclesie est conscissum. Unde puta scissura ecclesie christianorum a fimbriis[b]) et in fimbriis primum inchoata et multiplicata[c]) et in horificio[d]) vestimenti, id est in capite ecclesie terminata et completa[e])[1]). Et primum [puto] in corpore fuisse multam et variam scissuram et corrosionem intestinam, et per singula membra mortis diffusione dehinc[f]) spiritus vertiginis[g]) eciam capiti est inmissus et ipsum caput divisit et infatuavit. Docet namque hoc natura rerum, quod humores pessimi gravati in corpore et ex corpore et maxime ex stomacho viciato ascendunt ad ipsum caput et corumpunt ipsum, et ita dehinc proiciunt facile totum corpus et membra simul ipsius perfecte dissipando.

Et quemadmodum supra dictum est, quod operacio dei et spiritus Christi Jhesu incepit colligere populos multos et unire et in unitate confirmare atque incipit usque modo, primum ab intus in spiritu et veritate, dehinc procedit ad extra, in omnibus communionem et unum perficiendo, usque ad novissimas res temporales, faciens primum esse tocius multitudinis cor unum et animam unam, dehinc et[h]) alia omnia communia, — operatur illud autem deus per unccionem spiritus Jhesu ipsius, veluti ungentum superexuberans in capite per barbam barbaque fluminose[i]) decurrens usque in horam vestimenti, facit fratres omnes in unum habitare, sicut psalmista loquitur dicens[2]): „Ecce, quam bonum et quam iocundum habitare, fratres, in unum: sicut ungentum in capite, quod descendit in oram[k]) vestimenti eius[l])[1]): — ita dico operacio hominum, destruens eandem unitatem et inducens scisma in corpore, incepit ad extra in rebus divisionem et processit ad intra, ad divisionem animorum et spirituum. Incepit in minoribus et processit ad maiora. Incepit in fimbriis et processit ad capitis concisionem. Et prout cito post dicetur, prius bestia coccinea[3]), plena nominibus blasphemie et capitosa, decem suis

---

[a]) id est habundavit *B.* [b]) finibus *BC.* [c]) inchoatam et multiplicatam *B.* [d]) orificio *BC.* [e]) terminatam et completam *BC.* [f]) infusionem de huius *(sic) BC.* [g]) virginis *B.* [h]) *sup. lin. add. A.* [i]) *ita ABC.* [k]) horam *B.* [l]) *om. A.*

[1]) *Cf. Psalm. XLIV. 14 et CXXXII. 2.* [2]) *Psalm. CXXXII. 1.*
[3]) *Cf. Apoc. XIII. passim.*

cornibus diventilavit et distraxit populos multos et provincias et regna ab invicem, et postea merito eciam[a] sacerdocium[b] per ea et in talibus usque ad summum eius fuit divisum et distractum[c]. Quoniam nulli dubium scienti hystoriam, quod propter amorem et[d] e converso[e] et propter zelum ipsorum separatum ad[f] se in vicem evenit, quod papatus et sacerdocium est disturbatum et conscissum.

Ex quibus sequitur, quod[g] prior scissio regnorum ab invicem et populorum per refrigerium caritatis et habundanciam iniquitatis meruit[h] simul et effecit eciam sacerdotum scissionem. Nam hoc[i] et scripture divine est consonum, que dicit proprie[k] [1]: „Propter[l] peccata populi deus facit regnare yppocritam", et propter malum et inobedientem populum Israel et contemptorem domini[m] dei sui deus sibi dedit malum regem: ita pari racione propter peccata populi christiani deus fecit confundere caput ipsius et infatuari, et propter scissuras populi previas Christus permisit[n] et voluit conscindi simul et capita[o] populorum. Et quemadmodum non populus propter sacerdotes, sed sacerdotes propter populum, ita non populus est[p] divisus christianus propter sacerdotes divisos, sed magis propter divisionem inter se et dilaceratam[q] discessionem[r] a Christo populorum multorum divisi sunt eciam[s] sacerdotes, et a se invicem et a Christo discesserunt, ut ita et populus ingratus Jhesu crucifixo, domino deo suo, sit[t] factus amator huius seculi magis quam dei, et sacerdotes eius pariter indigni et carnales accipiant[u] cicius suam debitam ulcionem et[v] incurrant vindictam hii, qui pereunt, eo quod veritatem caritatis non acceperunt, sed[w] abalienati sunt retrorsum et post hoc seculum abierunt[x] [2] [f. 104b], quatenus sic hii, qui pessime

---

8) Scisma, nota *A alia manu (auctoris?)*.

a) et *BC.* b) sacerdotibus *BC.* c) destructum *BC.* d) *om. B.* e) e converso *BC;* e go *A.* f) ad *omnes cod.* g) et quod *C; cons. D 1. 2.* h) venit *corr.* meruit *D 2. rubr.* i) Nam hoc *om. B.* k) *om. BC D 1. 2;* dicit, quod *D 2.* l) *add. A in m. (manu auctoris?).* m) domus *B.* n) premisit *BC.* o) capite *B;* a capite *C.* p) *corr. ab ed.;* sed *omnes cod.* q) et dilaceratam *om. D 1. 2.* r) discessionemque *ABC.* s) et *BC.* t) *corr. ab ed.;* et *omnes cod.* u) accipiunt *C.* v) *om. BC.* w) *om. BC.* x) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Sicut itaque non populus &c.; *v. infra p. 189, l. 8.*

1) *Job XXXIV. 30.* 2) *Cf. Isaiae I. 4.*

a Jhesu crucifixo[a]) recesserunt, magis sequentes suas vanitates, nichilominus de eo, quod sint[b]) christiani, gloriantes et confitentes Christum publice, operibus autem ipsum abnegantes et per hoc nomen ipsius magnum et terribile ac divinum multipliciter inter gentes blasphemantes et infinitis blasphemiis exponentes, siccine iuste in errorem mittantur[c]) et in operacionem Sathane.

Sicut itaque non populus christianus ex sacerdotibus est assumptus, sed sacerdotes assumpti sunt ex populo christiano, ita qualis est populus, tales convenit esse et sacerdotes, et per consequens si[d]) carnalis populus, carnales contigit esse ut plurimum et ipsius sacerdotes. Et scissus populus et multipliciter dissimilis habebit scissos sacerdotes suos et varie variatos. Et[e]) prout infra in tractatu de abhominacione dicetur ca.° [37] [1]), deus[f]) semper, cuius perfecta sunt opera[2]), cuilibet corpori coaptat caput sibi proprium et congruum, et, iuxta quod membra requirunt, tale[g]) caput ipsis superponit, et ita duro et crudeli populo prebet durum caput et crudele, sicut miti et timenti deum populo dat mites et deum timentes sacerdotes, et conformiter dilacerato et vertiginoso populo applicat caput dillaceratum et divisum, sicut unito et simili populo christiano caput simile et unicum superponit[h]).

Notum autem cuilibet ex racione potest esse, quod ex quo Jhesus crucifixus, filius dei vivi, omnia potens, omnia sciens et omnes homines[i]) volens salvos fieri et ad noticiam suam pervenire, si populus eius christianus esset sibi digne subiectus et digne sibi gratus et fidelis, ipse — unicus bonus et fidelis — neque daret tali populo dissimiles sacerdotes, opus eius destruentes; aut si forte sacerdotes seipsos, ut assolet[k]), intruderentur ad talem Christi populum, ipse summus sacerdos, qui omnia potest et omnia scit et valde vigilat super suum populum et dixit[3]): „Ego[l]) ipse pascam oves meas utique",

---

[a]) Christo *C.* [b]) sui *BC.* [c]) mittuntur *BC.* [d]) *sup. lin. A.* [e]) Et — ca° *om. D 1. 2.* [f]) deus enim *D 1. 2.* [g]) tale corpus *B.* [h]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Notandum, quod sicut ɔc., *vide infra p. 200, lin. 29.* [i]) *om. BC.* [k]) assolent *B.* [l]) ego *repetit A.*

[1]) *vide l. III. tractatum 6. „De abominatione in loco sancto", in cod. A, f. 244a.* [2]) *Cf. Deuter. XXXII. 4.* [3]) *Ezech. XXXIV. 15.*

nequaquam sustineret suum populum sanctum et fidelem scandalizari et conscindi[a]), sed magis occureret suis remediis opportunis. Eciam prudens et fidelis Christo Jhesu populus christianus, spiritu sancto unitus potenter si esset, nullo modo ab invicem scinderetur ad scissionem suorum sacerdotum, neque ita hostiliter contra se invicem insurgerent pro eo, quod sacerdotes eorum adinvicem contendunt et disceptant, sed magis refugerent cito ad suum caput unicum proprium unicumque commune et inmediatum, et magis magisque in illo unirentur et tenacius sibi adhererent, donec caput vel capita[b]), vicarium[c]) vel vicaria per Christum Jhesum ipsorum essent unita et reformata, non valde magna sollicitudine[d]) agitati et timore de instrumentalibus capitibus atque iam carneis in ipsorum contencione[e]) vel scissione, dummodo ipsorum caput aureum, fidele et dominicum, unicum semper et inconcussum bene stat, ipsis inmediate datum et congruentissime atque feliciter applicatum, scilicet filius dei unigenitus, dominus Jhesus Christus.

Capitulum decimum quintum[f]).

Quod prior facta est discessio populorum a Christo Jhesu, et post secuta est divisio a se invicem manifesta sacerdotum[g]).

Hoc itaque pro rato puto esse tenendum et dicendum, quod populus christianus, primum effectus carnalis et perinde captivatus, discessit a Christo Jhesu, post hoc hunc mundum sequens vel concupiscencias huius mundi, et perinde meruit desolari a regno Christi Jhesu, humilis et mitis agni; et comparavit[h]) sibi multipliciter regnum huius mundi et omnem gloriam et omnem fastum[i]) diviciarum et omnia illa, que sole gentes inquirunt, populus christianus est amplexatus et intulit ea in domum domini dei sui, id est Jhesu crucifixi, per ea et in eisdem glorians et sibi ipsi nimis complacens, oblitus humilitatis et ignominie crucis Jhesu Christi atque per hoc componens horrendam abhominacionem domino Jhesu, deo suo,

---

a) conscendi *BC*. b) vel c. *om. BC*. c) *corr. ab ed.*; vicariam *omnes cod.* d) sollicitudo *BC*. e) *post ras. A*. f) *ita AB rubr., om. C*. g) *ita A in marg. (addens* Ca.m 15*) et B rubr.; om. C*. h) comparacio *BC*. i) faustum *corr.* fastum *A*; faustum *B*.

et locans eam in loco sancto eius. Propter quod spiritus Jhesu, vivificans et vivens sanctam ecclesiam et tenens ac firmans eius unitatem iocundam et similitudinem decoram, recessit de domo sua sancta, et facta est desolata civitas plena populo, tota vacua et purgata et obmissa bestiis variis ad devorandum[a]) et singularis ferus tunc depastus est eam [1]). Et spiritus inmundus gentilitatis expulsus quondam per orbem universum, assumptis septem spiritibus nequioribus se, cum omni genere decepcionum intravit iterum in multitudinem christianam et operatus est omne malum contra sanctos dei [2]). Et tunc absque Jhesu crucifixo et spiritu eius, id est ipso recedente, Antichristus divisit terram sanctorum gratuito [3]), id est ad placitum suum. Et perinde facti sunt multi domini et multi reges super populum carnalem christianum, sibi ipsis populum christianum carnalem quilibet pro posse et [f. 105a] pro voto suo discerpentes et dividentes et sibi ipsi addentes, nichil[b]) prorsus minus facientes, quam umquam reges gencium et tyranni eorum faciebant, in omni crudelitate et superbia ipsis inperantes, omnia manifeste deducentes ad concupiscenciam huius mundi et ad fastum[c]), non sine multa nimis occisione christianorum ad invicem et infinita sanguinis effusione, nichilominus tamen cum hoc gerentes se et conficientes unum esse populum christianum, et tantum verbis Jhesu crucifixo „Domine, domine", acclamantes. Et ita composita est et confecta una bestia, tota coccinea et cruenta vel sanguinea vel carnalis, habens septem capita et decem cornua, super quam sedendo quiescebat magna meretrix, mater omnium abhominacionum et fornicacionum terre [4]), (quorum claram et plenam atque ad propositum exposicionem invenies in distinccione ultima huius libri per multa)[5]).

Cum igitur ita esset carnalitati et mundo venumdatus populus christianus, oblito siccine Jhesu crucifixo, et reprobus circa fidem eius factus, divisus per decem reges, et diventilatus quasi coribus et dilaceratus per latitudinem magni campi, fide mortua ipsorum et omnibus aliis, que erant christiane salutis et plena sancto spiritu prius aliquando, illa inquam fide et illis

---

[a]) vorandum *C.* [b]) vel *BC.* [c]) *ita B;* faustum *AC.*

[1]) *Cf. Psalm. LXXIX. 14.* [2]) *Cf. Matth. XII. 43—45.* [3]) *Cf. Daniel. XI. 39.* [4]) *Cf. Apoc. XVII. passim.* [5]) *vide libri III. tr. 6. „De abominatione in loco sancto."*

pertinenciis ad hoc omnibus quasi mortuis ossibus dispersis, dirutis et ad faciem terre quasi stercoribus vel cadaveribus proiectis[1]), — gubernatusque idem populus[a]) a septem interim capitibus bestie coccinee, id est ab universis viciis, agitatus in diversa et ad contraria secundum sua desideria secularia et carnalia: gloriabatur et gaudebat de suis inclitis regibus, gloriosis principibus, qui se contra alterutrum superbe efferebant et hostiliter concertabant de Jhesu crucifixo, facto veluti mortuo a corde ipsorum.

Unde Francigene, subesse suo regi gaudentes, alios quasi bestias iudicabant, viriliter aspernando. Et Anglici, similiter sub rege suo nimis constipati, erant prompti alios christianos occidere et expugnare. Ita Hyspani[b]) pro suo, ita Romani pro se[c]) et Lambardi[d]) pro suo, ita Theutunici[e]) et Boemi[f]), similiter Ungari et Poloni, hii omnes per reges suos et propter reges suos alterutrum *(sic)* divisi et dispersi ac divulsi, se habuerunt ad alios conchristianos quasi ad alienos vel quasi ad gentem alienam, non tantum seipsos amantes, sed in se gloriantes et alios mordentes conchristianos et expugnantes.

Cum autem talis et tam cruenta bestia[2]), longa, lata et sublimis itaque in diversa a suis septem capitibus agitata, totam ecclesiam christianorum suis decem cornibus ventilaret et inpie dilataret[g]), ecce inpudentissima interim prefata magna meretrix, id est multitudo carnalium clericorum, yppocritarum et sacerdotum ac monachorum carnalium, posuit se quiescere sedereque super bestiam, ut suis cupitis deliciis affluereet, ut purpura et bysso et omni lapide precioso et margaritis adornata, cum universis regibus mecharetur, et tenens in sua potestate aureum poculum, plenum abhominacionibus et[h]) fornicacionibus[i]) terre, inebriaret omnes habitantes super terram. Et cum ita diu iam et per multos annos huiusmodi fornicaria quiesceret innixa[k]) bestie cornute et capitose, non audens ipsam tangere, ne forte excuteretur et eciam ipsa discerperetur, sed magis complacens bestie et blandiens et in seipsa glorians

---

[a]) *corr. ab ed.;* populum *omnes cod.* [b]) Hispani *C.* [c]) suo *BC.* [d]) *ita A et B;* Lombardi *C.* [e]) Theutuici *A.* Theotunici *B.* Theutunici *C.* [f]) Bohemi *B.* [g]) dilaceraret *BC.* [h]) id est *B.* [i]) fornicacionum *AB;* fornicacio *C.* [k]) innixe *B.*

[1]) *vocibus biblicis, ut apparet, auctor hic utitur, sed loci s. scripturae non afferuntur.* [2]) *Cf. pro sequentibus Apoc. XVII. 1 et sq.*

et de sua magnificencia, de suis diviciis, deliciis et honoribus huius mundi, oblita inpie Jhesu crucifixi pactique dei sui expressi in ewangelio Christi atque ducis sue pubertatis, quemadmodum nuper dictum est [1]), et de bestia cruenta, dicens, quod [a]) [2]): „Sedeo ut regina, et vidua non sum [b]), et luctum non [c]) videbo“: et tunc iam [d]) iamque venerunt dies eius [e]) dampnacionis, et tunc oportuit eciam similiter eam scindi et carnes ipsius conburi igni, quemadmodum bestia prius erat divisa et diversa.

Ex quibus illud sequitur, quod eciam prius est conclusum, quod postquam prius populus multus, discedens [f]) a Christo Jhesu ad regnum mundi huius, est dilaceratus et divulsus et in diversa agittatus, et tunc eciam oportuit scindi simul clericos et sacerdotes seu sacerdocium populorum iam sic varie conscissorum. Et ut [g]) tactum est superius, si [h]) bene ea, que gesta sunt in exordio istius scismatis, ponderentur, non invenietur alia causa maior esse ipsius, quam scissura precedens regnorum et [i]) scissura populorum, quoniam tunc Francigene ex seipsis papam cupiebant habere, quemadmodum postea hoc ostenderunt, Romani quoque ex seipsis et pro seipsis papam similiter velle se habere acclamarunt [k]), donec sic et per hoc omnis scissura ecclesie est completa [l]).

Capitulum decimum sextum [m]).

Quod divisio manifesta populorum in ecclesia Christi fuit utilis eorum, qui prius a Christo spiritualiter recesserunt, et [n]) propter quas causas fuit utilis [o]).

[f. 105[b]] Justum ergo fuit et necessarium iuxta exigenciam rerum in tempore super magnam divisionem regnorum et populorum in ecclesia, quod eciam sacerdocium scinderetur; eciam postquam fuit unitas in spiritu et veritate intrinseca attenuata

---

[a]) dicens, quod *ABC.* [b]) solum *corr.* suum *A.* [c]) *sup. lin. add. A.* [d]) iamque *corr.* iam *A.* [e]) *om. B.* [f]) discedens *B;* discendens *AC.* [g]) *sup. lin. add. A.* [h]) sibi *corr.* si *A.* [i]) *sup. lin. add. A.* [k]) acclamabant *BC.* [l]) etc. *add. C.* [m]) *ita AB rubr., om. C.* [n]) ac *B.* [o]) *ita A in marg. (addens* Cap.[m] 16) *et B rubr.; om. C.*

[1]) *Cf. Proverb. II. 17—18.* [2]) *Apoc. XVIII. 7.*

et[a]) dirupta a christianis per recessionem spiritus Jhesu ab eis propter abhominaciones eorum innumerabiles, quas faciebant in loco et instrumentis spiritus dei, quod eciam afforis fieret scissura et divisio in suprema summitate, id est[b]) in summo gradu sacerdotum. Quinymmo, ut superius dictum est, fuit ecclesie sanctorum necessarium[c]) siccine scindi ecclesiam[d]) yppocritarum scissione notoria toti orbi,

primo propter hoc, quod malum, prius dudum intestinum, ecclesie sic prodivit in publicum et [fuit] congnitum et[e]) propositum ad penitendum, de quo scriptum est[1]): „Prodiit ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis“;

secundo[f]), ut illi, qui iniqua in domo dei agebant et nichilominus in ore suo complacebant, accipientes gloriam et honorem ab ecclesia, quasi opera iustorum perfecissent, ita sint notorie divisi in malum suum et confusi ab ecclesia universa;

tercio, ut per hoc corpus peccati et corpus Antichristi, quod usque tunc erat nimis compactum et fortiter sibi adherens in magnum malum dei electis, sic esset divisum et debilitatum, quatenus sic preparetur via regibus ab ortu solis;

quarto, ut hii, qui nondum noverant magna mala, que fiebant in Jerusalem, nec ingemiscebant super illis[g]), credebant omnia bene[h]) stare, ex quo tantum tempora seculi et dies vite huius prospere agebantur, saltem sic congnoscant mala ecclesie et ingemiscant et curent pro ecclesia exorare;

quinto, ut illi, qui erant usque tunc sopiti et dormitantes, neque curantes neque scientes tempora ecclesie previdere et precavere sanctis dei a malis imminentibus, ita saltem evigilent et prospiciant[i]) tempus instare iam dudum periculosum et tempus pessimi Antychristi;

sexto, ut sic ulciscantur illi, qui usque modo fuerunt ingrati domino deo suo, Jhesu Christo et[k]) in errorem mittantur, eo quod caritatem veritatis voluntarie repulerunt[l]) et neglexerunt;

---

[a]) *om. BC.* [b]) et *B.* [c]) *ita C; om. cet. cod.* [d]) ecclesie *BC.* [e]) ad *BC.* [f]) 2° docet *BC;* et dicit *(sic) A.* [g]) illum *BC.* [h]) bene bene *superflue A.* [i]) proficiant *C.* [k]) *sup. lin. add. A.* [l]) repelerunt *corr.* repulerunt *A.*

[1]) *Psalm. LXXII.* 7.

septimo, ut tempus tribulacionis electorum per hoc cicius abrevietur;

octavo, ut perinde redempcio ecclesie acceleretur;

nono, ut sancti dei per hoc probentur[a]), quasi aurum in[b]) fornace, et ab iniquis secernantur;

decimo, ut sancti dei accelerent et expediant se de hoc mundo;

undecimo, ut carnales christiani, qui [in] carnem et brachium humanum ponebant suam fiduciam et mirabantur personas hominum[c]), obliti domini Jhesu crucifixi, recipiant cicius suam maledicciones et confundantur manifeste in diis suis, in quibus habebant fiduciam;

duodecimo, ut preparetur domino Jhesu via cicius ad suam dilectam et unicam ecclesiam reformandam et renovandam[d]);

decimo tercio, ut scripture inplerentur legis et prophetarum, que hec per multa limpide providerunt et predixerunt;

decimo quarto, ut, [sicut] supra dictum est, illa meretrix magna et fornicaria, superba nimis et clamosa[e]), que de aureo poculo dudum inebrians populos, quiescebat in pace et sedebat, eciam turbaretur et relinqueretur desolata inpeditaque[f]) suas fornicaciones tantundem exercere, quatenus virgo venustissima et nupta agno, inclita et formosa, de celo veniens, suum haberet progressum magis compeditum et liberius surgeret ad sua presidia et incrementa, confusa sic[g]) et dilacerata sua emula et inimica.

Capitulum decimum septimum[h]).

Distinccio secunda de ordine et distinccione ecclesie. Distinccio sancte ecclesie secundum beatum Paulum apostolum et secundum sanctum Dyonisium[i]).

Nunc dicendum est ex ordine de distinccione conformi vel de formitate distincta pulcherrime in ecclesia Jhesu Christi, de qua loquitur apostolus in multis locis.

[a]) probarentur *B*; probantur *C*. [b]) a *B*. [c]) *om. BC*. [d]) reformanda et renovanda *B*. [e]) clamorosa *B*. [f]) impediatque *B*. [g]) sit *BC*. [h]) *ita B, om. AC*. [i]) *ita A in marg. (addens* Ca.m 17) *et B rubr.; om. C*.

Merito vero illa legittima et grata distinccio membrorum et singularum iuncturarum familie Christi distinccioni[a]) pulcherrime membrorum sponse seu nupte comparatur, prout potest patere in multis scripture locis et singulariter in Canticis Salomonis et prophetis, ubi per singula eius membra sunt descripta et multipliciter commendata [1]). Nunc quantum ad propositum[b]) negocium spectat, sufficit michi dicere de ecclesie sancte pulchra distinccione et regulata[c]) eius membrorum et iuncturarum usque ad novissimos articulos, id est de distincta ordinacione parcium ipsius essencialium, utpote graduum, officiorum, statuum et condicionum ad certum numerum et pondus atque mensuram compositorum, ita quod[d]) neque magis, quam necesse est, neque minus, quam oporteret, habet sua omnia composita membra et distincta et[e]) ipsorum officia atque potestatem singulorum, ad modum per omnia humani corporis et specialiter virginis sponse suo viro adornate, cui nec quidquam deficit neque[f]) aliquid superfluit pertinens ad necessitatem et decorem. Nec mirum quidem, cum totam fundaverit et composuerit ille altissimus, qui natus est in ea [f. 106[a]] et ipsam valde dilexit ab eterno. Et ille totam formavit et distinxit per singula, qui omnia potest et omnem habet scienciam, et cuius sunt perfecta opera. Nam quecumque a deo fiunt, ordinate[g]) fiunt.

Paulus igitur apostolus singulariter inter alios orthographos studuit distinccionem istam domini Jhesu corporis vel ecclesie describere et membra ipsius corpori[h]) hominis et membris eius coaptare, et hoc diligenter fecit et plurificatis vicibus. Nam de eodem primo dicit XII. Ro.[2]): „Et unicuique sicut deus divisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, — omnia enim[i]) membra non eundem actum habent, — ita multi unum corpus sumus, scilicet[k]) in Christo, singuli autem alter alterius membra habentes donaciones quasdam[l]) secundum graciam, que data est nobis, differentes.“ —

---

10) Distinccio per gradus et dignitates ad similitudinem iuncturarum in corpore naturali *A alia manu.*

[a]) distinccionem *B.* [b]) presens *BC.* [c]) regula *BC.* [d]) itaque *BC.* [e]) ad *C.* [f]) nec *BC.* [g]) ordinato *B.* [h]) *ita B;* corporis *C.* [i]) autem *BC et biblia.* [k]) *om. BC et biblia.* [l]) quedam *false A.*

[1]) *Cf. Cantic. IV. et V. passim, Isaiae LXI. 10, etc.* [2]) *Rom. XII. 3—6.*

Et ad idem Cor. XII.[1]): „Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis, prout wlt. Sicut enim corpus unum est et membra multa habet, — omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum corpus sunt, — ita et Christus. Etenim in uno spiritu omnes in unum corpus baptisati sumus, sive Judei, sive gentiles, sive servi, sive liberi, et omnes uno spiritu potati sumus. Nam et corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus[a]), non sum de corpore: num[b]) ideo non est de corpore? Et si dixerit auris: Non sum oculus, non sum de corpore: num[c]) ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus: ubi auditus? Et si totum auditus: ubi odoratus? Nunc autem posuit deus membra unumquodque eorum in corpore, sicut voluit. Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. Non potest autem dicere oculus manui: Opera tua non indigeo; aut iterum caput pedibus: Non estis michi necessarii. Sed multo magis, que videntur membra corporis infirmiora esse, necessari[or]a sunt. Et que putamus ignobiliora membra esse corporis, hiis honorem habundanciorem circumdamus; et que inhonesta sunt membra, habundanciorem honestatem habent. Honesta autem membra nostra nullius egent. Sed deus temperavit[d]) corpus, ei, cui deerat, honorem tribuendo habundanciorem, ut non sit scisma in corpore, sed id ipsum[e]) pro invicem[f]) sollicita sint membra. Et si quid patitur unum, conpaciuntur omnia membra: sive[g]) gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi et membra de membro[h]). Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tercio doctores, deinde virtutes, exinde gracias curacionum, opitulaciones, gubernaciones, genera lingwarum, interpretaciones sermonum. Numquid omnes apostoli? numquid omnes prophete? numquid omnes doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes graciam habent curacionum? numquid omnes lingwis locuntur? numquid omnes interpretantur?“

---

[a]) et ideo *add. BC.* [b]) *ita biblia;* non *A;* num — de corpore *om. BC.* [c]) *ita biblia;* non *omnes cod.* [d]) temptavit *false C.* [e]) *ita biblia;* in ipsum *omnes cod.* [f]) pro seipsum invicem *AB;* per seipsius invicem *C;* pro invicem *biblia.* [g]) sive — membra *om. BC.* [h]) membris *corr.* membro *A;* membris *BC;* membro *biblia.*

[1]) *I. Cor. XII. 11—29.*

Ecce apostolus quam sollicite et expresse ponit distinccionem membrorum sancte ecclesie et comparacionem[a]) ipsius ad corporis humani per membra singula distinccionem et ipsorum necessariam posicionem. Unde iterum scribit idem et ad idem Eph. IIII°, dicens[1]): „Solliciti servare unitatem spiritus sancti in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus: sicut vocati estis in una spe vocacionis vestre. Unus dominus, una[b]) fides et unum baptisma[c]). Unus deus et pater omnium, qui [est] super omnes et per omnia et in omnibus nobis. Unicuique autem nostrum[d]) data est gracia secundum mensuram donacionis Christi. Propter quod dicit: Ascendens Christus[e]) in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum [in] inferiores partes terre? Qui descendit, ipse est, et qui ascendit super omnes celos, ut inpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero ewangelistas, alios autem pastores et doctores ad consummacionem[f]) sanctorum in opus ministerii, in edificacionem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnicionis[g]) filii dei in virum[h]) perfectum, in mensuram[i]) etatis plenitudinis Christi, ut iam[k]) non simus[l]) parvuli fluctuantes et circumferamur[m]) omni vento doctrine in[n]) nequicia hominum, in[o]) astucia ad circumvencionem erroris. Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput nostrum[p]) Christus, [ex] quo totum corpus conpactum et connexum per omnem[q]) iuncturam subministracionis secundum operacionem et mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in edificacionem sui in caritate."

Pensa hic dicta apostoli per singula et qualiter probat ecclesie unitatem et hortatur ad ipsam conservandam et demonstrat ipsius membrorum pulcherrimam distinccionem, sicud

---

[a]) cooperacionem *BC.* [b]) et una *C.* [c]) unus baptismus *BC.* [d]) vestrum *false AC.* [e]) deus *C; om. biblia.* [f]) *ita A et biblia;* conversacionem *BC.* [g]) *ita biblia;* agnicionem *BC,* cognicionem *B.* [h]) unum p. hominem *BC.* [i]) mensura *BC.* [k]) Nam iam *corr.* ut iam *A;* ut *om. B;* eciam *C.* [l]) *ita biblia;* sumus *omnes cod.* [m]) *A post corr.;* circumveniamur *BC.* [n]) et *BC.* [o]) et in *BC.* [p]) *in marg. add. A; om. biblia;* Christo *tantum BC.* [q]) per unam omnem *A ante corr.;* omnem *om. BC.*

[1]) *Ephes. IV. 3—16.*

scriptum est alibi de ecclesia eadem[1]): „Omnis gloria eius[a]) filie regis ab intus, circumamicta varietatibus."

[f. 106[b]] Beatus quoque Dyonisius Ariopagita[b]), asecla beati Pauli et discipulus, eciam[c]) posuit[d]) distinccionem pulcherrime sancte ecclesie, sed aliam secutus consideracionem[2]). Nam ipse divisit corpus ecclesie in mundo hoc ad modum ecclesie, que in celis est iam glorificata et congregata ex angelis et ex hominibus[e]), quam vocavit celestem gerarchiam[f]), et istam ecclesiam in hac vita ecclesiasticam gerarchiam nuncupavit. Distinxit autem istam gerarchiam primum in tres differentes gerarchias ad modum celestis et illas subdivisit quamlibet in tres ordines personarum gerarchicarum, et ita in universo dividit ecclesiam in novem ordines vel in novem parciales gerarchias. Gerarchia autem est[g]) sancta racionabilium personarum congregacio, per gradus[h]) et officia ordinate distincta cum sciencia et operacione sibi competentibus, ad dei conformitatem, prout sibi possibile est, assimilata et per illuminaciones sibi divinitus infusas iuxta cuiusque capacitatem ad dei imitacionem sursum acta. Unde ad distinccionem primarum[i]) trium gerarchiarum sumit beatus Dyonisius ex actibus et donis, que sunt pro communitate ecclesie vel ad communitatem respicientes. Verbi gracia ponit in prima gerarchia congregacionem personarum perfectarum, purgatarum et illuminatarum a suprema et celesti gerarchia, vel que suscipiunt inmediate suas perfecciones et influencias a Christo Jhesu et spiritu eius. In secunda ponit personas, que accipiunt perfeccionem, lumen et[k]) purgacionem a superioribus et eciam sunt illuminantes, purgantes et perficientes inferiores et subiectos. In tercia et infima gerarchia ponit congregacionem personarum illarum, que solum accipiunt illuminacionem, purgacionem et perfeccionem suam a mediis, et non ulterius aliquem illuminant aut purgant vel perficiunt. In prima gerarchia collocat apostolatum[l]) et episcopos omnes. In secunda ponit curatos sacerdotes et alios sacerdotes[m]). In tercia locat monachos et laycos, et ita locat monachos in in-

---

[a]) *eras. in cod. A.* [b]) Arriopagita *BC.* [c]) et *B.* [d]) in *add., sed postea eras. in cod. A.* [e]) omnibus *C.* [f]) yerarchia *seu* jerarchia, jerarchicus ɔc., *scribitur in BC.* [g]) *om. B.* [h]) gradum *C.* [i]) previarum *C.* [k]) *sup. lin. add. A.* [l]) apostolicum *A.* [m]) et alios sacerdotes *om. B.*

[1]) *Psalm. XLIV. 14—15.* [2]) *Dionysius Areopagita, de eccles. hierarchia, c. 5 et 6, ap. Migne PG, t. III, col. 506, 507 et 531.*

fima gerarchia vel congregacione infima, de illis puta, qui tantum debent purgari, non autem purgare alios, similiter, qui debent tantum suscipere illuminacionem et perfeccionem, non vero illuminare vel perficere quempiam[a]) secundum ordinem illum gerarchicum. — Hec secundum Dyonisium eundem. Qui[b]) vero plura de talibus velit videre, inquirat libros prefatos doctoris eiusdem[c]), qui satis cito aquirente poterint inveniri.

Capitulum decimum octavum[d]).

Distinccio familie Christi, id est ecclesie secundum ordinacionem modernorum seculorum[e]), quoad gradus ecclesiasticos vel status clericorum[f]).

Ego autem delectatus in consideracione pulcherrime ordinacionis ecclesie et decore eius distinccionis, quantum ad presentem statum eius, et ex animo iratus zelansque contra illos, qui illum ordinem familie Christi inpudenter rumpunt et conturbant, ex istis, que a Paulo apostolo sunt posita et a Dyonisio[g]) distincta, et ex figura respectu moderne ecclesie volui adhuc aliam distinccionem ecclesie sancte indagari aut pocius eandem, quam Paulus in grosso et in communi posuit, magis particulatim dividere et membra singula ipsius pulcherrimaque manifestius demonstrare ponereque differenciam inter membra corporis ecclesie, et que magis, queve[h]) minus sunt necessaria et acceptata[i]).

Rogo tamen humiliter unumquemque lectorem, ut michi non inputet, dum hec scribo, sed magis me supportet, et[k]) laboribus meis si non wlt vel non dignatur gratus esse, ad minus caveat sibi detrahere studiis aliorum et suam innocenciam circa meam exilem personam conservare.

I. Est igitur notandum[l]), quod sicut creacio mundi[m]) est opus proprie dei, ita salus mundi in ecclesia et propter ecclesiam est

---

1) (Religio)si et laici simul computantur *A alia manu.* 29) Dominica 18ª de unione (?) super epistola *D 1.* — Super epistola *D 2.*

a) quempium *BC.* b) *rasura sequitur in cod. A.* c) eius *B.* d) *ita AB rubr., om. C.* e) seculorum *B;* sanctorum (?) *A.* f) *ita A in marg. (addens* Ca.m 18) *et B rubr.; om. C.* g) Dionisio *C.* h) ve *om. B.* i) accepta *BC.* k) *sup. lin. add. A.* l) *contin. D 1. 2.* m) *A post corr.*

proprie opus Jhesu crucifixi, quemadmodum hoc nomen ipsum[a]) attestatur. Cum ergo primum et principale Jhesu crucifixi, sicut et ecclesie, est salus animarum aut salvare animas, ergo omnis ordinacio atque distinccio eius est ad hoc facta et[b]) ex hoc, ut anime salvandorum procurentur et salventur[c]). Igitur exinde poterint sumi et numerari membra principalia et essencialia tocius ecclesie sacrosancte, puta ex illis personis, que habent curam animarum.

Et tunc quemadmodum in quolibet corpore humano primum numerata sunt tria membra principalia et essencialia pro salvando animali, sine quibus omnino non potest vita hominis neque species neque individuum conservari, et illa sunt: caput, cor et renes, et ideo ista sunt, que pre ceteris membris habundant calore, spiritu et vi sensitiva, et defeccio istorum vel lesio est[d]) defeccio et lesio tocius vite animalis: ita[e]) conformiter reperitur in corpore venustissimo ecclesie virginis et sponse Jhesu Christi: tres scilicet persone curate aut tres ordines personarum curatarum, id est qui ex suo principali officio et ordine habent curare salutem animarum, videlicet papa, episcopi et plebani; et hii tres primo et principaliter recipiunt a Christo Jhesu pro tota ecclesia calorem, spiritum et sensum vivacem et istis magis habundant et debent habundare pro toto corpore ecclesie sacrosancte; et lesio vel defeccio istorum vel alicuius ex istis esset lesio aut defeccio vite ecclesie, supposita potencia dei ordinata et quoad ordinem influxionis atque excepta potencia dei absoluta.

Et ista composicio atque ordo in principio per Jhesum Christum [f. 107[a]] est conceptus et confirmatus in ecclesia originali. Et ita, ut superius [p. 56] assumptum est, veritas vite et doctrine Jhesu Christi et ipsius dehinc[f]) apostolorum est regula, secundum quam tota usque ad finem ecclesia sanctorum ordinatur

---

9—20) Membra sunt in [corpore]
- naturali
  - caput
  - cor
  - renes
- mistico
  - papa
  - episcopi
  - plebani

A alia manu coaeva.

[a]) crucifix(us) *add. C in m.* [b]) sancta et *C;* facta est *D 2.* [c]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Tunc fiet magna redempcio &c., *v. infra p. 218, lin. 28.* [d]) *rasura in A.* [e]) ista *(sic) C.* [f]) *om. C.*

et debet gubernari, quoniam primum ipse dominus Jhesus primus voluit[a]) esse curatus animarum et dehinc in secundo ordine posuit apostolos, et in tercio LXXII discipulos collocavit, et hii omnes curati animarum[b]), postea[c]) loco sui Christus posuit Petrum, primum papam, in loco apostolorum constituit episcopos, in loco tercio LXXII[d]) discipulorum posuit plebanos vel curatos sacerdotes. Quapropter isti tres soli et non alii dicuntur proprii sacerdotes animarum.

Sed postea per spiritum sanctum et eius ecclesiam additi sunt quatuor ordines similiter curatarum personarum, sed non ex equo primis tribus ordinibus, nec in eadem serie, sed a latere et minus essenciales et minus principales. Et sunt: patriarche, archiepiscopi, archidyaconi[e]) et decani, qui sunt quasi due manus et duo crura in corpore hominis, ita ipsi in corpore mistico Jhesu Christi.

Itaque papa, primus curatus animarum, fulcitur quasi duobus brachiis hinc et inde, archiepiscopis scilicet et patriarchis. Et episcoporum secundus ordo curatorum archidiaconis et decanis quasi a duobus cruribus[f]) deportatur. Plebanorum autem ordo tercius et essencialis eisdem manibus et cruribus est contentus, quoniam sufficienter per ea ambitur, defenditur[g]), iuvatur et portatur.

Alii autem omnes clerici et sacerdotes, qui sunt in ecclesia, cuiuscumque gradus vel condicionis fuerint, sunt appendicii istorum ordinum essencialium predictorum, et sunt atque dicuntur opitulaciones, id est[h]) adiuvamenta eorumdem. Ex quibus dominus papa adhibuit sibi gnaros et fideles presbiteros, a quibus esset ydonee suppodiatus[i]) aut supportatus et[k]) adiutus ad portandum rite et digne suam curam et suum magnum onus: quasi arbor vel rami eius, cum nimis multos et magnos fructus deportant, quibusdam[l]) suppodiamentis sustentantur vel confortantur, ut possint fructus deferre et non frangi sub gravitate, a qua usque[m]) prope terram et quasi violenter

---

13) Patriarche, archiepiscopi, archidyaconi, decani *A*. 23) Clerici et sacerdotes diversarum condicionum appendicii ordinum essencialium dicuntur opitulaciones *A*.

[a]) meruit *BC*. [b]) *om. C*. [c]) et postea *BC*. [d]) LXXII[orum] *C*. [e]) et archidiaconi *BC*. [f]) curribus *BC*. [g]) et defenditur *BC*. [h]) atque *BC*. [i]) subpediatus *BC*. [k]) *om. C*. [l]) cum q. *A*. [m]) *om. BC*.

inflectuntur, ita prefati electi et sapientes presbiteri supportant in cura magna et[a]) laboribus ipsum papam. Quos presbiteros electos ex milibus papa et ecclesia voluit cardinales exinde nominare, quia sicut cardines sustentant hostium in sua constancia et volubilitate et hostium ipsis innixum expedite et ordinate volvitur[b]) atque leviter, clauditque[c]) et aperit domum domini, et inmittit et emittit foras, et omnia debite et ordinate, ita sunt domino pape presbiteri cardinales, qui quidem, si sunt et dum sapientes et digni in[d]) domino Jhesu Christo, tunc sunt sanitas orbis terrarum, scilicet ecclesie Christi sacrosancte, sicut scriptum est[1]): „Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum." Et tunc merito possunt et debent dici cardines ecclesie vel tocius domus dei. Sed si ex permissione divina contingat illud sal multorum populorum infatuari ullo modo et[e]) per operacionem Sathane altam et nimis fraudulentam, tunc non nisi proici foras debent secundum ewangelium Jhesu et ab hominibus conculcari[2]) et non de cetero cardines domus dei, sed pocius porte inferni mererentur censeri[f]) et nominari, qui de ecclesia ad infernum mittunt plurimos, vel per quos dyabolus perdicionem et[g]) infernum in ecclesiam sanctorum introducit, qui infernus sequitur sedentem in equo pallido, id est papam yppocritam, a cardinalibus yppocritis, qui nec sunt frigidi neque[h]) calidi, sed tepidi et pallidi, deportatum sic et sustentatum secundum propheciam Jo. in Apoc.[3]) Et de istis talibus portis abyssi cupiditatis et inferni locutus est pius Jhesus dicens ad primum papam[4]): „Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam", et tunc ad propositum: „Et porte inferni non prevalebunt adversus eam."

Nisi enim signaculum hoc firmiter staret promissionis Jhesu Christi, iam nunc istis periculosis temporibus paulominus in infernis[i]) habitasset[k]) anima nostra et iam quasi Sodoma perissemus[l]) et quasi Gomorra fuissemus[5]), quoniam nisi Christus, piissimus et fidelis deus, in principio istius scismatis,

3) Cardinales *A*.

a) in ecclesia magna a *BC*. b) involvitur *BC*. c) claudit *BC*. d) et *BC*. e) *om*. *BC*. f) fieri *corr*. censeri *A*. g) *add*. *A sup. lin.*; in *BC*. h) nec *C*. i) in infernis *om*. *BC*. k) *add*. *A in m*. l) pessima *BC*.

1) *Sap. VI. 26*. 2) *Cf. Matth. V. 13*. 3) *Cf. Apoc. VI. 8*. 4) *Matth. XVI. 18*. 5) *Cf. Rom. IX. 29*.

nunc currentis, suam ecclesiam adiuvisset, porte prefate inferni utique adversus ecclesiam prevaluissent. Sed propicio deo sal infatuatum repertum est a tota Christi ecclesia salvandorum esse irritum factum et innane et proiectum foras et[a]) iam ab hominibus conculcatur non inpune; infernus quoque, qui sequebatur mortem super equm sedentem[b]) et circumquaque per orbem occidentem, id est Antychristus[c]), filius perdicionis[1]) ac summum caput omnis corporis lati et longi, fortis et compacti antychristeitatis, id est multitudinis yppocritarum, non intravit Christi Jhesu inclitam ecclesiam, sed manet foris precisus et eiectus, revelatus iam a Christo coram suis electis, dehinc a spiritu oris ipsius occidendus[2]).

Sacrum itaque collegium presbiterorum cardinalium non est de principalibus[d]) et essencialibus partibus vel membris ecclesie, sed de appendiciis et pertinens ad opitulaciones, quia ad hoc sunt, ut supportent et fulciant ipsum papam.

Quemadmodum et domini episcopi assumpserunt sibi collegium canonicorum [f. 107[b]] cathedralium suarum ecclesiarum in opitulamen sui magni oneris salubriter deportandi.

Ita plebani habent suos vicarios, quibus in gerenda cura animarum et rite expedienda adiuvantur.

Qui quidem omnes isti coassumpti sunt in dei ecclesia, et licet sint[e]) utiles et necessarii familie Christi, minus principales.

Et nota, quod illi, qui sunt maxime principales in ecclesia, utpote dictum est, papa, episcopi et sacerdotes curati inmediate plebium, sunt ossa corporis ecclesie, illa magna et forcia, velut sunt brachiorum atque pedum, que sustentant totum corpus et faciunt ipsum validum et ad suos actus proprios agile et expeditum. Et tunc isti prefati assumpti, scilicet presbiteri cardinales, canonici cathedralium ecclesiarum et vicarii sacerdotes et ceteri clerici inferiores, sunt quasi cartilago ecclesie corporis. Et populus plebeius sunt carnes cartilagini adherentes[f]) et ab ossibus sustentate. Nam de cartilagine corporis Antychristi et de ossibus ipsius, id est de pseudochristis[g]) et pseudoprophetis seu de sacerdotibus et clericis carnalibus, amatoribus huius mundi, in Job dicitur[3]): „Ossa eius velut

---

[a]) ut *BC.* [b]) *A post corr.* [c]) accidencia *(sic)* Antichristus *BC.*
[d]) principibus *BC.* [e]) sunt *BC.* [f]) adherens *A.* [g]) pseudochristianis *BC.*

[1]) *Cf. II. Thess. II. 3.* [2]) *II. Thess. II. 8.* [3]) *Job XL. 13.*

fistule eris, cartilago illius quasi lamine ferree.“ Et de carnibus ipsius correspondent[ibus][a]) ad cartilaginem et ossa in Apoc. scriptum est[1]): „Odient fornicariam et desolatam facient illam et nudam“, et tunc ad propositum: „Et carnes manducabunt et[b]) ipsam igne concremabunt.“ Ita pari modo dicendum est de ossibus et cartilagine et ceteris corporis mistici Jhesu Christi.

Et potest eciam hic adverti, quod tali ista consideracione tota universalis ecclesia dei in septem parciales ecclesias dividetur, quasi in sua septem membra principalia. Veluti corporis[c]) hominis eciam membra principalia sunt numerata, tria principalia, ut dictum est: caput, cor et renes vel genitalia, et alia quatuor istorum sustentamenta aut[d]) fulcimenta, ut sunt duo brachia et duo crura: ita dico, quod in ecclesia catholica tres sunt ecclesie aut familie Jhesu[e]) crucifixi magis principales, videlicet ecclesia domini pape collecta ex cardinalibus et suo proprio et inmediato episcopatu, qui est episcopatus Romanus, et ecclesia episcoporum et ipsorum[f]) dyocesum vel collegiorum[g]) ex canonicis et clericis ipsis adiacentibus, et ecclesia dominorum plebanorum cum ipsorum sacerdociis[h]) et parochiis. Et tunc[i]) quatuor ecclesie minus principales quoad esse ecclesie iuxta predicta, vel ad formam ipsius, sunt patriarche cum subiectis suis et secundi archipresbiteri vel archiepiscopi cum eorum subditis et tercii[k]) archydiaconi cum suis suppositis; et quarta ecclesia erit decanorum cum ipsorum subditis. Et ita istis consideratis et acceptatis facile enumerabuntur septem ecclesie in universali ecclesia, [de] quibus Christus[l]) Jhesus scribit in Apoc. per Johannem[2]); et[m]) congrue ad hec omnia, que sunt ibi scripta, applicabuntur et exponentur et alie multe scripture ewangelii et prophetarum.

---

8) Ecclesia universalis dividitur in septem parciales *A*.

[a]) correspondent *omnes cod.* [b]) et — concremabunt *om. B.* [c]) corpori *BC.* [d]) ut *B*, vel *C.* [e]) Jhesu Christi *BC.* [f]) et eciam episcorum *C, cet. om.* [g]) collegiarum *A.* [h]) sacerdotibus *BC.* [i]) *A post corr.* [k]) tercia *BC.* [l]) sic *BC.* [m]) *sup. lin. add. A.*

[1]) *Apoc. XVII. 16.* [2]) *Apoc. I. passim.*

Capitulum undevigesimum[a]).

Distinccio familie Jhesu crucifixi quoad utrumque statum, scilicet clericorum et laycorum, vel regum et sacerdotum[b]).

II. Hac itaque distinccione ornatissimi[c]) corporis gloriose ecclesie sanctorum, virginis nupte agni regisque regum et domini dominancium, Jhesu crucifixi, sic posita et expressa membrorumque ipsius ex toto venustissimorum et pulchrorum, potest[d]) adhuc subici alia distinccio eiusdem, eque propria et adaptata[e]), et[f]) que magis accedit ad wlgarem omnium opinionem, quoniam in wlgo solet allegari esse in ecclesia brachium seculare et brachium spiritualium, id est gubernacio in ecclesia potestatis regie et imperialis secundum iura et leges imperiales et civiles, et gubernacio sacerdotalis secundum iura et[g]) potestatem sacerdotibus traditam et commissam. Ista igitur sunt duo brachia in ecclesia vel due manus corporis ecclesie sacrosancte, de quibus multa mencio et commendacio in scripturis legis et prophetarum, que ecclesiam totam pulcherrime ambiunt, protegunt et gubernant, tenentes duas varias censuras, quas[h]) duos accutissimos gladios, fortes, magnos et[i]) elimatos esse descripsit ecclesia et scriptura[k]) diffinivit, qui designati sunt singulariter per duos gladios, de quibus Petrus ait ad Jhesum[l]): „Domine, ecce duo gladii hic", et dominus Jhesus respondit, dicens: „Sufficit."

Quemadmodum autem brachia in corpore hominis vel manus habent septem inflexiones incipientes a summo capite vel septem iuncturas usque ad novissimos articulos vel extremitatem digitorum, et ita eciam in pedibus: similiter in istis brachiis venustissimis virginis[l]) ecclesie sunt septem iuncture articulorum vel septem gradus secundum maius et minus in se continentes; verbi gracia in brachio, quod wlgus appellat seculare, est primo inperator, 2° rex, 3° magister militum vel dux, 4° baro, 5° miles, 6° balivus vel

---

[a]) *ita AB rubr., om. C.* [b]) *ita A in m. (addens* Ca.[m] 19) *et B rubr.; om. C.* [c]) ornatissima *BC.* [d]) utinam *(sic) BC.* [e]) adoptata *BC.* [f]) *om. C.* [g]) *sup. lin. add. A, om. BC.* [h]) quasi *C.* [i]) *om. C.* [k]) *om. BC.* [l]) Marie *add. A, sed postea del.*

[l]) *Lucae XXII. 38.*

plebeius iusticiarius, 7° yconomus vel pater-[f. 108a] familias cuiuslibet familie singularis et domus.

Et si videtur, congrue istis poterit addi notandum, quod quemadmodum in extremitate manus sunt quatuor digiti, quorum quilibet habet tres iuncturas, et ita in universo in digitis quatuor notabiles duodecim[a]) iuncture numerabuntur, quibus una cum pollice manus a manu omnis res comprehensibilis capitur et tenetur: ita conformiter in extrema plebe qualibet populi vel communitate habentur duodecim viri notabiles et electi, qui duodecim pares alias duodecim consules aut seniores populi in vulgo appellantur et habentur, qui[b]) una cum communi iudice in sua republica omnem iusticiam comprehendunt et exequntur et rite ordinant iusticiam et iudicium in cetera familia Jhesu Christi. Pollex vero in manu sicut extat singularis et non eque cum digitis ceteris locatur et numeratur, quasi singulariter precellens alios magnitudine et virtute, ita iudex populi in plebe vel in civitate habundat magis auctoritate et potestate, prepollens tripliciter viribus inter ceteros, quasi trina iunctura in pollice, videlicet viribus et potestate data sibi desuper, id est a rege, et potestate a communitate vulgi, cui presidet, et potestate propria, licet novissima et minima, quibus omnibus viribus fulcitus et roboratus potenter valet irrumpere omnem in plebe iniquitatem, secundum scripturam, que dicit[1]): „Noli velle fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitatem."

Hee omnes inflexiones legittime vel articuli brachii sinistri in corpore Christi mistico et in rebus temporalibus dei ecclesiam rite et molliter sunt supportantes, de quo in Canticis[2]): ‚,Leva eius sub capite meo", etc.

In brachio vero dextro ecclesie iste sunt per gradus suos inflexure vel iuncture legittime et decore: primo sacerdos, dehinc dyaconus, 3° subdyaconus, 4° acolitus, 5° lector, 6° hostiarius, 7° exhorcista[c]).

Verumptamen, si cui videtur ista distinccio iuncturarum in dextra manu ecclesie non eque congrua et sufficiens, poterit distinccionem superius expressam accipere et enumerare

---

[a]) septem *false C.* [b]) quia *C.* [c]) exorcista *BC.*

[1]) *Eccli. VII. 6.* [2]) *Cant. II. 6.*

septem articulos, ut prius sunt membra principalia ecclesie numerata, incipiendo a papa usque ad novissimum curatum plebeium, et tunc distinccio brachii dextri optime erit distinccioni brachii sinistri vel secularis coequata et coaptata. Michi tamen — salvo iudicio meliori — videtur distinccio articulorum, id est graduum in clericis apcius[a]) ad complementum vel plenitudinem corporis Christi pertinere, eo quod, ut iam prius dictum est, quod isti gradus novissime[b]) expressi, scilicet papa, episcopi et sacerdotes curati, etc., non tantum articuli, quantum debent dici membra principalia in ecclesia sacrosancta, et reliqui sunt iuncture ipsorum et articuli ipsorum[c]), quibus circumdantur et iuvantur ac supportantur.

III. Est adhuc et alia divisio corporis Christi in tres iuncturas, id est in tres status communes et notabiles condistincta, videlicet in statum coniugalium et in statum continencium et in statum virginum.

Et nota, quod sicut Judei in generacionibus suis naturalibus et carnalibus habebant laborem[d]) magnum de quolibet hominum[e]) secte sue investigando, de qua domo est vel fuit, de qua tribu vel cuius filius, et hoc non sine multis interminatis questionibus, primo dividendo populum in duodecim tribus, dehinc tribum quamlibet[f]) dividendo in familias vel congnaciones[g]), et congnacionem[h]) per domos, et domum per viros illius, et virum in filios et filias, continue descendendo et dividendo usque ad quemque novissimum hominem et singularem illius gentis: ita conformiter christiani in sua generacione spirituali et[i]) dividuntur et investigantur per supradictos articulos, iuncturas, discurrendo per patres spirituales et ordinarios usque ad novissimas personas et plebeias faciliter et sine questionibus multis genealogiarum[k]), ut Judei faciebant, quoniam omnium christianorum unicus est pater in celis, primus et inmediatus, in quo omnes et a quo omnes et ex quo omnes christiani sunt generati, et unicus dominus ac magister[l]), quemadmodum infra deducetur. Verbi gracia, si fiat inquisicio de

---

[a]) aptis *false C.* [b]) novissimi *BC.* [c]) et articuli ipsorum *om. BC.* [d]) *post corr. A.* [e]) *om. C.* [f]) quemlibet *omnes cod.* [g]) in congnaciones *C.* [h]) congregacionem *C.* [i]) *om. BC.* [k]) geneleoyarum *BC.* [l]) iugiter *(sic) B et C.*

novissimo servo christiano et dicatur: „Cuius est hic?“, et dicetur: „Istius patrisfamilias“; et amplius: „Cuius est iste paterfamilias?“; et[a]) respondebitur[b]): „Est istius sacerdotis curati“, et ulterius: „Sub quo curatus sacerdos?“: „Sub isto decano“. „Et sub quo decanus?“: „Sub isto archidiacono“. „Et sub quo archidiaconus?“: „Sub isto tali[c]) episcopo.“ „Et sub quo episcopus?“: „Sub isto tali archiepiscopo“. „Et sub quo archiepiscopus?“: „Sub isto patriarcha“. „Et sub quo patriarcha?“: „Sub papa“. „Et sub quo papa?“: „Sub Christo“. „Et sub quo Christus?“: „Sub deo.“ Vel ita demonstrato quocumque christiano, eciam novissimo in plebe, potest dici: „Iste homo est Petri, vel filius vel servus, qui est Pauli curati, qui curatus est Andree decani, qui decanus est Philippi archidyaconi, qui est Bartholomei episcopi, qui est Jacobi archiepiscopi, qui est Johannis patriarche, qui est pape, qui est Christi Jhesu, qui est dei.“

Capitulum vigesimum[d]).

Distinccio universalis ecclesie [Christi][e]), simul et eius familie in tredecim articulos ad modum ecclesie primitive[f]).

[f. 108[b]] Et nota hic, quod sicut in Judaysmo per supputacionem genealogiarum[g]) suarum et dignam probacionem istorum in quolibet homine inveniebant homines erroneos[h]) et vagos vel obnoxios in republica, ut patet in libris Esdre et ceteris: ita eciam hic in christiano populo per investigacionem huiusmodi iam descriptam et interrogacionem cuiuslibet hominis, cuius est[i]), inveniuntur homines mali et vagi, sive clerici erronei sive layci. Sic namque faciliter et heretici quique possunt reperiri et probari, si queratur de quolibet tali, cuius est curati vel patris spiritualis, dehinc sub quo decano, sub quo archidyacono, et sic communiter[k]).

Vel[l]) si videtur alicui, quod patriarche[m]) non sunt ordinarii in ecclesia, et per consequens, quod non sunt membra principalia Christi Jhesu ecclesie, quia iuxta presentem ordina-

---

[a]) *om. BC.* [b]) respondetur C. [c]) et tali C. [d]) *ita AB rubr.; om. C.* [e]) in Christi (?) *add. B.* [f]) *ita A in m. (addens* Cap. 20) *et B rubr.; om. C.* [g]) geneloyarum C. [h]) et erroneos C. [i]) cuius est *om. B.* [k]) consequenter *BC.* [l]) *Cf. supra p. 205.* [m]) *corr. A in m.*

cionem ecclesie non omnes archiepiscopi subsunt alicui de patriarchis vel habent patriarchas, tunc potest patriarcha extrahi de ordine prefato membrorum et articulorum et annueretur pater familias vel hospes plebeius, qui inmediate subest sacerdoti curato, sicut curatus subest decano, etc. Et ita iterum erunt nichilominus septem articuli vel septem inflexiones in corpore ecclesie per omnia conformiter ad inflexiones septem in manu corporis hominis[a]), ita videlicet, quod [sicut] in manu hominis articuli a capite inmediate progressi sunt in seipsis maiores et grossiores[b]), et deinceps in minores uniformiter decurrunt usque ad novissimos minimosque articulos digitorum, ita hic in brachiis misticis ecclesie invenitur uniformis per gradus minoracio usque ad novissimos patresfamilias[c]) domorum plebeiorum, qui sunt quasi extremi et[d]) minimi articuli pluri-ficati digitorum.

Quod si adhuc cuiquam ad articulos manus dextre atque mistice Christi ecclesie non bene addi videtur paterfamilias domus plebeius pro novissimo minimoque articulo, pro eo quod hospes domus plebeie non eandem habet iurisdiccionem vel auctoritatem, scilicet spiritualem, supra[e]) suos in sua familia, qualem habent super eum sacerdotes, sed alterius omnino generis, scilicet iurisdiccionem inperialem, et propterea eciam, quia pro eo superius paterfamilias plebeius est numeratus inter minimos articulos manus sinistre ecclesie, videlicet brachii secularis vel iurisdiccionis imperialis: ne[f]) quis debe[a]t mirari aut facile reprehendere istam variatam articulorum distinccionem, ex quo eadem varietas non [est] secundum idem et ad idem, sed [secundum] diversam consideracionem posicionis[g]) parcium ecclesie Christi et diversum respectum membrorum ipsius. Nam secundum hoc eciam[h]) possunt diversi et[i]) diversimode articuli sex vel septem in manu mistica qualibet enumerari[k]), quoniam hoc est[l]) videre et in aliis rebus quam plurimis, in quibus secundum diversam consideracionem et posicionem ipsarum diversam similiter[m]) possunt[n]) suscipere distinccionem[o]).

---

[a]) *om. C.* [b]) et grossiores *BC;* ingrossiores *A.* [c]) *ita B;* patrefamilias *AC.* [d]) vel *BC.* [e]) super *C.* [f]) ne *A;* nec *BC.* [g]) posicionem *false BC.* [h]) et *BC.* [i]) *om. B.* [k]) numerari *B.* [l]) *om. BC.* [m]) *om. BC.* [n]) similiter possunt *superflue repetit A.* [o]) quemadmodum sepe dictum est superius *add. A, sed postea del.*

Tunc igitur ad explicandam[a]) distinccionem et enumerandam pulcherrimorum[b]) articulorum, brachiorum misticorum ecclesie, et ad innuendum[c]), quomodo presens Christi Jhesu ecclesia ad modum primitive familie Christi distingwitur, composite ex Christo Jhesu, capite et fundamento unico omnium, qui est lapis vivus angularis [1]), et ex duodecim apostolis, similiter vivis et primis lapidibus duodecim, primum et principaliter fundatis et innixis ipsi summo unico lapidi angulari, id est Christo Jhesu, — et hoc viso poterit faciliter videri, quomodo sancta presens ecclesia gubernatur usque ad finem et rite regulatur per supradictam communem, famosam, infallibilem et perfectam regulam, que dicta est longe ante esse veritas vite et doctrine Jhesu Christi et ipsius duodecim apostolorum et dehinc omnium sanctorum, qui eandem formam vite et regulam veritatis usque modo sunt secuti, — sciendum est itaque pro eo, quod, quemadmodum sepe dictum est superius, quelibet manus hominis habet per seipsam vel continet sex inflexuras notabiles vel articulos, et ita erunt in ambabus manibus duodecim articuli numerati, qui omnes concurrunt[d]) in unum articulum communem et tredecimum in numero, quem facit caput et collum simul iuncta.

Caput igitur est primus et principalis articulus in corpore hominis, qui est communis aliis omnibus inferioribus articulis[e]) brachiorum et cuilibet senario ambarum manuum addit septimum articulum et supremum et communem.

Veluti eciam iuxta predicta septem sunt membra maxima et principalia in corpore humano, videlicet caput, cor et renes, due manus et[f]) duo pedes, quorum membrorum caput est[g]) septimum et supremum, ita eciam distinguendum esse poterit in corpore mistico Jhesu, sic quod brachium dextrum et spirituale, id est sacratissimum[h]) sacerdocium, continet in se sex iuncturas legittimas vel articulos, videlicet papam, archisacerdotes vel archiepiscopos, episcopos, archidyaconos, decanos et

---

[a]) *corr. ab ed.;* explicandum *omnes cod.* [b]) pulcherrimam *B.* [c]) ad innuendum *BC;* ad dividendum *A.* [d]) *post corr. A.* [e]) articulorum *corr.* articulis *A.* [f]) *om. C.* [g]) ut est *add. B;* ut septimum *C.* [h]) sanctissimum *B.*

[1]) *Cf. Ephes. II. 20.*

[f. 109a] sexto[a]) curatos. Similiter brachium ecclesie sinistrum vel seculare et quod potest in temporalibus, id est[b]) iurisdiccio inperialis, continet sex in universo articulos vel inflexiones, videlicet imperatorem, reges, duces vel magistros militum, barones, iudices iusticiarios et sexto patresfamilias plebeios. Milites enim hic possunt precidi ex ordine, quoniam non videntur fungi ordinaria potestate vel auctoritate iudicandi, neque nomen ipsorum hoc exprimit, sed magis ipsi sunt executores sentenciarum ordinariorum[c]) vel ordinarie potestatis, et sunt milites inter opitulaciones connumerandi.

Hii igitur duodecim articuli et legittime inflexiones misticorum corporis Jhesu[d]) crucifixi brachiorum concurrunt gratissime et[e]) eleganter in unum articulum et communem, quem addit eis apte et inmediate caput unicum principale, videlicet ipse dominus dominancium et princeps regum terre, Christus Jhesus, filius virginis Marie gloriose; quem articulum facit et format cum collo suo, id est spiritu suo sancto, qui veluti collum corpori, ita dirigit et suggerit membris ecclesie omnia, quecumque dicit Christus dominus. Itaque Jhesus et spiritus eius, quamvis omnes articulos prefatos brachiorum distinguit, format, vivificat et inspirat, tamen in se et ex se faciunt unum articulum, primum omnium et[f]) principalem, qui est unus et communis omnibus aliis, continens alios omnes, vivificans et gubernans, quemadmodum capiti totum corpus suum subiectum; et iste est tredecimus in numero, non ex equo cum aliis condistinctus, sed communis aliis omnibus et omnium aliorum contentivus, prebens aliis omnibus esse et vivere et de sua plenitudine omne participium in mensura legittima et regulata, cuilibet suam propriam virtutem et influxionem[g]).

Et est hic notandum, [quod] sicut[h]) in Veteri Testamento totus Judaicus populus, in duodecim tribus existens distinctus, uni deo erat perfecte copulatus et adiunctus, ita in Novo Testamento totus populus christianus, in istos prefatos articulos duodecim, pulcherrimos gratissimosque ordines et choros existens dinumeratus et divisus, adheret nimis apte et ornate unico suo capiti et tredecimo articulo, Jhesu Christo, per spiritum Jhesu suavissimum eidem copulatus

---

[a]) sacerdotes *BC.* [b]) *om. BC.* [c]) ordinariarum *C.* [d]) Jhesu Christi *C.* [e]) *om. BC.* [f]) *om. C.* [g]) inflexionem *C.* [h]) *om. BC.*

et adiunctus, quod plane pius dominus[a]) significare visus est, cum in primordio ecclesie sue et in fundamentis ipsius voluit duodenarium numerum suorum discipulorum primum colligere, quos voluit vocari apostolos, qui sibi, tredecimo in numero et unico, omnes pariter et ex equo adheserunt. Nam eciam predicti brachiorum ecclesie articuli vel iuncture, quamvis sibi invicem subordinati existant, tamen omnes inmediate Christo Jhesu adherent et ab ipso solo et maxime suarum operacionum virtutem et influenciam indefesse sorciuntur ad ipsumque primum et inmediate debent habere respectum et omnem attribucionem. Et ista est differencia iam dicta inter influxum[b]) in corpore humano et ipsius articulos et inter istos articulos misticos, quos notamus[c]), nisi quis velit vim capitis aliis membris influxivam[d]) dicere et ponere ipsam esse animam, que, similiter ut dominus Jhesus ecclesie, ita ipsa corpori suo est coniuncta, sic videlicet, quod quelibet membra et articuli corporis accipiunt influxum suum[e]) et omnem vitam et virtutem inmediate ab ipsa anima toti corpori et cuilibet[f]) eius parti inmediate assistente et intrinsece informante; quod si quis simile[g]) quid[h]) ymaginetur et dicat de Jhesu crucifixo et de eius corpore mistico membrisque ipsius, poterit hoc bene et in veritate sustinere. Nam ipse Christus Jhesus piissimusque est solus, qui cum patre in[i]) sancto spiritu toti ecclesie sue et cuilibet parti eius, eciam minutissime, semper assistens, totam et quamlibet ipsius partem inmediate atque intrinsece continet, sustentat, vivificat, conservat, dat incrementum toti et cuilibet, eciam minime parti eius, ipse solus de sua plenitudine divina inmediate dat et influit omnibus prefatis duodecim articulis sui corporis mistici et cuilibet supposito ipsorum singulari omnem virtutem et sapienciam, omne donum perfectum et graciam, omnem potestatem et auctoritatem atque ipsorum efficaciam, nullusque alius [eam habet][k]), nisi qui est et manet in ipso, ab ipso et per ipsum. Quapropter ipse est spiritus et vita sue ecclesie et sui corporis mistici, presens semper et ubique toti et cuilibet minucie. Nam ipse stipes vel

---

[a]) Jhesus *B.* [b]) fluxum *BC.* [c]) notavimus *C.* [d]) influxiva *BC.* [e]) suum *superflue repetit A.* [f]) cuiuslibet *BC.* [g]) ille *BC.* [h]) quidem *B.* [i]) et *C.* [k]) *add. ab ed.*

pes candelabri, cui[a]) hinc et inde sex calami ex toto innituntur[1]), ipse Jhesus crucifixus est vitis vel arbor, ex quo et in quo[b]) omnes rami et frondes prodeuntes, ad ipsum solum habent et debent habere totaliter suum respectum[2]), neque fundamentum potest ponere quis, preter id, quod positum [f. 109[b]] est, quod est Christus Jhesus[3]).

Quare articuli duodecim predicti et persone multe per ecclesiam ex eisdem, ex ipsorum auctoritate et potestate, ex ipsorum virtutibus, graciis et sapiencia atque sciencia, que omnia habent a Jhesu crucifixo et in Jhesu crucifixo simpliciter et ex toto et ostentant ipsa atque exercent in ecclesia, nullam omnino debent sibi ipsis attribuere complacenciam, nullam gloriam, nullum sibi ipsis fructum querere vel operari, sed omnia simpliciter et ex toto domino Jhesu crucifixo, in eo gaudentes et de eo, quod ipsis datur a Christo Jhesu esse in corpore suo et participare ab eo omnium sanctorum communionem. Gaudere inquam de eo, quod datum est ipsis, cooperatores esse et instrumenta dei in regimine et salute electorum, et quod in eo et per hoc, quod sunt articuli corporis vel principalia membra eius, datum est ipsis pre participibus[c]) esse conformes[d]) ymagini unigeniti filii dei.

Et quidquid est minus istorum, que dicuntur in eisdem, ve, ve, ve ipsis in malum, quoniam predones divine glorie iudicabuntur, non auctores, non instructores iusticie, sed corruptores, non quidem corpus ecclesie salvantes, sed occidentes et discerpentes, non Christi, sed proprie Antychristi, tales inquam iudicabuntur omnes, qui opus domini dei ipsorum faciunt fraudulenter, cum dicetur ad eos a verbo iudicii inflexibilis[e]) et veritatis[4]): „Ego dixi: Dii estis et filii excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini et sicut unus de principibus cadetis.“ „Durissimum etenim iudicium cum hiis, qui presunt, fiet et potentes potenter tormenta pacientur“[5]). Illi vero, qui ex istis recensitis articulis principalibus Christi ecclesie existentes bene presunt atque digne et recto ordine tenent in corpore locum suum, non pro se, sed pro utilitate et

---

[a]) hinc cui *corr.* cui hinc *A.* [b]) quos *BC.* [c]) prepatriarchis *(sic) B.* [d]) confortes *corr.* conformes *A.* [e]) inflexibiles *C.*

[1]) *Cf. Exod. XXXVII. 17—19.* [2]) *Cf. Joann. XV. 5.* [3]) *Cf. I. Cor. III. 11.* [4]) *Psalm. LXXXI. 6—7.* [5]) *Cf. Sap. VI. 6 et 7.*

salute tocius corporis servientes et suum proprium officium administrantes, beati sunt servi, quos cum venerit dominus eorum, inveniet eos sic facientes [1]): „Amen dico vobis, super omnia sua bona constituet eum[a]).“ Nam ipsi tales sancti iudicabunt naciones eciam[b]) in die iudicii extremi, et dominabuntur populis et sancti erunt domino deo suo, cum dicetur cuilibet ipsorum [2]): „Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini dei tui.“

Et ecce, hinc[c]) potest colligi distinccio propria et adequata duodecim sedium, de quibus veritas dicit in ewangelio [3]): „Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel,“ quoniam isti duodecim articuli enumerati in misticis brachiis ecclesie sancte alias sedes duodecim iudiciarie[d]) in dei ecclesia propriissime sunt iudicande et dicende, in quibus et per quas duodecim tribus, id est omnis ecclesia iudicatur et debet novissime[e]) iudicari et quodlibet suppositum ipsorum. Verbi gracia in sacerdocio vel potestate et iurisdiccione[f]) sacerdotali sex sedes, qui et sex articuli supra sunt numerati, puta sedes apostolica vel papalis, sedes archiepiscopalis, sedes episcopalis, sedes archidyaconorum, sedes decanorum, sedes plebanorum; similiter iuxta predicta in regali potestate vel in[g]) inperiali iurisdiccione[h]) alie sex sedes, que et articuli supra numerantur, videlicet sedes inperialis, sedes regum aut magis proprie regulorum, sedes ducum seu[i]) centurionum, sedes baronum regni vel consulum et virorum seu magnatum[k]) terre, sedes[l]) iudicum vel publicorum iusticiariorum, sedes patrumfamilias domorum, plebeiorum et infimorum: iste sunt decoratissime distincciones sedium duodecim in duodecim tribubus Israel, id est in populo christiano. Isti sunt duodecim boves, qui eneum mare supportant in templo Salomonis [4]). Isti sunt duodecim leones[m]) super gradus positi a Salomone vero in ascensu domus dei [5]). Isti sunt porte duodecim civitatis

---

[a]) eos *B.* [b]) et *BC.* [c]) hic *C.* [d]) iudiciare *B;* iudicare *C.* [e]) novissimo *A;* novissime *BC.* [f]) iuridicione *A;* iurisdicione *BC.* [g]) *om. B.* [h]) iuridicione *corr.* iurisdicione *A.* [i]) sedes *BC.* [k]) magnatorum *corr.* magnatum *A;* magnatorum *BC.* [l]) seu sedes *C.* [m]) legiones *C.*

[1]) *Matth. XXIV. 47.* [2]) *Matth. XXV. 21.* [3]) *Matth. XIX. 28.* [4]) *Cf. II. Paral. IV. 4.* [5]) *Cf. II. Paral. IV. 4.*

Jerusalem [1]), per quas omnes et[a]) singulos intrare Jerusalem necesse est et exire et in quibus portis omne fieri iudicium oportet et omnem causam populi terminare; de quibus portis dictum est a domino ad prophetam [2]): „Vade et sta in porta domus domini.“ De quibus portis multa interpretabilis est scriptura et copiosa ad dicendum. Pro istis sunt in domo domini continue duodecim panes preparati et singulis renovati sabbatis [3]), quos non licebat comedere nisi solis sacerdotibus primum, dehinc et ipsi David mundo et pueris eius, mundis a mulieribus, sunt eciam per sacerdotes traditi[b]) ad edendum.

Capitulum vigesimum primum[c]).

Quomodo inpii de sedibus predictis duodecim successive proicientur foras et sancti pro eis successive assumentur, et quomodo sancti et iusti iniquos[d]) *in die iudicii iudicabunt*[e]).

Iste sunt duodecim iuncture vel duodecim articuli [manuum], spiritualis videlicet et secularis, sancte ecclesie, virginis et nupte agni, brachiorum venustissimorum ac fortissimorum[f]), quas manus vel que brachia „mittit ad forcia“ [4]) ipsius Sathan[g]), scilicet ad[h]) caput [f. 110[a]] conterendum[i]) tam fortis et tam potentis inimici, ut non sit potestas super terram, que[k]) comparetur ei [5]), et qui est rex super omnes filios superbie, id est moderni pessimi Antychristi. Jam iamque instat tempus, in quo fortis ista virago, nupta agni, habet conterere caput Antychristi, adulteri inpudentissimi, quamvis iuxta prophecias veteres et sanctorum adhuc brachia eius remanebunt ad temporum inplecionem, donec filii ecclesie dulcissime fidelissimeque matris sue recordati, a qua et per quam regnum et potestatem acceperant et tradiderant eadem coccinee et blasphemose bestie et crudeli[l]) et monstruose, potati de poculo aureo et pleno abhominacionum

---

[a]) *om. C.* [b]) tradidi *corr.* traditi *A.* [c]) *ita AB rubr., om. C.* [d]) *om. B.* [e]) *ita A in m. (addens* Ca.[m] 21) *et B rubr.; om. C.* [f]) *ita A;* sanctorum, forciorum ac venustissimorum *B;* forciorum ac venustissimorum *C.* [g]) *add. A in marg.* [h]) caput ad *ABC.* [i]) *A post ras.* [k]) qui *corr.* que *A;* qui *C.* [l]) crudelis *ABC.*

[1]) *Cf. I. Paral. IX. 22.* [2]) *Jerem. VII. 2.* [3]) *Cf. Levit. XXIV. 5.* [4]) *Prov. XXXI. 19.* [5]) *Job XLI. 24.*

et fornicacionum terre, quod poculum ipsis regibus meretrix et magna fornicaria de manu sua propinavit, cum qua iam dudum sunt fornicati, et tunc iam retrahent suam potestatem a bestia cruenta et odient fornïcariam illam magnam, que quiescens sedet super bestiam, inimicam[a]) emulamque dulcissime et fidelis matris sue, virginis[b]) et nupte agni, „et desolatam facient eam et nudam et carnes eius“ pre ira contra eam et pre compassione matris proprie „manducabunt[c]) et ipsam igne concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant, quod illi placitum est, ut dent[d]) regnum suum bestie, donec consumentur verba dei“. Et mulier illa, que hic est[e]) vocata magna fornicaria, civitas magna est[1]), id est multitudo yppocritarum nimia et christianorum carnalium sine spiritu Jhesu, qui sunt repleti spiritu huius mundi, quos deus huius mundi excecavit, ita ut videntes non videant et audientes non intelligant[2]), qui sunt amici huius mundi et diligunt omnia, que sunt in mundo, scilicet delicias, divicias et gloriam et honores, et cum hoc Jhesum crucifixum confitentur et tenent supradictas sedes duodecim, quasi amici sint et veri Christi, alias tamen propriissime Antychristi existentes, contrarii deo, et inimici Jhesu Christi, quia amici huius seculi et inimici virtutis et veritatis[f]) sapiencie divine, et operum dei destructores et potentes debellatores. Et qui talis est, ut ipsi, et eodem spiritu[g]) mundi afflatus et amator seculi huius existens, caput ipsorum et super summam sedem locatus tali forma, ut ipsi, id est in nomine suo seipsum promoveri ad cathedram procurans in ecclesia, ipse est summus propriissime nuncupatus et a scripturis vocatus Antychristus.

Isti itaque omnes simul et singuli spiritum Jhesu non habentes sunt illa magna meretrix et „civitas magna, que habet regnum super reges terre“[3]). Et illi, qui ex talibus amicis huius mundi et insecutoribus carnalis[h]) huius vite sunt in cathedris predictis duodecim populum christianum tenentes et ambientes propter seipsos et suum lucrum, sunt brachia Antychristi superius notata ex prophetis[i]), que, — licet iam capite[k]) occiso per spiritum oris Jhesu et revelato filio iniquitatis denudataque[l]) 35

---

[a]) et inimicam *BC.* [b]) *om. B.* [c]) mandabunt *B.* [d]) det *B.* [e]) *om. B.* [f]) veritatis et virtutis *BC.* [g]) *corr. ab ed.;* eiusdem spiritus *omnes cod.* [h]) carnalibus *C.* [i]) *A post corr.* [k]) a capite *B;* quelibet iam a c. *C.* [l]) denudatque *corr.* denudataque *A.*

[1]) *Cf. Apoc. XVII. 16—18.* [2]) *Cf. Luc. VIII. 10.* [3]) *Apoc. XVII. 18.*

meretrice, — tamen brachia ex eo diu post hec stare et remanere prophetantur, a quibus polluitur sanctuarium fortitudinis, et ab ipsis aufertur iuge sacrificium, id est inpeditur et prohibetur[a]) communio cottidiana vel frequens Christi Jhesu corporis in sacramento altaris a plebeis et a plebibus in communitate christiana, quamvis isti tales amici carnis sue pascant sine timore cottidie semet ipsos. Et isti sunt, qui dant abhominacionem in desolacionem, homines inpii et carnales, in testamentum simulantes fraudulenter [1]).

Isti itaque Antychristi, id est homines carnales et amici mundi, rectores populorum, prefatas sedes duodecim inpie et superbe pro seipsis vendicantes et occupantes, dicti sunt stare post occisionem capitis ipsorum, id est summi Antychristi, pro eo, quia licet illi, qui summas sedes in ecclesia dei ex malo et cum malo spiritu occupant, sunt conversi vel alias quocumque modo sublati de medio et in locum ipsorum veri Christi ac fidelia membra Jhesu crucifixi constituti, tamen adhuc magna multitudo pseudochristorum depost obtinet et obtinebit sedes prefatas ecclesie, et diutive et cum magnis adversitatibus et laboribus successive eciam ipsi[b]) vincentur per agnum, id est pium Jhesum crucifixum, in suis membris multiplicatis. Sunt ecclesie „in senecta uberi", qui erunt „bene pacientes, ut anunccient" [2]) et in multa paciencia concertent legittime contra huiusmodi[c]) iniquos yppocritas, donec saltem maiori ex parte eciam[d]) ipsi de medio sint occisi et aufferentur, proicientur[e]) super universam faciem terre, sicut stercus et super omnes montes Israel [3]). Tunc[f]) Gog et Magog cum ipsorum gentibus occidentur et fiet[g]) tunc magna redempcio sanctorum, id est cum universa multitudo, vel magna sui ex parte, amatorum huius vite christianorum et[h]) yppocritarum, qui seipsos ingesserant[i]) ad cathedras, ducti spiritu[k]) huius mundi, id est avaricia et ambicione carnis, interibit[l]) modo vario et successive. Et[m]) ad sedes ipsorum sancti et humiles simi-

---

[a]) impedietur et prohibebitur *BC.* [b]) ipsi eciam *BC.* [c]) huius mundi *C.* [d]) et *BC.* [e]) et proicientur *C in m.* [f]) Item *AC.* [g]) *cont. D 1. 2.* [h]) om. *BC.* [i]) ingesserunt *BC.* [k]) spiritus *BC.* [l]) introibunt *BC.* [m]) Et — successive *om. B.*

[1]) *Cf. Dan. XI. 31 et 32.* [2]) *Psalm. XCI. 15—16.* [3]) *Cf. Jerem. IX. 22.*

liter [f. 110b] successive locabuntur, et ita, cum falsi Christi tollentur de medio, veri Christi accipient regimen ecclesie. Et tunc eciam brachia conterentur Antychristi et tunc Sathan, victis regibus suis et anullatis, eciam ipse sub pedibus fortis mulieris conteretur [1]) et experietur serpens antiqus et tam superbus, qui[a]) seipsum deo summo equipparare volebat, suam debilitatem esse nimiam, et maximam supramodum fortitudinem mulieris, et maxime in suis duobus prefatis brachiis cum eorum duodecim articulis supradictis, qui, ut sepe dictum est, duodecim sedes dicte sunt ex alia racione.

In istis itaque sedibus illi, qui sunt similes Christo, id est non sibimet vendicantes honorem, sed ob humilitatem et virtutes[b]) vocati in id, sicut Christus, bene presunt, et tantum, que sunt Christi, querentes, et omnia, que sua sunt [et] mundi huius, sibi detrimentum esse et tamquam stercora arbitrantes [2]), illi sunt proprie Christi et servi fideles domino suo. unico, quem dominum, quia omnia relinquentes, que sua sunt, secuti, iuste et sancte sedebunt super sedes duodecim in die iudicii, cum Christo iudicantes duodecim tribus Israel, et notabiliter illos condempnabunt, qui indigne sedes in presenti duodecim occupaverunt, id est eos, qui non vocati ad honorem, sicut Aaron, seipsos ad sedes promoverunt, et existentes in sedibus, male prefuerunt cathedris et[c]), que sua sunt, inquisierunt, delicias diei, divicias et honores pensantes et[d]) pro lucro suo arbitrantes, Jhesu crucifixo posito post carnem suam vel facto quasi mortuo a corde et a consciencia.

Itaque digni et sancti pape vel appostolici[e]) sedentes in sua sede papali iudicabunt et condempnabunt[f]) indignos et malos apostolicos vel papas. Sic iusti et ydonei archiepiscopi vel archipresbiteri condempnabunt iniustos et indignos archiepiscopos, episcopi quoque sancti[g]) sedentes super suas sedes abiudicabunt iniquos[h]) episcopos, et archidyaconi boni malos archidyaconos. Decani probi decanos reprobos, plebani vel curati sacerdotes fideles et prudentes existentes in eorum sede[i]) et dignitate infideles et stultos pastores probabunt. Conformiter

---

[a]) quod *BC.* [b]) virtutem *BC.* [c]) atque *B.* [d]) *om. B.* [e]) *alia manu add. A in m.* [f]) iudicabant et contempnabant *false B.* [g]) *add. C in m.* [h]) indignos *BC.* [i]) fide *BC.*

[1]) *Cf. Gen. III. 15.* [2]) *Philipp. III. 8.*

magno vel in parvo, de tanto decor et pulchritudo sancte ecclesie est destructa seu de tanto a vestibus sue glorie et dignitatis est spoliata et induta vestibus turpitudinis sue et confusionis, aut verius de tanto est denudata et turpitudo ipsius revelata.

Tunc autem membra et articuli ecclesie sunt bene formata in seipsis, cum apostolici, episcopi[a]) et curati animarum et omnes persone, primum sacerdotes et clerici, et quilibet christiani digne vocacione sua, qua vocati sunt, ambulant vel conversantur, id est sobrie, iuste et pie vivunt, quilibet stans[b]) in suo gradu[c]). Tunc vero observant equalitatem et[d]) mensuram proprie glorie, quando unus alium non supergreditur in negocio vel cum unus non elevatur super alium, sicut scriptum est[1]): „Non dominantes in clero, sed forma gregis facti ex animo." Enimvero iusticie proporcio ad inferiora et superiora tunc servatur et custoditur, cum quilibet et ministrorum personarum ecclesie mensura sue potestatis et auctoritatis sibi distribute existens contentus et mensura proprii honoris, non vendicat suorum superiorum vel iurisdicciones vel operaciones, neque usurpat[e]) pro se inferiorum suorum officia, neque adimit suorum eorundem inferiorum libertates ad dilatandum[f]) suam propriam iurisdiccionem et potestatem, neque insuper ea, que sunt communia omnibus, suam potestatem ambiciose quis extendens, contrahit in sua propria; vel legittima proporcio ecclesie inter articulos singulos tunc servatur, cum quilibet sequens et amans iusticiam, unicuique reddit, quod suum est, secundum apostolum[2]): „Cui debitum, debitum[g]), cui[h]) honorem, honorem[i]), cui vectigal, vectigal[k])", etc.[l]). Sed tunc quodlibet membrum vel articulus manens in suo gradu legittime exequitur suum officium, quando quilibet iuxta debitum sue vocacionis facit fideliter et prudenter opera domini sui, inquirens non ea[m]), que sua sunt, sed que Jhesu Christi, cui se destinavit ad militandum[n]), secundum quod scriptum est[3]): „Unusquisque, prout accepit graciam, in alterutrum illam administrantes."

---

a) et episcopi *BC.* b) sanctus *(sic) BC.* c) statu vel gradu *BC.* d) *add. A sup. lin.* e) usurpet *BC.* f) dilatandam *C.* g) *add. A in m. alia manu; om. BC.* h) cum *corr.* cui *A in m.* i) honore *corr.* honorem *A.* k) *om. BC.* l) *om. BC.* m) eam *corr.* ea *A.* n) militavit ad destinandum *BC.*

1) *I. Petri V. 3.* 2) *Rom. XIII. 7. I. Petri IV. 10.*

Ex quibus colligitur, quod omnis[a]) peccans, primum sacerdos vel alias clericus[b]), non tantum seipsum dampnat, sed eciam facit maculam et deformitatem toti corpori ecclesie, sicud quodlibet membrum despectum et turpe, existens in corpore virginis, facit deformitatem et contemptum toti corpori virginis; et ita eciam est e converso de ornatu. Unde omne peccatum christiani, licet sit in se deformitas nocentissima eidem singulariter[c]), tamen cum hoc omne idem peccatum est[d]) lesio et deturpacio tocius corporis ecclesie; verumptamen maxime[d]) et primum peccatum sacerdotum et Levitarum[e])[1]) deturpat sanctam ecclesiam[f]) et facit sibi iniuriam, quemadmodum turpitudo vel macula in facie virginis magis est apparens et reddit ipsam magis despectam, quam in membris ceteris eius vice. Et sicut dolor cordis est super omnem dolorem secundum proverbium Salomonis[2]), ita peccatum in dei ecclesia clericorum et sacerdotum est summa destruccio et offensa corporis tocius mistici Jhesu Christi.

Sequitur ulterius ex predictis, quod indignissima est confusio et deordinacio in ecclesia[g]), cum quedam persone, que secundum primam suam institucionem et vocacionem sint de loco et gradu inferiori et quasi de loco peditarum, tamen seipsos ferunt in[h]) sublime in corpore ecclesie rumpentesque equalitatem gratissimam et essencialem atque ordinem cassantes[i]), nec non contencionem et invidiam in familia Christi ingerentes, locant seipsos in capite et in loco oculorum esse gloriantur. Plane si quis vellet advertere diligenter, videbit, quod ista in ecclesia contigit maxima deordinacio et turpitudo et est admissa ex torpore et sompnolencia[k]) vigilum in ecclesia [f. 111[b]] et custodum. Que etenim esset despeccior turpitudo et deformitas, quam si pedes[l]) vel manus pro oculis se locent et gerant[m]) in corpore et extrudant oculos

---

1) Sacerdotes deturpant ecclesiam per peccata sua plurimum *D 2.* — Nota *A.*

[a]) *contin. D 1. 2.* [b]) vel alias clericus *om. D 1. 2.* [c]) *ita D 1;* eandem singulari *AC;* eiusdem singulariter *B;* ei singulariter *D 2.* [d]) *om. C.* [e]) et L. *om. D 1. 2.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Primus honor et maior &c., *v. infra p. 227, lin. 25.* [g]) Jhesu *add. B.* [h]) ferant et *BC.* [i]) cessantes *corr.* cassantes *A.* [k]) *corr. A.* [l]) pes *BC.* [m]) gerunt *BC.*

[1]) *Cf. I. Paral. XXVIII. 21.* [2]) *Cf. Eccli. XXV. 17 (discrepat).*

a suis sedibus vel eciam de[a]) ipsorum officio se inportune intromittant? A iuncturis eciam in scriptura sponsa Christi est commendata, quoniam iuncture legittime et proporcionate membrorum nec non articulorum in corpore virginis ad invicem multum valde faciunt ad decorem corporis universi. Verbi gracia, si caput in debita mensura sit coniunctum scapulis, debita proceritate colli in medio observata, et scapule brachiis utrisque[b]) sint in equali libramine copulate, brachia quoque iuncta ordinate ipsis cubitis, cum faciunt usque ad digitos debitam protensionem, et similiter commensurati debite digiti ad invicem, cubitis pulchre in debita proporcione cum adiunguntur, constituunt decorem corporis universi; et ita de singulis partibus corporis et ipsarum[c]) iusta ad invicem coniunccione. Ita accipe[d]) ad propositum de corpore mistico Jhesu Christi.

Et idcirco magna est facta deformitas Christi Jhesu familie et distinccio turpissima in iuncturis articulorum supra sepe expressorum, et perinde dampnabiliter evenit de populo credencium, cuius in primordio erat cor unum et anima una[1]), factus est populus dilaceratus et divulsus. Etenim, ut in pluribus, papa, qui primum et ante omnia deberet esse iunctus episcopis singulis, et esse una manus cum ipsis et solum maxime episcopis bene ordinandis superintendere et maxime ipsis familiaris effici et ipsorum congnicioni[e]): ecce, ipse coniunctus est magis regibus terre et principibus, et aliis magis intendit existens familiaris opitulacionibus et personis sibi ad votum suum adiunctis, supra suos coepiscopos ultra normam elevatur. Insuper rupto de medio ordine connexionis primarie[f]) adiunxit sibi universorum beneficiorum et personatuum collacionem, que ad episcopos respiciebant secundum legittimam coniunccionem et inmediatam. Per quod proporcio est cassata et iuncture proprie et decore obediencie et subieccionis in corpore Christi mistico sunt laxate et corrupte.

Similiter episcopi non iuste, non pulchre plebanis, heu, modo sunt adiuncti, sed exhibent seipsos plebanis nimis elevatos et dominantes in clero, ita ut curati maneant ab episcopis,

---

[a]) *in m. add. A.* [b]) utriusque *C.* [c]) ipsa *BC.* [d]) accipe *BC.* [e]) coniunccioni *corr.* congnicioni *A;* congnicionem *BC.* [f]) *corr. A.*

[1]) *Cf. Act. IV. 32.*

plus quam iustum et utile est ecclesie, elongati, extranei[a]) et ignoti, et ipsi episcopi baronibus terre et principibus, similiter et suis magnis canonicis et divitibus huius seculi familiariter multum adiunguntur. Non enim iam episcopi habent sollicitudinem dignam de[b]) bona et utili ordinacione curatorum, sicut habent cor suum ad facta negociaque dominorum et alia temporalia et civilia pertractanda.

Et alii episcopi[1]) habent suum cor ad suam propriam devocionem privatam exquirendam, eo[c]) minus cor suum ad suos filios, id est curatos, coniunctum et mancipatum habentes, per quod multa iactura admittitur in[d]) communi salute animarum; et ipsorum talis privata devocio in[e]) dampnum et preiudicium reipublice, quoad hoc, exercitata[f]) a domino minime est acceptata, iuxta scripturam, que dicit in propheta ad eosdem[2]): „Et hoc sursum fecistis, operiebatis lacrimis altare, domini, fletu et gemitu, ita ut non respiciam ultra ad sacrificium vestrum nec accipiam placabile quid de manu vestra. Et dixistis: Quam ob causam? Quia dominus testificatus est inter te et uxorem pubertatis tue, quam tu despexisti et hec particeps tua et uxor federis[g]) tui. Nonne unus fecit et residuum spiritus est? Et quid unus querit, nisi semen dei? Custodite ergo spiritum vestrum et uxorem[h]) adolescencie tue noli despicere. Cum odio habueris eam, dimitte, dicit dominus deus Israel.“ Attende hanc scripturam prophete et intellige, si vales, qui habens communem familiam Christi gubernare[i]) et providere sollicite, tamen[k]) odio habes occupacionem cum ea et ingemiscis, cum incumbit tibi laborare[l]), illectus et allectus tua pace et privata tua psalmodia longa et devocione, licet quandoque delicata et lacrimosa. Et pensa hic, quam sint talia domino Jhesu inaccepta, qui dixit Petro[3]): „Symon Johannis, diligis me plus hiis? Pasce oves meas“, et non dixit: „Fruere pace in privata tua mansione.“

---

7) Nota. Rector ecclesie vacans proprie devocioni *A alia manu.*

[a]) extranee *A;* extranei *BC.* [b]) et de *C.* [c]) eos *corr.* eo *A.* [d]) et *BC.* [e]) et *B.* [f]) exercita *(sic) A.* [g]) sudoris *BC.* [h]) uxore eius *false C.* [i]) gubernacione *C.* [k]) cum *BC.* [l]) labore *BC.*

[1]) *auctor Regularum procul dubio in „privatam devotionem“ Johannis de Jenstein, archiepiscopi Pragensis et sui superioris, verbis sequentibus allusionem facit. Cf. etiam Tomek, Dějepis města Prahy, III², p. 361, n. 39.* [2]) *Malach. II. 13—16.* [3]) *Joann. XXI. 15.*

Ita eciam corda curatorum sacerdotum non sunt coniuncta fideli nexu cum ipsorum plebibus, sed aversa et distracta per varias vanitates huius mundi; et maxime abierunt post divicias et [f. 112a] honores et cetera propria[a]) sua comoda sui corporis vel huius vite. Sunt enim plebani similiter nimis elati suis plebeis et extranei, acceptores supra modum personarum [1]).

Propter hec igitur et talia iuncture gratissime sancte ecclesie sunt destructe et funiculi eius sunt dissoluti vehementer et laxati. Nam dominus papa hodie laxe et non usquequaque solicite et digne providet de archipresbiteris vel archiepiscopis sancte ecclesie, neque insistit congregacioni episcoporum et ipsorum monicioni, neque enim potest, existens voluntarie supra modum et ultra omnes suas vires agravatus dispensacione officiorum et beneficiorum latissime ecclesie per orbem universe. Ita archiepiscopi curant episcopos indigne et negligenter, et ita eciam e converso pari forma episcopi quoque suos archydiaconos debita animadvertencia non attendunt, et archidyaconi similiter e converso episcopos non respiciunt digno modo, habentesque suam a papa promocionem superbiunt contra suos prelatos, soli pape volentes esse subiecti inmediate. Conformiter archidyaconi, aliis intenti, suos decanos non attendunt et non satagunt ipsos sepius congregare, monere et visitare. Similiter decani non advertentes suos prelatos condigne ipsos curatos sacerdotes varie negligunt et suum debitum officium aput eos remisse exequuntur. Pari modo sacerdotes inmediati plebium iam non opus Christi Jhesu faciunt in plebeis vel inquirunt, id est salutem animarum, sed lucra sua vel divicias et dulcem vitam sue[b]) carni[c]), et perinde tota hec manus ecclesie dextra mistica est valde infirmata et laxate eius iuncture non valent pacem, unitatem et disciplinam tocius corporis continere, efficere vel gubernare.

---

[a]) *om.* C. [b]) suam *BC.* [c]) carnis *corr.* carni *A.*

[1]) *Cf. Act. X. 34.*

Capitulum vigesimum tercium[a]).

Quod[b]) *in corpore Christi mistico principalius est manus dextra quam sinistra, et primum principalius[que] est regimen sacerdotum quam regum terre in populo christiano, et quomodo*[c]) *iam fit istius abusus*[d]).

Sunt tamen nichilominus adhuc et alie cause, cur ista manus ecclesie et eius articuli sit infirmata et facta invalida seculo in presenti et quo modo proporcio debita commensuracioque pulcra et legittima membrorum mistici Christi corporis et articulorum ac iuncturarum eius sit[e]) multipliciter destructa, dilacerata et cassata.

Pro quo est hic advertendum diligenter, quod duo prefata brachia mistica ecclesie et forcia sunt, a quibus et propter que Christus dictus est David, id est manu fortis, quibus totum corpus ecclesie ambitur, munitur et gubernatur et portatur, quemadmodum scriptum est[1]): „Leva eius sub capite meo et dextera ipsius amplexabitur me.“ Sicut igitur in corpore humano ambe manus corpus totum ambiunt et fulciunt, non tamen ex equo vel[f]) de pari, sed semper et ubique manus dextra est prima et principalis, et manus sinistra est ipsam insectans et adiuvando cooperans: ita in proposito manus dextra, id est sacerdocium, primum et principalius possidet populum totum christianum, ambit, munit et gubernat et debet gubernare, quam manus sinistra, id est manus regia vel brachium seculare. Et primus[g]) honor et maior prompciorque obediencia a plebibus et a vulgo debet inpendi sacerdotibus quam iudicibus et principibus secularibus semper et ubique per ecclesiam.

Racio illius primo, quia christianus populus est primo et principalis populus spiritualis vel in maiori sui parte, et non carnalis, nisi depost et in minori sui parte. Ergo primo et principaliter debet[h]) obedienciam et honorem gubernacioni spirituali, id est iurisdiccioni[i]) suorum sacerdotum.

---

[a]) *ita A rubr., om. BC.* [b]) Sequitur *add. B.* [c]) et quando *add. B.* [d]) *ita A in m. et B rubr., om. C.* [e]) sint *A (prout etiam supra); sunt BC.* [f]) et *BC.* [g]) *contin. D 1. 2.* [h]) debet *A,* debetur obediencia *B,* dicitur *C.* [i]) iuridiccioni *A.*

[1]) *C. 11. II. 6.*

Secundo in populo christiano priora sunt ea, que sunt spiritualia et ad salutem anime, quam temporalia et que sunt ad salutem corporis; sed gubernacio sacerdotum est in spiritualibus et ad salutem anime, gubernacio autem regum et iudicum terrenorum est in temporalibus et in illis, que sunt ad salutem carnis. Ergo christianus populus maxime et primum debet sacerdotibus obedire et subesse.

Tercio[a]) gubernacio sacerdotum spiritualis est similior gubernacioni inmediate dei et propinquior ad ipsam, quam gubernacio regum terre. Ergo[b]) christianus populus debet ei primum et magis subesse et obedire.

Quarto[c]) ordo et gubernacio spiritualis populi est indita et formata primum in ecclesia et principaliter atque inmediate a Christo Jhesu, sed non ita gubernacio regum et principum terre[d]). Ergo primum debet eidem subesse populus christianus.

Quinto[e]), quia potestas et aùctoritas sacerdotalis est potestas divina notorie et inmediate, ut dimittere peccata et conficere[f]) sacramenta et cetera huiusmodi[g]), non autem sic potestas regum. Igitur, etc.[h]).

Sexto[i]) lèges et regimen regum terre est prorsus simile factum regimini gencium et paganorum. Nam et legibus ipsorum utuntur et consuetudinibus ac moribus, in quibus reges gencium dominantur, eorum et qui potestatem habent, benefici[k]) vocantur [f. 112[b]]. Regimen vero et ordinacio sacerdotum in Christi ecclesia[l]) est propinqua et similis Christi doctrine et ewangelio. Ergo primum[m]) et magis debet ipsi a vulgo christiano obediri.

Septimo[n]) vindicta [sacerdotum] maior et censura gravior est super malefactores, quia abscisio a communitate ecclesie et a gracia dei in celo et in terra venit ex potestate sacerdotali, quam ex censura et potestate regali, quia nisi occisio corporis Christi, ergo[o]), etc.

Octavo[p]), quia reges et principes terre in christiano populo suscipiunt benediccionem, unccionem et auctoritatem status

---

a) Tercio — obedire *om. D 1. 2.* b) *om. BC.* c) Tercio *D 1. 2.* d) terre — christianus *om. D 1. 2.* e) Quarto *D 1. 2.* f) *corr.* conferre *A.* g) et c. h. *om. D 1. 2.* h) Igitur, etc. *om. D 1. 2, continuantes:* Quinto, quia reges et principes terre &c. i) Septimo *false A.* k) *ita omnes cod.* l) iuxta ecclesiam *(sic) BC.* m) primo *BC.* n) Octavo *false BC.* o) Christi, ergo *om. BC.* p) 10° *false A; cont. D 1. 2.*

christiani atque gubernacionis populorum necnon ingressum ad ecclesiam per sacerdotes et a[a]) sacerdotibus[b]), secundum apostolum autem maior est, qui benedicit, quam is, qui benedicitur[1]). Et[c]) ad hoc faciunt hystorie veteres sanctorum imperatorum atque regum, utpote[d]) Theodosii et aliorum. Ergo, et cetera.

Quod autem modo[e]) manifeste videtur oppositum in dei ecclesia, id est quod communiter totum wlgus tremit coram dominis suis et principibus secularibus et promptissime ipsis obedit, sacerdotes autem contempnit et obedienciam ipsorum conculcat et parvipendit, illud est destitucio et vindicta a deo atque antychristeitas super populum christianum carnalem et indignum ingratumque domino Jhesu, deo suo[f]).

Que distinccio siquidem et abusio abhominabilis et dampnosa nimium in christiano populo venit et facta est (1) primo[g]) propter et ex parte wlgi carnalis, ut dictum est, quod puta cum maiore[h]) timore et reverencia atque promptitudine obeditur a populo brachio seculari vel regibus et principibus terre, quam dei altissimi sacerdotibus. Nam per christianos populos ritus omnes gencium et mores et cupiditates atque peccata gentilia obtinuerunt et omnis pompa et ambicio huius mundi, et idcirco communiter eciam[i]) dominacio et crudelitas tyrannorum ipsis talibus optata advenit ex parte regum et principum terrenorum. Et per omnia simile nunc christianis superbis evenit, quod aliquando Judeis in tempore Samuelis, cum populus inobediens deo suo et superbus[k]), abiecto pio et mansueto regimine Samuelis, sacerdotis in loco domini dei ipsorum collocati, pecierunt sibi regem ad modum omnium aliarum circumquaque gencium, et datus fuit eis rex, et dictum est de ipsis a domino ad sacerdotem[2]): „Non te proiecerunt, sed me. Propterea da ipsis regem. Verumptamen dicito eis: Vis regem,“ et cetera multa ibidem require. — Ex dei itaque ordinacione[l]) venit, quod crudelis et mundialis populus puniatur[m]) dure et

[a]) *om. C.* [b]) et a s. *om. D 1. 2.* [c]) Et — et cetera *om. D 1. 2.* [d]) ut *B.* [e]) Quodam modo *D 2.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Ex dei itaque ordinacione ɔc., *v. infra lin. 32.* [g]) *om. C.* [h]) maiori *BC.* [i]) idcirco eciam consequenter *C.* [k]) superbiens *B.* [l]) Ex dei ordinacione ɔc. *contin. D 1. 2.* [m]) prematur *BC D 1. 2.*

[1]) *Cf. I. Cor. XIV. 5.* [2]) *Cf. I. Reg. X. 19 (libere allatum).*

gemat subditus iugo ferreo tyrannorum, quoniam propter peccata populi deus permittit regnare yppocritam[a]), et secundum apostolum omnis potestas a domino deo est[1]).

Illud eciam, quod populus christianus nunc magis subiectus est in omnibus brachio sinistro, id est potestati seculari, quod[b]) et magis prompte obedit, quam regimini sacerdotum suorum propriorum, venit (2) ex parte christianorum principum et dominorum, pro eo videlicet, quia[c]) ipsi, assumpta[d]) superbia et omni fastu huius mundi, Christi Jhesu populum suo dominio tyrannice et superbe subdiderunt et, de dominacione super christianos populos nimium gaudentes et gloriantes, obliti sunt domini Jhesu crucifixi et crucis ipsius et humilitatis in[e]) hoc mundo et noluerunt intelligere, quod ipse solus factus est dominus et sibi soli data est potestas in celo et in terra, eo quod ipse fuit fidelis deo suo et obediens usque ad mortem, mortem autem crucis[2]), et contempserunt hoc scire firmiter, quod potissime christianus populus est unici solius Jhesu Christi, eo quod ipse emit eum sanguine suo et morte sua. Et per hoc captivati a pompa et ambicione huius mundi, contempta humilitate et paciencia Christi Jhesu, constituerunt regnare super populum christianum per potenciam et per fastum et omnem tyrannidem ad modum regum gencium et tyrannorum, dicentes[3]): „Hereditate possideamus sanctuarium dei," nichil aliud estimantes, [quam] quod populus christianus esset proprie ipsorum et ipsi eorum domini, ut solent dicere ‚domini naturales'.

Et perinde excusso regno Christi et declinato mansueto et quod est per virtutem et humilitatem, constituerunt regnum huius mundi de populo christiano, quod est per superbiam, ambicionem, et per hoc facti sunt regnum Antychristi, inspirati a spiritu et a deo huius mundi. Et post hoc discerpserunt[f]) dilaceraveruntque populum dei et diventilaverunt suis cornibus, diviseruntque sibi terram sanctorum gratuito[4]), id est

---

16) Nota de populo christiano *A*.

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* In domo autem oc., *v. infra p. 231, lin. 30.* [b]) *ita BC;* quam *A ante corr.* [c]) quod *C.* [d]) assumpti *BC.* [e]) *om. C.* [f]) descripserunt *(sic) B.*

[1]) *Cf. Rom. XIII. 1.* [2]) *Cf. Philipp. II. 8.* [3]) *Psalm. LXXXII. 13.* [4]) *Cf. Dan. XI. 39.*

pro libito ipsorum, quasi suam propriam hereditatem, nec iam paciuntur aliud[a]) sibi persuaderi, nisi puta quod populus christianorum est valde ipsorum proprium, et ipsi unici domini et hereditarii eorumdem; et dehinc dilatati et inpinguati, et populis christianis similibus sibi, id est similiter desolatis a spiritu Jhesu propter amorem terrenorum, adunatis sibi et compactis quasi squamis sese comprimentibus et sibi invicem adherentibus et quasi scutis fusilibus ad invicem induratis[1]), reges et principes huiusmodi divisi sunt ab invicem in septem capita et cornua decem[2]) discerpencia et dilacerancia populum christianum, ambiciose et superbe volentes dominari per seipsos et super alterutrum et hereditarie ipsi dominia possidere populorum secundum omne, secundum quod inspirantur [f. 113a] a spiritu Antychristi, id est dei huius seculi. Sicque facti sunt omnes pariter huiusmodi reges et principes atque domini in populo christiano in nomine suo ad[b]) regna vel hereditarie venientes una bestia ascendens per superbiam, per incrementa, et successive veniens de mari[3]), id est de mundo hoc, puta amatoribus huius mundi christianis, qui de aquis dulcibus facti sunt aque false et amare[4]), et in tantum sunt multiplicati et[c]) per orbem dilatati, quod in magnum mare redundaverunt valde nimis fluctivagum et amarum. Exinde et de talibus venit bestia ista magna coccinea, id est cruenta et carnalis, habens septem capita et cornua decem, vorans plebem domini Jhesu, sicut escam panis[5]), et cornibus decem dilacerans et suis pedibus ursinis conculcans, existens similis pardo in rapacitate avaricie, et pedes eius ut pedes ursi ex habundancia[d]) deliciarum carnis et luxurie[e]), et os eius sicut os leonis propter faciem crudelitatis eorum et superbie, plena nominibus blasphemie[6]), id est nominibus superbie et derisionis Jhesu crucifixo, quoniam in[f]) domo et familia Christi Jhesu et sui populi christiani est unicus rex et dominus; et[g]) ergo omnis, qui venit in nomine suo ob suam superbiam et non vocatus, sed ambicione dominandi ipsum inpellente, ille plenus est blasphemia contra Jhesum crucifixum et hunc humilitatum et mansuetum. Et[h]) quicumque

---

[a]) aliquid *C.* [b]) et *B.* [c]) *sup. lin. A.* [d]) habundancia *B;* abundancie *A.* [e]) luxuria *B.* [f]) *contin. D 1. 2.* [g]) *om. D 1. 2.* [h]) Et — populum christianum *om. D 1. 2.*

[1]) *Cf. Job XLI. 6.* [2]) *Cf. Apoc. XVII. 3.* [3]) *Cf. Apoc. XIII. 1.*
[4]) *Cf. Apoc. VIII. 11.* [5]) *Cf. Psalm. XIII. 4.* [6]) *Cf. Apoc. XIII. passim.*

ex talibus christianis cupidis et superbis assumpsit sibi nomen et apropriat cuiuscumque magnificencie, dominacionis et honoris, ille nomen plenum blasphemia Christi crucifixi sibi vendicavit et se eodem insignivit et habet inpressum[a]) caracterem bestie in fronte sua[b]) et habet nomen eius in manu sua, et quocienscumque nomine illo[c]) gaudet, eo famatus a christianis, tociens blasphemat Christum crucifixum. Inficiari enim non potest, quin omnis, qui in domo patrisfamilias alterius existens, nomen sibi patrisfamilias[d]) vel domini domus vendicat in domo et in familia, non vocatus a patrefamilias, sed ex superbia seipsum intrudens, iste blasphemat ita in regno et in dominacione Jhesu crucifixi super familiam et populum christianum. Quid enim aliud est blasphemia nisi fama derisionis et singulariter dominacionis dei vel divine magiestatis[e])?

Isti ergo et huiusmodi domini, principes et reges terre in populo dominacionem et tyrannidem exercentes super populum christianum, solum in nomine suo venientes, gloriosi facti in populo, effecerunt, ut vulgus christianum tremiscat coram ipsis et obediat ipsis nimis prompcius et reverencius, quam mandatis dei vel iurisdiccioni[f]) sacerdotum. Ad hoc facit eciam, quod idem domini, principes et reges temporales, ipsi contempnunt et inpediunt iurisdiccionem[g]), libertatem et potestatem sacerdotum et non permittunt libere sacerdotes manuducere oves Christi secundum ewangelium vel iura ecclesie. Et ipsi populum faciunt verbo et exemplo suo rebellem et inobedientem suis sacerdotibus propriis et pro salute eorum ordinatis. Et per hoc mirabilis[h]) res et nimium monstruosa evenit, ut manus sinistra in eodem corpore in[i]) aminiculum manui dextre prestita, et que perinde in omnibus manui principali in corpore assistere adiuvareque ipsam debuerat et confortare, et ecce, ipsa eadem altera manus facta est manui principali ad inpedimentum et[k]) aggravamen sue libertatis, eandem[l]) depredans sua iurisdiccione[m]), gloria et honore.

---

13) Blasphemia. Nota *A*.

[a]) in spiritu *(sic) B*. [b]) suo *AC*. [c]) *om. BC*. [d]) patrifamilias *corr.* patrisfamilias *A*. [e]) magiestatis *A*, magestatis *BC*, maiestatis *D 1. 2; post hanc vocem D 1. 2. contin.* Sed ita facit oc., *v. infra p. 233, lin. 1*. [f]) iuridiccionem *A*. [g]) iuridiccionem *AB*. [h]) mirabiles *corr.* mirabilis *A*. [i]) *om. BC*. [k]) ad *add. A, sed postea del.* [l]) *om. B*. [m]) iuridiccione *AB*.

Ita[a]) iam facit brachium seculare[b]) in Christi Jhesu ecclesia brachio spirituali in tantum[c]), ut populus christianus avulsus et divisus ab obediencia sacerdotum et subieccione, quibus[d]) debebat primo et principaliter adherere et ipsos insequi toto nisu ad salutem et mandata dei adimplenda, ecce sequitur in toto et primo principaliterque suos reges et presides ad regnum huius mundi, ad divicias, delicias et honores, magna voluntate et dulciter ipsis adherens, obediens ipsis et innitens, magis ostendens seipsum per hoc[e]) de regno bestie et[f]) Antychristi quam de regno mansueti et mitis regis regum, Jhesu crucifixi[g]).

Capitulum vigesimum quartum[h]).

Quod[i]) *vicio manus dextre factum est, quod sinistra manus amplius quam ipsa in corpore Christi mistico regit et principaliter*[k]).

Verumptamen hec destitucio debite proporcionis parcium in corpore ecclesie Christi, id est ordinate subieccionis, et quod manus sinistra magis regit et forcius magisque principaliter in populo christiano, facta est et admissa non tantum ex parte wlgi, ut dicebatur, carnalis, nec eciam tantum ex parte principum et regum christianorum, amicorum huius seculi, sed eciam et maxime[l]) (3) ex parte effeminatorum et carnalium sacerdotum.

Primo ex[m]) eo, quod nos, o sacerdotes, ad amorem huius seculi defluentes et per concupiscenciam carnis spoliati a virtute, qua eramus induti ex alto, tamquam Sampson[n]) a septem crinibus per Daly[l]am[o]) meretricem[1]), facti sumus inbecilles et infatuati[p]), similiter ut nostri populi et principes et nostri reges, et per hoc facti contemptibiles a populo et ab[q]) hominibus con-

---

[a]) Sed ita oc. *cont. D 1. 2.* [b]) seculare — spirituali *om. B;* in — spirituali *om. C.* [c]) *om. D 1. 2.* [d]) de quibus *D 2.* [e]) et per hoc *D 2.* [f]) *ita C D 1. 2;* a *AB.* [g]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Verumtamen ex eo, quod nos oc., *v. infra lin. 23.* [h]) *ita AB rubr., om. C.* [i]) Sequitur, quod manus oc. *B.* [k]) *ita A in m. (addens* Ca.[m] 24*) et B rubr.; om. C.* [l]) maxime et *BC.* [m]) *cont. D 1. 2.* [n]) Samson *B.* [o]) Dalyam *A;* Dalidam *BC D 1. 2.* [p]) infatuati — ab hominibus *om. BC.* [q]) in *corr.* ab *A in m.*

[1]) *Cf. Judic. XVI. 13.*

culcati, ita ut timor populorum et reverencia perinde sunt *(sic)* ad nos extincta et anullata, ut iam displicencia sit in vulgo nobis subici vel[a]) obedire in tantum, quod non nisi, in quibus oportet, vix nobis [f. 113[b]] cum tedio obediunt nostre oves[b]).

Secundo quia, quod[c]) sumus carnales et molles effecti, perinde facti sumus pusillanimes et muliebres, nostram iurisdiccionem[d]) tepide exequentes et ob timorem cedentes expugnatoribus et inpeditoribus nostra iura et nostrarum[e]) libertates, et ita paulatim et successive est demolita et anullata nostra potestas et gravitas auctoritatis, et populi iam ab ipsa recesserunt.

Tercio pro eo, quod placet nobis societas amatorum huius vite et participacio omnium, que ipsi diligunt, cum eisdem, utpote pacis et amicicie carnalis, deliciarum, diviciarum et honorum[f]), et eadem diligimus, que ipsi diligunt, et talia sequimur, que reges principales huius seculi insecuntur; per quod sumus regno[g]) Antychristi similiter incorporati vel regno huius mundi, et potestatem nostram et auctoritatem gravem et celestem sic dedimus in manus bestie, et principaliter vel quasi ad mandatum eorum ipsam exequimur et exercemus, et quando volunt, tunc possunt nos inpedire vel ad hoc promovere.

Quarto ex eo, quod merito[h]) hec patimur a subditis vel a[i]) dominatoribus Egypti, puta inobedienciam et malam famam, quia peccavimus in fratrem nostrum, Christum Jhesum, ipsum ponentes in cisternam veterem nostri hominis veteris et terrestris, ubi piissimus Jhesus tenetur captivatus[k]), et dehinc sumus vendentes ipsum pro nostra avaricia in Egyptum[l]). Et quia nos deo nostro non obedivimus, iuste nobis minime a subditis obeditur, et quia obliti sumus Jhesu crucifixi, nostra magna auctoritas et potestas a populis est oblita, et quia crucem domini Jhesu et eius ignoranciam proiecimus, que erat nostra maxima gloria, facti sumus pro eo inglorii a nostris conchristianis. Et quia gloriam et honorem huius vite sequimur et festinamus indui, que est abhominacio magna in[l]) desolacione[m]) coram Jhesu

---

a) nobis *BC*. b) Merito autem hec patimur &c., *contin. D 1. 2., v. infra lin. 22.* c) *om B.* d) iuridiccionem *AB.* e) *ita omnes cod.* f) bonorum *C.* g) *om. C.* h) *contin. D 1. 2.* i) *om. D 2.* k) et c. *C.* l) et *D 1. 2.* m) desolacionem *corr. A* desolacione.

1) *Cf. Gen. XLII. 21 et XXXVII. 24.*

crucifixo et[a]) fideli ecclesia christianorum, propterea facti sumus ignobiles abhominabilesque coram Christo Jhesu et sanctis eius et ipsius ecclesia militante sacrosancta[b]).

Quinto ex eo, quod manus ecclesie sinistra, id est brachium seculare, est nimis inpinguata et dilatata in suis carnibus, id est in suis suppositis carnalibus et amicis huius mundi, in diviciis, gloria et potestate temporalibus, que sunt robur et virtus dominii et regni huius mundi. Manus vero dextra, id est auctoritas et iurisdiccio spiritualis, est valde extenuata et infirmata, et hoc idem, *a)* quia manus dextra sancte ecclesie, que debet esse repleta diviciis spiritualibus[c]) et circa[d]) ea occupata, repleri se elegit magis diviciis, deliciis et honoribus huius mundi, sicut et manus sinistra, ut paulo ante est deductum, et que debebat esse extenta et porrecta ad[e]) spiritualia maxime et eterna et contracta ad temporalia, et ecce per oppositum ad eterna et spiritualia manet contracta et abbreviata, ad temporalia vero bona est nimium extenta et aperta, et per hoc destituta a suis propriis viribus et degenerans a sua ipsius dignitate et potestate, est facta infirma[f]) et debilis. Quod quidem necessarium et consequens erat sic evenire, postquam cupiditati et ambicioni rerum temporalium sacerdocium ecclesie dedit manus, quod ad res spirituales reperiatur invalida et infirma, quoniam nequaquam suppetit ad utrumque, et alias est prorsus indignum hoc rerum in se posicioni et proprietati[g]), videlicet occupari circa sarcinulas vilissimas et ipsis pollui manibus illis, que ad res maximas et divinas sunt[h]) consecrate. Nam hoc satis scriptura expressit prophetarum. Nam dicit Ysaias[1]): „In die illa erit dominus exercicium corona glorie et sertum exultacionis residuo populi sui et spiritus iudicii sedenti super tronum et fortitudo revertentibus de bello ad portam. Verum hii quoque pre vino nescierunt et pre ebrietate erraverunt. Sacerdos et propheta pre ebrietate, absorpti sunt a vino[i]), erraverunt, nescierunt videntem, ignoraverunt iudicium. Omnes mense eorum replete sunt vo-

---

[a]) et — Jhesu *om. BC.* [b]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Jam emanaverunt oc., *v. infra p. 241, lin. 32.* [c]) secularibus *corr.* spiritualibus *A.* [d]) tunc *BC.* [e]) et *corr.* ad *A.* [f]) infirmis *C.* [g]) posicioni et proprietati *omnes cod.* [h]) et *corr.* sunt *A in m.* [i]) *ita C et biblia;* animo *false cet. cod.*

[1]) *Isaiae XXVIII. 5—8.*

mitu sordiumque, ita ut non sit locus iuxta." Et paulo post ibidem ad propositum [1]): „Coangustatum enim stratum, ita ut aliter decidat, et pallium breve utrumque operire non potest." Et ad idem [a]) dominus Jhesus crucifixus [2]): „Nemo potest duobus dominis servire," et infra [b]) [3]): „Non potestis, inquit, deo servire et mamone." Et alibi [4]): „Nemo mittens manum suam ad aratrum et respiciens retro aptus est regno dei." Et apostolus [5]): „Nemo militans deo inplicat [c]) se secularibus negociis," et iterum dicit [6]): „Non potestis calicem domini bibere et calicem demoniorum."

Ex quibus colligitur, quod si manus ecclesie sinistra est occupata et inmersa in rebus istis mundialibus et circa hoc facta fortis, piguis [d]) et dilatata, minus quidem peccatum est, sed dum manus ecclesie dextra circa talia sit inpedita, occupata et illis repleta, fortis facta et dilatata, illa maxima est iniquitas et destitucio ecclesie. Verbi gracia: Si layci sunt avari et dediti ad divicias seculi [e]) acquirendas [f]) et possidendas, iniquitas quidem est magna [f. 114[a]] hoc facere christianos, qui ex toto faciunt contra Christi ewangelium et religionem suam celestis et perfecte libertatis. Sed si id [g]) faciunt sacerdotes, illud non tantum est iniquitas magna, sed habundancia iniquitatis nocentissima ecclesie Jhesu Christi. Nam illud non tantum est ex toto facere contra ewangelium, sed est iniquissime expugnare ewangelium domini Jhesu crucifixi. Igitur cum in [h]) sacerdotibus ecclesie, amicis huius vite, a minore usque ad maximum omnes student avaricie, et sacerdos et propheta cuncti faciunt dolum [7]), qui sunt manus dextra esse Christi mistici corporis diffinita, merito ob eam causam facta est inpotens et invalida in suis operacionibus, sua auctoritate et potestate. Non enim [i]) sine causa dictum est apostolis et predicatoribus post acceptam de celis virtutem et potestatem [8]): „Nichil, inquit, tuleritis in via, neque sacculum neque peram neque duas tunicas habeatis", etc. [k]). Et Petrus, sacerdos precipuus,

---

17) Avaricia sacerdotum *A*.

a) ibidem *B*. b) *om. BC*. c) applicat *BC*. d) piguis *AC*; pingwis *B*. e) huius seculi *C*. f) acquirandas *BC*. g) illud *C*. h) *ita AC*. i) *om. C*. k) *om. BC*.

1) *Isaiae XXVIII. 20*. 2) *Matth. VI. 24*. 3) *Matth. VI. 24*. 4) *Lucae IX. 62*. 5) *II. Tim. II. 4*. 6) *I. Cor. X. 20*. 7) *Cf. Jerem. VI. 13*. 8) *Lucae X. 4*.

volens ostendere potestatem manus dextre istius, premisit, dicens[1]): „Argentum et aurum non est michi", tunc sequitur: „Quod autem habeo, hoc tibi do[a]): Surge et ambula", etc. Unde apte et maxime ad propositum dominus Jhesus crucifixus loquitur per Malachiam ad huiusmodi presentis seculi sacerdotes, dicens[2]): „Et nunc ad vos mandatum hoc, o sacerdotes. Si[b]) nolueritis audire [et] ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo, ait dominus exercituum: Mittam in vobis[c]) egestatem et maledicam benediccionibus vestris et maledicam illis, quoniam non posuistis super cor." Et tunc multum ad propositum: „Ecce ego proiciam vobis brachium et dispergam super wltum vestrum stercus solempnitatum vestrarum, et assumet vos secum. Et scietis, quia misi ad vos mandatum istud, ut esset pactum meum cum Levi, dicit dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo vite et pacis, et dedi ei timorem, et timuit me et a facie nominis mei pavebat. Lex veritatis fuit in ore eius et iniquitas non est inventa in labiis eius: in pace et in equitate ambulavit mecum et multos avertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scienciam et legem requirunt de ore eius, quia angelus domini exercituum est. Vos autem recessistis de via et scandalizastis[d]) plurimos in lege: irritum fecistis pactum Levi, dicit dominus exercituum. Propter quod et ego dedi vos contemptibiles et humiles omnibus populis, sicut non servastis vias meas et accepistis faciem in lege. Numquid non pater unus est omnium nostrum? Numquid non deus unus creavit nos? Quare ergo despicit unusquisque nostrum fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum? Transgressus est Juda, et abhominacio facta est in Israel et in Jerusalem, quia contaminavit Judas sanctificacionem domini, quam dilexit, et habuerunt[e]) filiam dei alieni. Disperdat[f]) dominus virum, qui fecit[g]) hec, magistrum et discipulum de thabernaculo[h]) Jacob et offerentem munus domino exercituum. Et hoc rursum fecistis, operiebatis lacrimis altare domini, fletu et gemitu[i]), ita ut non respiciam ultra ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra. Et

---

[a]) *om. B.* [b]) et si *A*, et *addens sup. lin.*; et *etiam ponunt BC, sed om. biblia.* [c]) in vos *biblia.* [d]) scandalizatis *B.* [e]) *ita omnes cod.*; habuit *biblia.* [f]) Disperdet *biblia.* [g]) fecerit *biblia.* [h]) tabernaculis *biblia.* [i]) mugitu *biblia.*

[1]) *Act. III. 6.* [2]) *Malach. II. 1—17.*

dixistis: Quam ob causam? quia dominus testificatus est inter te et uxorem pubertatis tue, quam tu despexisti: et hec particeps tua et uxor federis tui. Nonne unus fecit et residuum spiritus eius est? Et quid unus querit, nisi semen dei? Custodite ergo spiritum vestrum et uxorem adolescencie tue noli despicere. Cum odio habueris eam, dimitte, dicit dominus deus Israel[a]). Operuit[b]) autem iniquitas vestimentum eius, dicit dominus exercituum. Custodite spiritum vestrum et nolite despicere. Laborare fecistis dominum in sermonibus vestris et dixistis: In quo fecimus[c]) eum laborare? In eo, quod dicitis: Omnis, qui facit malum, bonus est in conspectu domini et tales ei placent, aut certe ubi est deus iudicii?"

b) Ex hoc textu scripture alia colligitur causa, quare in tantum hodie manus dextra ecclesie sit infirmata et facta inbecillis, et est, quia, postquam convertit se ad temporalia bona tenenda, inquirenda et multiplicanda et [est] circa ea occupata, reliquit[d]) operari[e]) opus suum proprium et sibi a domino deo ardue commendatum, puta diligentem salutem et curam animarum in tantum, ut, dum decem opera perficit in temporalibus et pro lucro et comodo temporali et per prius, tunc post vix unum interim et inbecilliter facit opus suum proprium et sue fidelitati commendatum, scilicet pro salute communi animarum; quinymmo et illud, quod facit inbecilliter pro salute animarum, illud facit eadem manus dextra conducta pro mercede et comodo temporali. Nam[f]) nisi lucrum et comodum habere proinde temporale se speraret, nec opera pro salute animarum vellet operari ista infidelis manus dextra. Itaque quia manus hec reliquit opus sibi commendatum, reliquit eam ille, qui robur et potestatem sibi fontaliter influebat, et quia noluit uti potencia et virtute in operacionibus sibi propriis, sed accepit graciam dei datam pro toto [f. 114[b]] corpore et pro salute tocius supposita solum pro seipsa vel ad alium finem[g]) et contrarium dei gracie eam ordinando, utpote ad lucrum et comodum temporale[h]), et minam sibi traditam fodit in terram inutiliter et abscondit, ideoque non

---

a) dominus exercituum *biblia*. b) operiet *biblia*. c) fecistis *B*. d) *corr. A*; reliqui *BC*. e) operarii *C*. f) Non *C*. g) verbum *corr.* finem *A*. h) temporales *corr.* temporale *A*.

inpune, sed merito potencia et virtus dei recessit a manu eadem dextra, et perinde facta est iam valde invalida et infirmata.

Quia igitur sacerdotes ecclesie opus domini dei sui fecerunt negligenter averteruntque seipsos ab operacionibus et laboribus pro communi salute animarum, Christus Jhesus, dominus terribilis, eciam avertit se ab oblacionibus et obsequiis ipsorum et maledicit benediccionibus nostris pro nostra avaricia exercenda adinventis, secundum quod dicebatur in propheta [1]). Ymmo nec lacrimas nostras, quas effundimus super altaria, aspicere dignatur piissimus dominus, quia easdem effundimus et facimus solum et maxime pro nostra propria [a]) devocione et nostro solacio et complacencia, dignam curam et sollecitudinem ac labores arduos pro peccatoribus et communi salute proximorum non facientes, neque ad hoc digne anhelantes vel nos ipsos attingentes et [b]) preparantes, cum tamen non sumus nisi persone communes in populo et pro communi bono vocati et electi et positi in corpore sancte ecclesie, et pro toto corpore et eius salute [c]) accepimus a domino Jhesu omnem [d]) virtutem et omnem potestatem, et non accepimus pro nostra salute tantum et devocione tantum, neque pro comodo et lucro temporali nobis vel nostris proximis procurando, sed pro salute animarum operanda et vita eterna in animabus dilatanda et fructificanda [e]).

Capitulum vigesimum quintum [f]).

Quod violacio proporcionis inter articulos manus dextre est causa, quod eadem manus, id est sacerdocium, est infirmata [g]).

c) Est adhuc et alia causa tercia, quare dextra mistica ecclesie Christi est extenuata et infirmata: quia brachia et prima et grossiora ossa eius et articuli contraxerunt avide virtutem et robur ad seipsa, gaudentes in se dilatari et ingrossari et inpinguari, destitutis mensura et pondere ac numero ipsis a deo ipsorum constitutis ruptaque proporcione legittima et debita, singulis membris et articulis commensurata,

[a]) proprie d. et pro *C*. [b]) vel *C*. [c]) omnes salutem *BC*. [d]) omnem veritatem, omnem v. oc. *add. C*. [e]) etc. *add. BC*. [f]) *ita AB rubr., om. C*. [g]) *ita AB rubr., om. C*.

[1]) *Malachias, l. c.*

secundum quod spiritus Jhesu diviserat unicuique virtutem et potestatem; per quod facta est magna deordinacio officiorum et operacionum[a]) in corpore et confusio, et perinde inceperunt articuli prefati[b]) in manu et membra ab alterutro[c]) gravari et ingemiscere contra alterutrum et infeliciter dividi a se invicem vinculumque pacis et unionis in toto corpore dissolvere atque unitatem spiritus dissipare.

Et ut planius illud edicatur: Sacerdotes superiores in ecclesia et clerici, gloriosis titulis sue humilitatis inmemores, existentes in gradibus supremis, inceperunt tolli in altum et apparere gloriosi, suas fimbrias dilatantes et filateria sua magnificantes [1]), ultra debitum potestatemque suam et auctoritatem ponderantes, super subditos inceperunt dominari in clero et suam auctoritatem potestatemque dilatare, valde magnificare et tremendam facere, et potestatem auctoritatemque suorum consacerdotum, quamvis inferiorum, contrahere et artare ipsorum iurisdiccionem et libertates, et sue ipsius dominacioni et potestati ascribere ea, que alias ex sua prima donacione et institucione sunt vel possunt esse aut[d]) verius deberent esse communia eciam inferioribus clericis et sacerdotibus aut eisdem apropriata; ista tamen maiores, ut dictum est, et forciores in manu articuli sibi talia addiderunt et apropriaverunt, quatenus per hoc et in hoc magis redderentur tremendi, venerandi a populis, et ut eisdem subieccio et obediencia augeretur et per consequens honor et gloria, de qua summe gaudent, et ut per hoc magis in populo redderentur insignes et in gloria singulares, et ut populorum frequencia continue ipsos eosdem visitaret, ipsos inquireret[e]), et coram eis tremeret et miraretur ipsorum maiestatem.

Nichil etenim in vita potest esse acceptabilius et complacencius hominibus, qui seipsos amant et Jhesu crucifixi humilitatis sunt obliti, quam perfrui divinis honoribus in plebibus et singulariter apparere in populis illustrem in gloria et magestate et sine comparacione admirabilis a multis conspectari. Pro eo namque philosophi gentiles viri maximi facti sunt

---

[a]) comparacionem *G.* [b]) prefatis *corr.* prefati *A.* [c]) *corr. ab ed.;* alterutrum *omnes cod.* [d]) aut — esse *om. BC.* [e]) visitarent . . inquirerent *C.*

[1]) *Cf. Matth. XXIII. 5.*

in sapiencia mundi et virtute, et delicias omnes corporis et divicias in comparacione istius glorie quasi[a]) nichil proiecerunt. Et istud tenuit maxime reges et principes seculi a principio, utpote Romanos et Cesares[b]) antiquos, in magna sapiencia et virtute, et[c]) similiter ipsi omnia blandimenta carnis et copiam diviciarum pro eo tamquam nichilum proiecerunt et maxima opera et insignia in bonitate morali et virtutibus perfecerunt solum et maxime, ut in populis singulariter insignes et admirandi in virtute et gloria apparerent, et ut divinis honoribus ab hominibus coequalibus alias per naturam fruerentur. Tale igitur quid simile visitavit et arripuit magnates et principes christianos, per quod redacti sunt in corpus et[c]) regnum [f. 115[a]] bestie et Antychristi secundum superius demonstrata.

Quod tamen[d]) maxime viciosum et detestabile apparet in senioribus et principibus sacerdotum, si gaudent seipsos esse super alios singulariter elevatos et honoratos in tantum, quod eciam illud, quod ex primaria donacione spiritus Jhesu est commune aliis suis consacerdotibus, hoc sibi ipsis contrahant et aproprient, ut dilatent suas fimbrias et potestatem et ut eciam in eo ipso sint a populis tremendi et gloriosi, mensura, prout erat a populis, sue glorie non contenti.

Ex hoc enim videtur evenire, secundum quod superius est ostensum, quod dominus apostolicus ad se contraxit collacionem universorum beneficiorum per ecclesiam, officiorum, personatuum, prebendarum et dignitatum, quod alias nequaquam ordinacione ecclesie sancte primaria est institutum vel sanxitum. Ex isto exempciones multarum et infinitarum personarum a iurisdiccione ordinariorum propriorum facte[e]) sunt et multiplicate super numerum, nec non eciam exempciones conventuum multorum religiosorum[f]) et alias multorum populorum in defectum et diminucionem potestatis et iuris prelatorum inferiorum. Ex isto similiter emanaverunt[g]) alie multe reservaciones[h]) casuum, ut wlgo dicitur, et absolucionum[i]) vel collacionum auctoritatis et potestatis vel exercicii[k]) opera-

33) De casibus [et] variorum statuum observanciis *D 2. in parte fol. super.*

[a]) qua *BC.* [b]) Cessares *A,* Cezares *B,* Cesares *C.* [c]) *sup. lin. add. A.* [d]) enim *BC.* [e]) *corr. ad ed.;* facti *omnes cod.* [f]) religiosorum *BC;* religionum *minus apte A.* [g]) Jam emanaverunt multe oc. *contin. D 1. 2.* [h]) observaciones *false D 2.* [i]) abhominacionum *false D 2.* [k]) exercitu *false B.*

cionum earum, que sunt communes omnium sacerdotum alias[a]) aut[b]) talia, que racione ordinis et primitive potestatis possunt fieri ab inferioribus et communibus sacerdotibus et licite pro salute populorum ab eisdem exerceri. Pro quibus oportet adire sedes prelatorum et tremebunde coram ipsis pro talibus supplicare et inpetrare[c]) difficulter, non sine inpensis magnis et expensis saltem scriptoribus ipsorum[d]) pro literis super inpetrato confectis et formatis[e]).

Et per ista factum est, quod in multa magnaque parte auctoritas et iurisdiccio sacerdotum curatorum est abbreviata et contracta et[f]) in ipsorum subiectos, et per consequens multa operacio salutis animarum inpedita et sublata, que alias esset exercita, si non interveniret predicta prohibicio vel reservacio potestatis, per quod curati sacerdotes plebium sunt vel possunt esse gravati et plurimum ad ingemiscendum et murmurandum vel invidendum suis prelatis et citati[g]) et compulsi. Per ista eciam multa inobediencia est intromissa[h]) in plebes et irreverencia ad suos sacerdotes proprios propter extenuacionem et infirmacionem ipsorum potestatis, et per consequens hinc venit magna destruccio morum et discipline in plebibus et dissipacio christiane religionis.

Capitulum vigesimum sextum[i]).

Quod manus dextra ideo est infirmata, quod palma eius et novissimi[k]) *digiti et iuncture ipsorum sunt a primis et a grossioribus articulis extenuata et contracta, id est inferiores sacerdotes a superioribus*[l]).

Unde hic est advertendum, quod omnis manus, quantumcumque sit fortis et robusta in brachiis suis, tenere tamen non multa potest vel comprehendere, nisi per sumitates manus vel per fortes et integros digitos et in palma. Et idcirco, si forent digiti manus infirmati vel[m]) mutilati et maxime in pollice, manus eadem, quamvis fortis, tamen redderetur inutilis, et non

---

[a]) *om. D 1. 2.* [b]) ut *BC.* [c]) improperare *BC.* [d]) eorum *D 2.* [e]) *post hanc vocem D 1. 2. cont.:* Ego aput me decrevi oc. *v. infra p. 248, lin. 23.* [f]) ut *BC.* [g]) concitati *C.* [h]) intermissa *BC.* [i]) *ita A rubr., om. BC.* [k]) novissimum *B.* [l]) *ita AB rubr., om. C.* [m]) et *BC.*

capax sive ad arma in pugna seu[a]) ad multa bona tenendum et comprehendendum. Et in figura illius I° Reg. V.°[1]) habetur, quod due palme manuum Dagon[b]) abscise erant super limen, divina providencia id operante ad designandum, quod idem deus Phylistinorum sic totus et totaliter factus sit inutilis et impotens. Et e converso si digiti essent sani et fortes manerent, alias tamen manu lesa in brachiis[c]) et vulnerata, adhuc tota manus esset capax et contentiva armorum vel bonorum plurimorum. Et ideo eciam est a natura provisum, quod puta manus quelibet in extremitate sua, scilicet in palma et digitis, multiplicata sit amplius et ingrossata, et contineat multitudinem inflexionum, articulorum et iuncturarum.

Ita accipe de manu spirituali et dextra ecclesie, de qua sermo. Nam cum[d]) dominus papa et episcopi sint eius brachia manus mistice ecclesie, [prout|[e]) sunt superius diffiniti[f]), sacerdotes tunc plebani cum ipsorum consacerdotibus[g]) et parochianis sunt merito per palmam dilatatam[h]) et per digitos intellecti, ita quod sacerdos principalis curatus obtineat vicem pollicis et reliqui observent[i]) formam digitorum et singulorum articulorum et iuncturarum. Et ita fit, quod, sicut manus corporis, quidquid tenet vel apprehendit vel defendit, nutrit vel gubernat, totum hoc per suam palmam et digitos operatur, ita eciam quidquid papa, episcopus Romanus[k]), et ceteri eius[l]) coepiscopi in dei populo vel Christi ecclesia spiritualium operantur vel conantur operari in et pro salute animarum, primum et maxime eos oportet hoc per multitudinem curatorum sacerdotum ydoneorum, ad hoc vocatorum et electorum exequi et operari, et[m]) hoc secundum debitum et rem questam ordinarie ipsorum potestatis et influencie celestis et gerarchici[n]) ordinis sacrosancti. Istos igitur, puta plebanos sacerdotes, debent domini episcopi omnes, pariter et papa, sanos et integros eligere et iuxta exigenciam multitudinis populorum multiplicare [f. 115[b]] et omni sua auctoritate et potestate plena

---

14) Papa *A*.

[a]) sive *BC*. [b]) Dagan *BC*. [c]) brachii *(sic) BC*. [d]) Cum namque *BC*. [e]) *add. ab ed.* [f]) diffinite *BC*. — *Cf. supra c. 18.* [g]) sacerdotibus *B*. [h]) dilatata *C*. [i]) observant *BC*. [k]) Romanus *om. BC*. [l]) omnes *B*. [m]) et — ordinarie *om. BC*. [n]) gerarchie *B*.

[1]) *I. Reg. V. 4.*

iuxta debitum gradum eosdem ditare, dotare et firmare et super populos constituere et ad opera strennue applicare. Nam, ut paulo ante in exemplo manus dictum est, quomodocumque brachia huius manus mistice, id est papa et episcopi, sint in dei ecclesia gloriosi et honorabiles in suis gradibus et fortes atque in diviciis et auctoritate potestateque sua firmati et dilatati, tamen si interim isti digiti et pollices manus extremi, id est curati sacerdotes, deficiant vel sint debilitati, vulnerati et contracti, tunc utique multitudo populorum male continebitur et negligenter gubernabitur neque defendetur[a]) ab inimicis et a potestate tenebrarum neque eciam nutrietur, sed omnia manebunt dissipata et neglecta.

Quapropter dico iterum: isti tales sacerdotes plebium, proprii et inmediati et applicati ad opus, deberent ab episcopis et a papa summis studiis exquiri, ydonei et gnari et iusti et cum precipua[b]) attencione plebibus prefici et cum gracia foveri et duplici honore et auctoritate digni predicari[c]) et haberi, quoniam dato casu, ut plurimum fieri assolet, quod iam brachium, id est episcopus Romanus vel alii episcopi inveniantur negligentes, debiles vel quovis modo wlnerati, tamen si hec multitudo sanctorum sacerdotum in populis et applicata inmediataque plebibus integra et fortis manserit, tunc greges Christi Jhesu[d]) adhuc non negligentur neque dispergentur neque expungnabuntur ab inimicis, quoniam dominus Jhesus ipsis assistit eque bene et eque proprie et inmediate cum suis cooperatoribus et servis fidelibus et condignis cum omni[e]) plenitudine graciarum, virtute[f]) cuius solius et[g]) potestate isti sacerdotes fructum afferunt et salutem animarum perficiunt et operantur.

Ideo virtutem et potestatem talium communem vel propriam contrahi et digitos manus, cum quibus necesse est totam multitudinem comprehendi, teneri et gubernari a superioribus articulis non est ex ordine, neque est utile extenuari et infirmari, neque explicacio est plebium a peccatis, sed inplicacio in multas perplexitates dyaboli, quas potest per hoc facciose operari, — non enim sine magna causa dictum est

---

[a]) defenditur *B.* [b]) precipue *BC.* [c]) predicare *BC.* [d]) greges Christi a Jhesu *BC.* [e]) enim *BC.* [f]) et virtute *false BC.* [g]) *om. BC.*

in apostolo [1]): „Cui autem donastis, et ego. Nam et[a]) ego, quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur a Sathana. Non enim, inquit, ignoramus cogitaciones eius", — quoniam tales huiuscemodi reservaciones et communium contracciones ad propria et inhibiciones, doctrine hominum et mandata, que fiunt a superioribus in ordine ad inferiores ipsorum, prebent multam occasionem et amminiculum astutissimo Sathane circumveniendi homines et consciencias ipsorum ireciendi[b]). Verbi gracia cum sacerdotes inferiores multa contingit[c]) facere in populis, que a sacerdotibus superioribus ipsorum sunt prohibita, et potestas ipsis contracta talia ad faciendum, aut multa obmittunt facere, que iam sunt a superioribus secundum[d]) ipsorum doctrinas et mandata instituta ad faciendum, et precipue cum talia mandata et doctrine per superiores sacerdotes ad suos inferiores in tantum sunt multiplicata diversificataque et rigide inperata et multos et magnos libros et valde magnarum expensarum pro seipsis requirant et magna tempora ad studendum, antequam homo ea sciat vel competenter possit intelligere. Quo modo enim singuli clerici et sacerdotes inferiores possunt ad[e]) hoc pervenire, ut quilibet habeat et Decretum et Decretales, Sextum et Clementinas, qui sunt libri sumptuosi[f]) et partem[g]) scriptorum sic confecti et inplicati ac difficultati, ut vix in tribus annis bone[h]) indolis vir sciat in ipsis perfecte legere. Quo modo[i]) inquam quilibet curatus, occupatus cum operibus salutis in plebe[k]) commissa[l]), potest ipsos ita per longa et diligentissima studia incorporare et ipsos familiares sibi ita reddere, ut quelibet puncta in eis contenta semper et ubique ad manum habeat et in promptu, — quod tamen iam utique totum est reputatum esse necessarium et est de facto necessarium cuilibet ecclesiastico rectori[m]) et curato, si non vult a Sathana in multis circumveniri et novissime[n]) transgressor iudicari?

Et ita manum hanc misticam ecclesie contigit invalidari et infirmari ex eo, quod superiores retrahunt et coartant vires

---

[a]) *om. C.* [b]) reiciendi *BC.* [c]) contingit *C;* contigit *AB.* [d]) et in *(sic) B.* [e]) per *BC.* [f]) presumptuosi *BC.* [g]) partem scr. sic confecti et *om. BC.* [h]) bene *BC.* [i]) quando *BC.* [k]) *ita omnes cod.* [l]) commissas *BC.* [m]) *om. B.* [n]) novissime *BC;* novissimo *A.*

[1]) *II. Cor. II. 10—11.*

et potestatem ad seipsos a suis inferioribus et extenuant eosdem in ipsorum iurisdiccione et infirmant, dominantesque in clero exercent suam potestatem, et iurisdiccionem ampliantes transmittunt ad inferiores suos mandata plurima sua et doctrinas, adinvenciones et statuta. Sicque contingit, quod prelati[a]) necessariam et communem ipsorum auctoritatem atque utilem[b]) pro operacionibus et exercicio in communi salute populorum ab inferioribus ad se retrahunt ad dilatandum sua phylateria, potestatem quoque suam propriam exequentes, plurima mandata, adinvenciones et doctrinas in eosdem suos subditos derivant et divulgant [f. 116[a]] ipsos obbligando et agravando, similiter per omnia, sicud contingit in manu naturali destituta a[c]) sanitate, in qua cor et brachia membraque in corpore pociora retractis naturalibus viribus et spiritibus vitalibus intrinsecis a summitate manuum sive pedum transmittunt ad easdem[d]) summas palmas et digitos humores superfluos, non naturales nec digestos, conferrentes officio et operacionibus manuum[e]), sed inpedientes, non promoventes, sed aggravantes; ex quibus humoribus apostemata, vesice tergentes et pustule varie in palmis et digitis generantur, manentibus brachiis et cruribus in suo vigore et sanitate: Ita assimili hic in manu mistica multa perplexitas et corrupcio in conscienciis peccataque transgressionis fiunt et oriuntur in subditis et inferioribus ex multitudine adinvencionum, doctrinarum et preceptorum, quibus et ad que sunt ab eorum prelatis obligati. Ex quibus Sathanas et peccatum in carne accipit magnam potestatem et virtutem coram iudicio dei eterni accusandi et dampnandi. De quibus multa habes supra in primo libro huius vel tractatu et in libro hunc sequenti inmediate [1]).

Ecce enim, ut superius sepe dictum est, Romanus episcopus, multam habens gloriam in dei ecclesia, de plenitudine potestatis abstulit aliis coepiscopis multam libertatem in eorum dyocesibus et in multis, et cum hoc ad seipsum contrahendo collacionem[f]) officiorum et beneficiorum eximendoque multos a iurisdiccione ipsorum eos, qui[g]) alias erant sub obediencia episcoporum positi et fundati.

---

[a]) et *add. BC.* [b]) *corr. ab ed.;* utiles *omnes cod.* [c]) *om. BC.* [d]) eandem *corr.* easdem *A.* [e]) manum *(sic) A.* [f]) collocacionum *BC.* [g]) qui qui *superflue A.*

[1]) *vide libri I. tract. 2 in vol. I et libri III. tr. 5.*

Et similiter episcopi faciunt et fecerunt sacerdotibus curatis, qui sunt eis suppositi, ut paulo ante dictum est, in multis ipsos coartando[a]) et inpediendo ipsorum communem potestatem et sua propria postposita in ipsis confirmando in tantum, quod eciam predicatores et vicarios curatorum episcopi volunt locare in plebibus ipsorum, et de manu sua, non autem de manu plebanorum auctoritatem conferre et curam animarum.

Ita eciam curati plebium aggravant laycos sibi subiectos patresque familias domorum in plebe suis exaccionibus et adinvencionibus questuosis et auferunt ipsis multas libertates in hiis, que sunt deo ad serviendum, in tantum, quod sacerdotes quasi nichil concedunt fieri bene a laycis vel posse bene fieri quoad salutem, neque aliquid commendant, nisi id, quod ipsi sua auctoritate statuunt fiendum et approbaverint[b]) faciendum.

Et perinde dominus episcopus Romanus nimis dominatur in clero episcoporum. Episcopi nimis sunt elati in clero plebanorum. Plebani sunt nimis inflati et elati supra populum laycorum. Et sic e converso contingit, quod puta layci videntur sibi esse gravati a iusticia et iurisdiccione suorum sacerdotum et murmurant contra eos in multis et superbiunt et contempnunt; sic curati presbyteri conqueruntur se gravatos per episcopos ipsorum et superbiunt contra eos transgrediunturque multa ipsorum precepta[c]) et non curant et incidunt forcius eo in laqueum et obligacionem Sathane; similiter episcopi faciunt domino apostolico, os suum adimplentes murmure et increpacione, in quo similiter circumveniuntur Sathana ab iniquo. Nam ecce, hodie iam papa vel episcopus Romanus fecit alios episcopos suos tributarios annuales, episcopi vero sacerdotes curatos per hoc et exinde iam in multis quasi homines suos censuales sibi effecerunt. Enimvero curati presbyteri faciunt in laycis et super laycos sibi subiectos multas valde exacciones usque ad sacramentorum et sepulture vendicionem[d]).

---

[a]) cohartando *B.* [b]) approbaverunt *BC.* [c]) postquam *false BC.*
[d]) Pomoz boze *add. C.*

Capitulum vigesimum septimum[a]).

Quod manus quedam tercia et inpertinens adiuncta in corpore ecclesie fecit manum dextram infirmatam et contemptam, id est potestas fratrum religiosorum potestatem ordinariorum sacerdotum[b]).

d) Est adhuc[c]) et alia causa non mediocris, quare sacri sacerdocii eminens auctoritas et iurisdiccio sit inminuta[d]) sic hodie et contempta in vulgo christiano, vel iuxta assumptam parabolam, quare palme et digiti mistice manus Christi dextre fiunt vel esse videntur infirmati et proiecti brachiis manentibus in eorum integra potestate. Et hec[e]) est auctoritas et iurisdiccio, quam pro se religiosi et monachi multiplicati fortificatique nimis super suum statum proprium per orbem universum, elevati super populos, vendicant et usurpant[f]), varie ad seipsos populos distrahentes et sese coram populis commendantes. Quorum potestas et virtus talis et tanta facta est in ecclesia, ut facti sint[g]) tales, quod fere neminem timeant, neque ulli episcopi vel plebani possint ipsis obviare, quin ipsi suam exerceant auctoritatem sibi vendicatam, quamvis in plebes alienas, et potestatem: sive namque acceptant[h]) ab episcopis et curatis sive non, ipsi utique id, quod suum est, in populis comparant[i]), que sua sunt, conquirentes.

Unde ego[k]) aput me decrevi ipsorum[l]) in ecclesia potestatem non aliter michi esse ad propositum, nisi sicut quintam rotam[m]) in[n]) quadriga[o]) aut veluti terciam manum in corpore humano[p]). Que manus utique si in corpore hominis poneretur, non esset nisi res monstruosa, [f. 116[b]] non promovens duas manus alias essenciales, sed inpediens, non conferens ad concordiam membrorum ad invicem, sed ingerens scissionem, non confortans, sed dissolvens in operacione et officiis manuum propriarum, non observans

---

23) De religionibus *A in parte sup. fol.*

[a]) *ita AB rubr., om. C.* [b]) *ita AB rubr., om. C.* [c]) et adhuc *corr.* adhuc *A.* [d]) inmunita *BC.* [e]) hoc *BC.* [f]) usurpant *BC;* usurparunt *A.* [g]) sunt *BC.* [h]) acceptantur *corr.* acceptant *A.* [i]) comparantur *corr.* comparant *A.* [k]) ergo *C; contin. D 1. 2.* [l]) religiosorum *D 1. 2.* [m]) *om. C.* [n]) est *corr.* in *A.* [o]) quadrigam *BC.* [p]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Non enim usque modo didici oc. *v. infra p. 257, lin. 17.*

equalitatem, sed destruens et infirmans debitam proporcionem. Quid namque manus tercia faceret cum duabus manibus in corpore, nisi monstrum et inpedimentum? Quin pocius multo foret congruencius et melius, toto robore manus et valore quantitateque eius acceptis sibi et ablatis, dividi [a] manibus[a]) duabus et propriis, que apropriate et ydonee sufficiunt ex deo totum corpus per se fulciendum, nutriendum et gubernandum. Ita multo utilius foret pro corpore toto ecclesie, si religiosi et monachi illi, qui iam sunt inmixti plebibus, ad seipsos populos contraxerunt, non sine impedimento et sine invidia magna plebanorum, et omnia, que sunt ipsorum, si sacerdotibus plebium adiungerentur et incorporarentur in unitate solida et ordinata, sublatis omnibus de medio hinc et inde et cassatis, que ullam inter sacerdotes et religiosos vel monachos[b]) ponunt dissimilitudinem aut scissionem, utpote[c]) habituum, professionum et regularum privatarum sive adinvencionum et doctrinarum, ita ut ipsorum esset una manus, una potestas, una conversacio et omnis conformitas et in omnibus similitudo, sic quod sicut[d]) unus est populus[e]), unum esset et sacerdocium ipsorum, et veluti una plebs, ita et unicus eius magistratus, et quemadmodum unus deus et dominus, ita unus ordo ministrorum et una familia atque uniformis clericorum et sacerdotum.

Cogita enim, obsecro, quo modo humiliati[f]) nunc sunt curati sacerdotes et contempti in civitatibus et in rure[g]), simul et templa ipsorum exilia in comparacione claustrorum et domorum, que et quas edificaverunt sibi et dilataverunt fratres religiosi et monachi burgenses in medium[h]) plebium et civitatum, et quam sunt religiosi et monachi itidem multiplicati per universam ecclesiam, roborati, glorificati et magnificati coram plebibus similiter in comparacione curatorum sacerdotum, et tunc[i]) imaginari poteris, quo modo res monstruosa in corpore mistico Christi contigerit, videlicet quod quedam tercia manus, dubito tamen, si a capite erumpens, adventicia et accidentalis, paulatim longoque membrorum tractu augmentata et dilatata, sumptis sibi

---

[a]) in quibus *false BC.* [b]) monachos *BC;* monachorum *A.* [c]) utpute *C.* [d]) *om. A.* [e]) *om. C.* [f]) *corr. ab ed.;* humilitati *omnes cod.* [g]) iure *(sic) B.* [h]) in medio *C.* [i]) nunc *C.*

viribus a supremo brachio et comparatis formatisque seorsum sibi articulis, inflexionibus et iuncturis, et ordinatis[a]) omnibus venuste nimis et ornate et ampliori splendore et omni apparencia, quam manus principalis dextra[b]), habundans per ista et ex istis, facta est nimis fortis manus et valida et contraxit ad seipsam dignitatem, valorem et ornatum, vires quoque et medullas manus primarie dextre in corpore et essencialis. Per quod manus principalis eadem et dextra facta est inminuta in corpore et quasi inbecillis et quasi denudata et deturpata, et propter despoliacionem a suis bonis et splendoribus propriis, et propter conparacionem[c]) sue paupertatis ad divicias et gloriam splendidam manus adventicie et accidentalis. Per quod compellitur invidere et non iniuste[d]) murmurare et expungnare manum inpertinentem et adiunctam accessoriamque inportune sibi ad corpus ipsius.

Et perinde est, quod numquam esse poterit pax et firmata amicicia inter monachos et religiosos, qui[e]) sua in plebibus alienis ostentantes et querentes, ingerunt seipsos ad parochias, et inter sacerdotes curatos et populares, nisi prius, ut dictum est, omnis dissimilitudo vel difformitas inter eosdem tollatur de medio, que est per homines adinventa et accidentaliter[f]) introducta, et quod reformetur inter ipsos unitas et ponatur subordinacio, sic puta, quod religiosi et monachi in plebibus existentes efficiantur similes sacerdotibus et clericis, in hiis dumtaxat, que non obviant communi religioni christiane, et sint, prout est conveniens, ordinarie subiecti curatis sacerdotibus et obedientes, nulla seorsum in plebe et publice[g]) officia vel administraciones suas exercentes, nisi communiter cum sacerdotibus plebium et coram plebe, utpote in uno et eodem tempore et uno communi templo et in una domo et una conversacione ad[h]) et secundum ordinacionem curatorum sacerdotum.

Et cogita hic, si hoc fieret et si omnis decor, valor et fortitudo et potestas istius manus tercie adderetur manui dextre ecclesie in unam et simplicem unitatem, manus dextra quam esset tunc va-

[a]) ordinatibus *BC;* ordinatis *A.* [b]) et dextra *BC.* [c]) conparacionem *ABC.* [d]) iniusto *BC.* [e]) que qui *omnes cod.* [f]) accidentalis *BC.* [g]) publico *BC.* [h]) *om. C.*

lida et decora! Verbi gracia, si omnis multitudo sacerdotum et ministrorum atque administracionum et omnis decor suppellectilium, vasorum et domorum[a]) et officiorum, quibus habundant modo et resplendent monachi et religiosi in communitatibus ecclesie, adderentur plebanis et unirentur legittime[b]), et ordinate incorporarentur curatis sacerdotibus omnes libri et [f. 117[a]] librarie et omnia templa et omnes domus et habitaciones et omnis doctrina et sapiencia, doctores et sapientes, illa inquam omnia si essent aput curatos sacerdotes et ipsorum propria et hereditaria, sic quod nullibi alibi in plebibus fierent et coram plebe nisi a curatis presbyteris[c]) et clericis, qui in communi salutem plebium debent ordinarie in Christo Jhesu et per Christum inquirere et operari, statu et figura modernorum religiosorum seu variarum et[d]) dissimilium religionum sublata de medio et restaurata in omnibus primeva similitudine et unione: o, quantus putas esset[e]) decor et honestas sacerdotum quantaque ipsorum potestas et auctoritas tremenda, multis insignis, solempnisata et illustrata! Et quam dignus fieret respectus et integer plebium ad suos plebanos laycorumque reverencia ad suos sacerdotes atque quam fidelis fieret obediencia omnium suis pastoribus et indistracta!

Et si interim utique quibusdam[f]) vita sollitaria et monastica placeret, tunc fieret de ipsis congrue, sicut et a principio fiebat, videlicet quod in solitudinibus locarentur tales et facerent sibi iuxta regulam beati Benedicti et Augustini in desertis habitaciones humiles in statu humilimo et plebeo ac rusticano, semper et ubique cum subieccione et sub obediencia dominorum sacerdotum curatorum, sub quorum dispensacione et vicinitate ipsos contingeret demorari, et quod omnes huiusmodi et quilibet ipsorum, qui sic in plebibus, in ruribus aut in solitudinibus agendo penitenciam et devocionem sanctam eligerent demorari in statu et habitu monachi, acquirerent sibi tytulum et nomen non alterius alicuius quam proprii sacerdotis curati vel proximi loco eorum, et sub illo nomine et tytulo atque subieccione tuti et directi, cum communitate plebis et vulgi christiani comportantes et congredientes operarentur salutem[g]) ipsorum in vita tali soli-

---

[a]) *om. C.* [b]) et u. l. *om. BC.* [c]) sacerdotibus *C.* [d]) *om. C.* [e]) est *BC.* [f]) in quibusdam *B.* [g]) *add. A in m.*

taria, in timore domini et humilitate, ita inserti ordini gerarchico[a]) ad locum suum proprium et obtinentes legittimos articulos genealogie[b]) et congnacionis spiritualis in tribubus Israel, id est gloriosi et spiritualis populi christiani, ut si fieret inquisicio et dum fieret de ipsis atque supputacio de quolibet[c]) ipsorum, invenirentur esse non vagi, non erronei, non Manser[d]), sed ex patribus et sub patribus filiorum Israel et de genere alicuius certe tribus. Quia non est dubium, sicut supra dictum est, quod sicut in populo Judaico de singulis fiebat inquisicio usque ad novissimos, de qua tribu vel de quibus patribus quisque esset repertus, in eodem loco maneret ordinatus, quod si quis non inveniebatur esse de filiis Israel, facta tali de ipso racione, tunc eiciebatur aut quasi advena et peregrinus habebatur, ita deberet fieri in populo christiano et[e]) multo magis de quolibet inquisicio et supputacio[f]), de quo genere vel de qua tribu esset populi christiani, de quibus vel sub quibus patribus, et secundum eius confessionem et tytulum ipsum pro tali christiano habere et in ordine ecclesie collocare. Verbi gracia, ut dicendo: Ego sum vel iste est filius aut parochianus Andree curati presbyteri, qui est Bartholomei decani, qui est Phylippi archidyaconi, qui est Johannis episcopi, et sic consequenter iuxta exigenciam negocii et secundum modum, [quem] ad literam Judei observabant[g]) de sua congnacione naturali. Non autem, ut modo est videre in monachis et religiosis, comparando sibi ipsis seorsum sacerdocium ac contubernium splendidum in medio plebium aliorum[h]) seu in prospectu[i]) et ostentacione sue glorie populorum et civitatum, in quibus curati sacerdotes sunt ordinarie electi et locati, ut ipsimet sacerdocio ibi fungantur in nomine Jhesu Christi et in loco ipsius legittime et sedule salutem populorum inquirant et operentur tam veri et electi cooperatores Jhesu Christi dignique sponsi suarum plebium, qui uxorem fratris eorum defuncti in cruce, domini Jhesu Christi, iure et legittime acceperunt, ut non sibi ipsis, sed suo fratri defuncto filios ex uxore eadem procrearent. Quapropter monachos et religiosos sibi ipsis gloriosa sacerdocia et ministeria splendencia edificare in medio

---

[a]) yerarchico *BC.* [b]) genelogie *B*, geneloye *C.* [c]) quorum *false C.* [d]) Manaser *B.* [e]) *om. BC.* [f]) supportacio *(sic) A.* [g]) observabunt *C.* [h]) *om. BC.* [i]) *corr. ab ed.*; profectu *omnes cod.*

plebium et in prospectu[a]) populorum eorum, qui sic volunt, que sua sunt, querere et hominibus placere, non videtur esse aliud, quam si adulteri et procantes uxorem alicuius proprii viri[b]) et legittimi sponsi advenientesque in domum seipsos decoros[c]), fortes et in[d]) omnibus magis gloriosos coram eadem uxore alterius ostentarent et exhiberent, magis inquam quam vir eius proprius est vel potest esse pulcher et gloriosus, ut per hoc facerent maritum legittimum vilescere in estimacione sue uxoris, visa et suscepta eorum gloria et specie splendida ac pregrata[e]), et[f]) dehinc attracto[g]) mulieris assensu ad seipsos cum ipsa delectari et varie fornicari.

Capitulum vigesimum octavum[h]).

De singulari iniuria, quam facit[i]) *manui dextre et essenciali manus illa tercia et inpertinens in corpore ecclesie Jhesu Christi*[k]).

Unum adhuc putavi hic notandum de ista manu adventicia et inparel[l]), quam nec levam neque[m]) [f. 117[b]] dextram scio nuncupare, sed inparem[n]) et inpertinentem, scilicet religiosorum et monachorum potestatem sibi super ecclesiam vel in ecclesia acquisitam et vendicatam et super alienos subditos exercendam. Hoc igitur notabile atque detestabile in ipsa est communiter videre, quod scilicet, quamvis sit a manu ecclesie dextra progressa et in palma locoque digitorum sit admissa adiunctaque in aminiculum digitorum, quam ob rem deberet[o]) ubique digitis in adiutorium occurrere et per omnia cum ipsis concordare, tamen ipsa a policibus se avertens contempnensque cum ipsis digitis paritatem atque mirabili ambitu suasionum et apparenciarum se tollens in altum a statu humiliato suo primordeno[p]), ad hoc pervenit, ut solum curat adherere brachiis et applaudere dominacioni ipsorum; et acquisita sibi in favorem et promocionem suam manu sinistra atque mistica, id est brachio seculari vel regibus et principibus

---

16) De religionibus *A in parte sup. fol.*

[a]) improfectu *B.* [b]) viri *B;* v'i *AC.* [c]) *corr. sup. lin. A.* [d]) *om. BC.* [e]) pergrata *B.* [f]) *om. BC.* [g]) attracta *false A.* [h]) *ita AB rubr., om. C.* [i]) fecit *B.* [k]) *ita AB rubr., om. C.* [l]) *ita omnes cod.* [m]) nec *C.* [n]) et inparem *B.* [o]) debent *false BC.* [p]) *ita omnes cod.*

huius mundi ceterisque divitibus et magnatibus, facta est perinde in mundo dives, potens et gloriosa, omnibus splendoribus et speciebus pietatis adornata, omni armatura forcium communita, plus[a]) quam esse possunt milia sepulchrorum dealbata, ut ipsam manum de parvissima magnam factam, de humiliata quondam et lugubri ita effectam tam gloriosam brachiosamque vel frondosam et dilatatam in singulis, quis modo contemplans et per singula eius discurrens talia in ipsa, non miretur aut in stuporem non rapiatur, advertens quoque et illud in eadem, quod digitis essencialibus et ordinariis de manu dextra adversetur et contra ipsos superbiat atque humiles de plebe, sanctos et devotos ipsa prima[b]) invadat et cruciet, predicans ipsos beghardos et beginas et multa similia opprobria[c]) aspumando, videns insuper eam habere de more suo communi et firmato, quod doctores et predicatores zelantes pro veritate et disciplina, que veniat[d]) ex sacerdotibus plebium et accipiuntur[e]) a christianis et cum accursu vulgi audiuntur plus quam indices, et incliti, ipsius, illos inquam tales deturpare coram populis et detracционibus lacessire festinat et artificiose potenterque assolet ipsos expungnare.

Hec inquam omnia in ea quispiam contemplatus, forte cogetur memorari de parvulo cornu in suo ortu descripto in Danyele et post hec surgere in altum et effici cornu maximum, de quo ibidem prophetatum sic habetur[1]): „Bestia autem quarta erat dissimilis ceteris bestiis, quas videram antea[f]), et habebat cornua decem. Considerabam, inquit, cornua, et ecce, cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum, et tria de cornibus primis evulsa sunt a facie eius. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto et os loquens ingencia." Et infra de eodem Dany.[g]) VII.[2]): „Post hec volui diligenter discere de bestia quarta, que erat dissimilis valde ab omnibus et terribilis nimis: dentes et ungwes eius ferrei, comedebat et comminuebat, et reliqua pedibus conculcabat. Et de cornibus decem, que habebat in capite, et de alio, quod ortum fuerat, ante quod[h])

---

[a]) *om. C.* [b]) primo *C.* [c]) obprobria *BC;* et *add. C.* [d]) *ita omnes cod.; rectius esset*: qui veniunt. [e]) accipiunt *B.* [f]) antea *AB,* ante ea *C,* ante eam *biblia.* [g]) Daniel *B,* Danielis *C.* [h]) quam *C.*

[1]) *Dan. VII. 7—8.* [2]) *Dan. VII. 19—22.*

ceciderant[a]) tria cornua; [et] de cornu illo, quod habebat oculos et os loquens grandia, et maius erat ceteris. Aspiciebam, et ecce, cornu illud[b]) faciebat bellum adversus sanctos[c]) et prevalebat eos, donec venit antiquus dierum et iudicium dedit sanctis excelsi et tempus advenit et regnum obtinuerunt sancti."

Videns igitur ista omnia et singula, que hic dicuntur de hoc cornu parvulo in principio sui, multum esse congrue applicata isti inpari manui, de qua sermo, et que emula est digitorum et pollicum in manu dextra, timeo, ne forte suspicetur ipsam eandem per illud cornu parvulum designari mistice et moraliter secundum modum scripturarum. Quis equidem cernens presencia secula manum forciorem in hac vita reperire poterit, quam est hec[d]) manus inpar et adventicia, valida et maxima effecta de humilibus suis principiis et infirmis, ut facta sit in id, ut neminem timeat, cui regnum sacerdotum deservit, regnum quoque plebeiorum seu vulgarium nutrimentum[e]) et omne, quod necessarium est[f]), in suppelectili splendida affert et contribuit. „Huic montes herbas ferunt, omnes bestie agri ludunt ibi. Sub umbra dormit in secreto calami [et] in locis humentibus. Protegunt umbre umbram eius, circumdant eum salices torrentis" [1]). Regnum nobilium et regum defendit ipsam et confortat. Et cum omnia regna cetera sint conquassata tribulacionibus et[g]) stragibus maximis et pugnis et concussa, et infirmate sunt manus ipsorum, ista manus ita communita undiquaque in tantum scit et potest talia omnia evadere[h]) cum pace, quod ipsa sola a servitute regis Egipti et Babilonis liberata, alicubi in propheta congrue pergente Amon et per Moab intellecta [2]), quemadmodum eciam

---

[a]) ceciderunt *C et biblia;* ceciderat *cet. cod.* [b]) illud *B et biblia;* id *A et C.* [c]) spiritus s. *corr.* sanctos *A.* [d]) hic *B.* [e]) intermentum *B.* [f]) esset *BC.* [g]) in *BC.* [h]) *hac voce folium 117[b] codicis A finem habet nota* „defectus" *ad calcem fol. infer. apposita. Et re vera in cod. A deficiunt dicta, quae postea sequuntur a vocibus* cum pace *— usque ad finem huius capituli; quem finem ex cod. B (f. 215 a—b) et C afferri necesse erat. Notandum est, quod quidem primaria foliorum numeratio in cod. A nullam lacunam designat, sed quod folia 118, 119 et 120 ipsius codicis scripta sunt alia manu ac folia antecedencia: litterae in eis maiores et latiores ductusque earum acriores sunt.*

[1]) *Job XL. 15—17.* [2]) *Cf. Dan. XI. 41* (Edom et Moab).

postea declaratur, quando de hiis, que pro universitate ecclesie expediunt, disseretur [1]).

Fortem autem et validam ipsam dixerim et comunitam[a]) non potestate seculari et armis militaribus, quamvis eciam talia sint sibi in promptu aput divites huius seculi, fautores suos, quando velit, et magnates, sed, ut superius tactum est, fortem et comunitam per omnem speciem iusticie et sanctitatis ac virtutis apparentis atque omnis sapiencie et doctrine et multitudine personarum splendidarum et ad bella sua vel sibi propria doctissimarum, omnium exercicio et arte compositarum ad ordinem aciei et exercitus in bello spirituali invadendum et defendendum seipsos ab omni, qui se vellet inpugnare.

Verumtamen hoc continet singulare ista manus, quod puta non ex equo dividit populos et sibi allicit cum digitis manus dextre. Nam, ut plurimum, relictis pauperibus plebis in manu plebanorum, quemadmodum paulo ante dicebatur, facit[b]) sibi divites et magnates ex plebibus adherere, varie gracia et favore principum et baronum sibi comparatis: quod precipue ex quatuor, si bene collegi, relucet, scilicet ex visitacione ipsorum et firma ipsis adhesione, ex splendore sumptuosorum templorum, ex ipsorum continua edificacione scutorumque suspensione, ex commendacione sui et suarum fraternitatum [et] maximi meriti suscepcione, et quarto ex splendidis monumentis magnatorum aput ipsos et sepulture eleccione.

[f. 118a] Capitulum vigesimum nonum[c]).

Cum ergo lex et regula unica et talis christiano populo sit ita tradita ab unico solo optimo et perfecto magistro legislatore, regula inquam tam sufficientissima et perfectissima semper et ubique et ad omnia conveniens proprie et adequate omnibus hominibus simul[d]) et cuilibet si[n]gillatim, omni comunitati hominum et cuilibet homini seorsum, quid conferunt

a) conminutam *C.* b) *corr. ab ed.;* ffat (?) *A,* fac *B.* c) *add. ab ed.; om. omnes cod. Etiam inscriptio deest in omnibus codicibus: aptissime haec nova paragraphus inscribi posset:* De adinventionibus. d) *om. B.*

1) *v. inferius huius libri dist. V.*

in populo eodem christiano multiplicitas nimia et[a]) varia atque multa varietas regularum parcialium et nimietas mandatorum hominum et doctrinarum nec non adinvencionum hominum, quorum tanta est multiplicitas et multitudo, quod immensi libri et precii maximi sint de ipsis conditi et repleti, quos homo christianus non tantum non potest facile sibi per studium incorporare, sed neque eciam facile comparare aut perlegere? Num[b]) ergo posset eosdem in promptu habere semper et ubique, aut singula talia mandata infinita et doctrinas[c]) per execucionem operis adimplere (secundum quod superius hoc et[d]) est ostensum), et potissimum talia, que facta sunt celeberrima et maxime auctoritatis in ecclesia Jhesu crucifixi, ita ut iam communitas plebis tramiscat coram talibus, et amplius satagit ea et compellitur observare, quam ea, que sunt graviora legis, videlicet communem misericordiam et communem iusticiam, et amplius talia vocet et veneratur quam mandata dei?

Non igitur[e]) usque modo didici, in quo proficiunt communitati[f]) ecclesie itidem varie regule vivendi et precepta, nimium multiplicata et cum auctoritate obligacionis ad mortalem culpam promulgata, eciam[g]) diffamata, si fuerint transgressa, nisi forte ad subversionem conscienciarum et laborem et divisionem familie unice Jhesu Christi ab invicem et dilaceracionem offensionemque unice eius legis perfecte libertatis et regule apropriate per spiritum Jhesu cuilibet hominum et in omni loco et tempore in quolibet adequate[h]), etati quoque et condicioni cuilibet competenti[i]). Nam cuilibet notum potest esse, quod illi[s], qui habundant lege hac ewangelii Jhesu Christi et spiritu Jhesu ducuntur, sufficit eis valde eadem lex ewangelica, utilis et compendiosa, et ea, que sunt tradita ab ewangelistis et beatis apostolis virisque ceteris apostolicis cum gracia et unccione intima, que docet eos de omnibus; et talis nimia multiplicitas doctrinarum, adinvencionum et mandatorum est eisdem nimis honerosa[k]) et offensiva, redigens ipsos ad servitutem inportabilem et laborem conscienciarum inexplicabilem, multiplicans[l]) insuper

[a]) atque *C.* [b]) *ita omnes cod.;* quomodo *rectius esset.* [c]) et *add. BC.* [d]) eciam *BC.* [e]) Non enim *contin. D 1. 2.* [f]) unitati *D 2.* [g]) et *B D 1. 2.* [h]) adequati *C.* [i]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Propter quod et apostoli oc., *v. infra p. 261, lin. 18.* [k]) honerosa *A,* onerosa *BC.* [l]) multiplicitas *C.*

in eis circumvenciones et obvoluciones Sathane aut prebens ad ea dyabolo multam occasionem et amminicula ad temptandum. Et ex hoc dixi, quod non video, quid prodest illa multiplicitas regularum nimia, mandatorum et doctrinarum hominum sanctis christianis, stante in suo vigore prefata unica regula, id est [regula] spiritus sancti inmediata, usquequaque eisdem sufficiente et perfecta.

Illi autem, qui sunt indigni christiani et transgressores ex animo perfecte legis ewangelice carentesque spiritu Jhesu Christi, existentes carnales et facti reprobi circa fidem, tales in nullo utuntur sibi ad bonum illa multiplicitate doctrinarum et mandatorum hominum[a]), sed magis sunt ipsis ad subversionem ampliorem et dampnacionem ciciorem, quoniam ex eisdem et per [eadem] Sathan, astutissimus spiritus, magis ipsos tales irretit et forcius obligat et amplius reos constituit penis iehenne[b]) obnoxios, quia in talibus reprobis circa fidem, quanto plura sunt precepta, tanto plures sunt transgressiones et involucra[c]) inimici. Non itaque proficit eciam talibus reprobis eadem multiplicitas nimia statutorum, regularum et mandatorum hominum, sed magis officit et superfluit omnino, stante[d]) sepe dicta lege ewangelii unica et regula vite omnino perfecta spiritus sancti in populo christiano, quoniam illa unica regula[e]), propria, communis et inmediata cuilibet [f. 118b] hominum et in promptu semper et ubique existens, continet in se omnem regulam et omnia gubernacula parcialia applicabilia proprie et adequate omni statui, omni condicioni hominum omnique cogitacioni et proposito, omni actui et virtuti, que possunt dividere semper et discernere ubique sufficienter bonum a malo, equum ab iniquo, sanctum a non sancto, prout hoc est superius[1]) per multa ostensum et in tredecim regulis distinctis et parcialibus declaratum, que regule omnes sunt unum et ex uno ad unum, non autem per se celebrate et auctorisate in dei ecclesia vel diffamate[f]) seorsum, sed incluse indivisibiliter in una eadem, scilicet lege et regula communi christiana, a Christo Jhesu tradita, per spiritum sanctum in cordibus fidelium descripta, per

---

[a]) *om. BC.* [b]) gehenne *B*, yehenne *C.* [c]) volucra *B.* [d]) stantem *corr.* stante *A*; statum *BC.* [e]) regula est communis et propria *BC.* [f]) diffamata *corr.* diffamate *A.*

[1]) *vide supra l. III, tract. 1.*

beatos apostolos divulgata, colligens valde in unum multas gentes et diversos populos, faciens omnes unius moris habitare in domo domini Jhesu crucifixi.

Capitulum tricesimum[a]).

Quod sicut unicum preceptum Christi Jhesu et unicum eius sacrificium constitutum in ecclesia facit valde et promovet unitatem, ita multa et varia precepta et doctrine hominum gravant et disturbant unitatem ecclesie Jhesu Christi[b]).

Dico autem hic et ubique notanter: nimia multiplicitas talium regularum, mandatorum hominum vel doctrinarium et[c]) adinvencionum, quia ego per ista non inpungno necessariam et moderatam expressionem posicionemque statutorum per ordinarios gubernatores ecclesie solum ad edificacionem et profectum mandatorum dei et unice legis christiane, que[d]) nichil de novo addunt, sed solum exprimunt magis in speciali et notabilius populis[e]) sanctis tenenda, que aliàs in communi regula sunt ad plenum posita et intellecta, prout spiritus sanctus eos illuminat et inducit.

Non itaque per hec intendo destruere mandata superiorum utilia, sed nitor superflua expugnare et talia, per que et per quorum rigorosam obligacionem et precepcionem magis familia Jhesu recta et simplex gravatur in malum et dilaceratur, et per consequens, que sunt nociva universitati dulcissime unitatique ecclesie sacrosancte, cuius unitatem solidam et inconcussam dominus Jhesus cum summa diligencia componere et colligare[f]) voluit et in unitate eandem firmari valde et conservare. Inde est illud [1]): „Ubi duo vel tres consenserint in unum, pro quacumque re pecierint, fiet eis", et iterum [2]): „Qui non colligit mecum, dispergit." „Et qui non audierit ecclesiam, sit tibi quasi ethnicus et publicanus" [3]). „Amen dico vobis: Quidcumque[g]) ligaveritis super terram, erit ligatum et in celis" [4]), etc. Nam

---

[a]) *ita A, om. B et C.* [b]) *ita A, B rubr.; om. C.* [c]) *om. BC.* [d]) *corr. ab ed.;* per que *omnes cod.* [e]) *om. C.* [f]) *ita A;* colligere *BC.* [g]) Quodcumque *C et biblia.*

[1]) *Matth. XVIII. 19.* [2]) *Lucae XI. 23.* [3]) *Matth. XVIII. 17.* [4]) *Cf. Matth. XVI. 19.*

et pro eo dominus mortuus est secundum Johannis ewangelium[1]), ut filios dei congregaret in unum et faceret sibi ex eis unam ecclesiam indivisam. Unde et rogat pro eo patrem in precipua sua oracione vicibus iteratis, dicens[2]): „Non pro eis tantum rogo, sed et pro eis, qui crediturі sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me et ego in te, [ut] et ipsi in nobis unum sint, ut[a]) mundus credat, quia tu me misisti; et ego claritatem, quam tu dedisti michi, dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis et tu in me, ut sint consumati in unum, ut congnoscat mundus, quia tu me misisti et dilexisti eos, sicut et me dilexisti."

Ecce, quam summe dominus Jhesus crucifixus dilexit perpetuam et solidam unionem suorum sueque familie, propter quod omnem varietatem[b]) multiplicitatemque[c]) diversam, derogantem[d]) universitati, voluit extirpare[e]) a sua ecclesia. Unde variis cerimoniis veteri[bu]s et iudicialibus abscisis simul omnibus reliquit solum decem precepta dei moralia et illa eciam tantum [f. 119a] in unicum preceptum coartavit, dicens[3]): „Hoc est preceptum meum, ut diligatis invicem"; iterum[f]) post pauca[4]): „Hoc mando vobis, ut diligatis invicem." Sed insuper et multa[g]) multiphariaque sacrificia legis Moysy pius Jhesus tollens de medio, pro eis constituit solum unicum sacrificium supersubstanciale et superceleste, id est suum corpus et sangwinem preciosum ymolandum, et illud tale, quod primo et principaliter habet efficere et potest in dei ecclesia unitatem et conservare universitatem[h]) sacrosanctam. Et in hoc impletus est sermo prophete, quem dixit[5]): „Verbum abreviatum faciet dominus super terram."

Sed et apostoli Christi postea nulla statuta inposuerunt populis vel valde pauca nullaque alia precepta tradiderunt preter[i]) illud unicum dominicum, scilicet de dileccione dei et proximi, quod unum tantum firmare in populis et dilatare commendareque maxime sunt conati. Quod si qua pauca expres-

---

18) De mandatis hominum et libertate ewangelii *A ad calc. fol. sup.*

a) *corr. A.* b) veritatem *corr.* varietatem *A.* c) multiplicemque *BC.* d) derogatam *BC.* e) exstirpare *BC.* f) Et iterum *BC.* g) multi *A, om. BC.* h) unitatem *BC.* i) propter *(sic) BC.*

1) *Cf. Joann. XI. 51—52.* 2) *Joann. XVII. 20—26.* 3) *Joann. XV. 12.* 4) *Joann. XV. 17.* 5) *Rom. IX. 28.*

serunt, illa fecerunt succincte et in brevibus, parcentes in hoc gregi fratrum simplicium et infirmorum, et agentes caute contra dyabolum, accusatorem fratrum [1]) sollicitum valde et indefessum, gerentesque viscera misericordie [2]) in familiam Jhesu, imitando [a]) in hoc suum magistrum et legislatorem unicum fidelem et unicum prudentem et scientem necessitatem hominum et infirmitatem, qui, ut dictum est, suos [b]) asseclas per multiplicitatem preceptorum et doctrinarum gravare omnino non voluit, sed hoc facientes manifeste confutavit, dicens [3]): „Alligant enim onera [c]) inportabilia in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere", etc. multa ad idem, que secuntur.

Unde dominus Jhesus non dedit ullam legem scriptam suis posteris, cum tamen potuisset hoc effecisse in vita sua multis modis, sed solum dedit spiritum suum bonum et spiritum patris in corda credencium pro omni lege viva et perfecta et pro omni regula vite cuiuslibet sufficienti secundum declarata superius [4]) et secundum scripturas et prophetas.

Propter [d]) quod et apostoli ipsius [e]), nolentes gravare populos credentes in Jhesum variis doctrinis et adinvencionibus et preceptis, pauca scripserunt, pauciora mandaverunt, paucissima statutis firmaverunt, inconcusse scientes, quod lex spiritus sancti est sufficiens, que docet omnem veritatem [5]) intime, inmediate, semper et ubique [f]) atque ad omnia omnem hominem credentem non ficte Christum Jhesum, et scientes, quod unccio illa vel scriptura in corde docet de omnibus necessariis [6]). Patet autem hoc in XV Actuum apostolorum, quando dulcissimi patres et apostoli Christi suos conchristianos esse multum liberos et non obligatos ad multa precepta manere [g]) voluerunt. Nam cum quidam conversi ex Israel inponere quedam veteris testimonii precepta super christianos voluissent et iterum multiplicitatem evacuatam per Christum revocare, gravando liberrimum populum christianum, mox beatus Petrus in concilio apostolorum omnium et [h]) ex consensu omnium fidelium iussu spiri-

---

18) De mandatis *A.*

[a]) irritando *false BC.* [b]) suas *BC.* [c]) onerabilia *corr.* onera *A.* [d]) *contin. D 1. 2.* [e]) Christi *D 1. 2.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Unde crudeliter oc., *v. infra p. 262, lin. 32.* [g]) movere *BC.* [h]) *om. BC.*

[1]) *Cf. Apoc. XII. 10.* [2]) *saepius in biblia occurrit; cf. Col. II. 12.* [3]) *Matth. XXIII. 4.* [4]) *Cf. supra l. III, tr. 1, c. 9.* [5]) *Cf. Joann. XVI. 13.* [6]) *Cf. I. Joann. II. 27.*

tus sancti surrexit, dicens[1]): „Viri patres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus in nobis ellegit deus, per os meum audire gentes ewangelium et credere. Nunc ergo, quid temptatis deum inponere iugum super cervicem discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? Sed per graciam domini nostri Jhesu Christi credimus salvari, quemadmodum et illi." Tacuit autem omnis multitudo et audiebant Barnabam et Paulum enarrantes, quanta deus fecisset signa et prodigia per eos in gentibus. Et postquam tacuerunt, respondit Jacobus, dicens: „Viri fratres, audite me. Symon [f. 119b] narravit, quemadmodum primum deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo." Et paulo post[2]): „Propter quod ego iudico non inquietari, qui ex gentibus convertuntur ad deum, sed scribere ad eos, ut abstineant se a contaminacionibus simulacrorum et fornicacione et suffocatis et[a]) sanguine." Et infra[3]): „Visum est enim spiritui sancto et nobis, nichil ultra inponere vobis oneris, quam hec necessaria, ut abstineatis vos ab ymolatis simulachrorum et sanguine [et] suffocato et fornicacione, a quibus custodientes vos, bene agetis. Valete."

Ecce quomodo magni apostoli[b]) et dulcissimi noluerunt excogitare multiplicitatem preceptorum et statutorum cerimoniarumque [nec][c]) inponere suis filiis liberis, nec ausi fuerunt mul:a addere ad legem spiritus sancti scriptam in cordibus fidelium, sed ista paucula, que hic exprimuntur, voluerunt divulgare, condescendentes infirmitati fratrum noviciorum ex Judaysmo conversorum et per hoc compescentes aliqualiter ipsorum murmura, et eciam propter reverenciam eciam[d]) legis Veteris, ne tam cito refutata prorsus videretur, sed synagoga quasi mater antiquata[e]) iam mortua cum reverencia deduceretur ad sepulchrum. Et hec iuxta modum loquendi doctorum beatorum.

Et unde[f]) crudeliter et infrunite posteriores multi videntur egisse et agere[g]) usque modo, qui suas adinvenciones multas et doctrinas varias ac mandata rigida in dei et domini Jhesu familia[h]) induxerunt et auctoritative firmaverunt,

---

35) Jura nostra (?) extirpanda *D 2. ad calc. fol. super.*

a) in *BC.* b) populi *omnes cod.* c) *add. ab ed.* d) *om. BC.* e) antiqua *BC.* f) *contin. D 1. 2.* g) egere *BC.* h) familiam *B.*

1) *Act. XV. 7. 10—14.* 2) *Act. XV. 19—20.* 3) *Act. XV. 28—29.*

subditos nimis obligantes et gravantes, ut et doctrinarum talium et[a]) adinvencionum et mandatorum hominum sit tanta multiplicitas et infinita multitudo, quod, ut[b]) paulo ante dictum est, innumerabiles libros repleverunt et valde magnos et sumptuosos, quos fere nullus hominum, nisi dives, comparare et per totam vitam ipsis deditus possit ea satis legere et utiliter incorporare, et tamen ad ea omnia, que ibidem continentur, voluerunt obligari[c]) populum christianum, que omnia, ut dictum est, non tantum facere non sufficiunt, sed eciam nec scire[d]) vel ad plenum memorari.

Quapropter aput me decretum habeo, quod ad[e]) reformandum[f]) pacem et unionem in universitate christiana expedit omnem plantacionem illam eradicare et abreviare iterum verbum super terram[1]) et reducere[g]) Christi Jhesu ecclesiam ad sua primordia salubria et conpendiosa, quanto pauciori-bus et apostolicis mandatis reservatis[h]), quoniam ego puto coram domino meo Jhesu crucifixo, quod lex spiritus sancti et ewangelium expressum et divulgatum et patres ordinarii plebium, utpote papa, episcopi et plebani, et opitulaciones eorum, omnino[i]) ista sufficiunt ad direccionem[k]) legittimam omnem communitatem populorum et quemlibet hominem singulariter de communitate, sufficiunt inquam ista prenotata ad omnem questionem dissolvendam et ad omnem causam in foro consciencie et in foro iudicii discuciendam, addita supradictis scriptura Veteris et Novi Testamenti.

---

3) De statibus, casibus, appellacionibus *D 2. ad calc. fol. super.*

[a]) *om. C.* [b]) ut — dictum est *om. D 1. 2.* [c]) obligare *corr.* obligari *A;* obligare *BC.* [d]) vestire *D 2;* nescire *cet. cod.* [e]) *ita D 1. 2; om. ABC.* [f]) reformandam *BC D 2.* [g]) et *add. A, sed eras.;* ad *add. BC.* [h]) mandatis reservatis *om. D 2; post hanc vocem D 1. 2. cont.* Consuetudines tamen bone oc. *v. infra p. 264, lin. 13.* [i]) omnia *C.* [k]) duracionem *(sic) ABC.*

[1]) *Cf. Matth. XV. 13 et Rom. IX. 28.*

Capitulum tricesimum primum[a]).

Quod[b]) sicut una consuetudo facit multum ad unitatem ecclesie, ita diverse consuetudines voluntarie admisse in populo destruunt universitatem familie Jhesu Christi[c]).

Consuetudo eciam una et eadem et secundum hoc uniformis conversacio atque actus uniformes in societate, in familia, in populis, in quantum possunt esse et introduci, multum valent seu cooperantur ad unionem [f. 120[a]] populi et universitatis firmitatem. Quapropter sancti patres et sancta ecclesia multum favent consuetudinibus honestis et antiquatis et volunt ad eas quasi ad legem obligari[d]) populos, illos[e]) vero[f]), qui publice obviant consuetudinibus aprobatis, graviter [ecclesia][g]) redarguit atque punit. Unde consuetudines[h]) bone congrue possunt muri unitatis populorum et concordie appellari et pacis vincula, quoniam multum favorabiliter tenent populos in unitate, eo quod semper et naturaliter similia similibus congaudent, et varie consuetudines variant homines et inducunt turbaciones et scissuras.

Est tamen hic advertendum, quod consuetudines, que ordinarie ab ecclesia secundum suam originem prodierunt, utpote consuetudines preceptorum ecclesie et multarum observanciarum, ille debent esse per totam ecclesiam generales, et ille sunt, que multum conferunt ad esse in populo christiano unitatem. Duo etenim illinc[i]) concurrunt faciencia firmitatem, scilicet preceptum ecclesie et introducta consuetudo.

Sed consuetudines, que in regionibus diversis fiunt diverse, que non ab universitate[k]) ecclesie emanant neque ex patribus, sed ex diversa patriarum[l]) et populorum qualitate, ille, quamvis multe sunt in dei ecclesia, tamen non[m]) scindunt

---

13) Consuetudines bone *D 2. in m.*

22) Consuetudines } generales / parciales (?) *D 2.*

25) Consuetudines *D 2.* — 26) Consuetudines in diversis regionibus *D 2.*

[a]) *ita A rubr.;* Cap. XXX *(sic) B rubr.; om. C.* [b]) Sequitur, quod *B.* [c]) *ita AB rubr., om. C.* [d]) obligare *C.* [e]) hos illos *A ante corr. et BC.* [f]) *add. ab ed.* [g]) *add. A sup. lin., om. BC.* [h]) Consuetudines tamen *cont. D 1. 2.* [i]) illinc *A;* illic *cet. cod.* [k]) unitate *D 1. 2.* [l]) patrum *BC.* [m]) *om. BC.*

populos[a]) neque officiunt[b]) christianorum unioni; expedit tamen homini pro concordia[c]) observanda, ut quocumque divertit vel ubicumque in loco demoratur, semper cum illis, cum quibus agit suam vitam, teneat consuetudinem ipsorum dudum affirmatam[d]) et non discrepet ab ea ullo modo, secundum doctrinam sanctorum et patrum sanxionem, nisi quis possit et velit in aliquibus consuetudinem introducere meliorem vel sanctam consuetudinem antiquam, iam autem abolitam et abductam reducere in populo et reformare, veluti quondam fuit[e]) sancta et dignissima consuetudo communi populo communicare cottidie vel alias multum frequenter, aut[f]) quicumque astantes sacris missis communicare[g]) voluissent, ipsis sine tarditate a presbiteris donabatur. At post usque modo, cum refriguit caritas multorum et superhabundavit iniquitas, cessavit illa saluberrima consuetudo, ita videlicet ut christiani iam preceptis compulsi, vix semel in anno communiter accedunt ad altare sumendo corpus Christi. Et ita de multis aliis bonis et sanctis consuetudinibus per incuriam et male in dei ecclesia abolitis, quas nunc recuperare iterum in populo quocumque modo est utique sanctum et[h]) utile in plebibus christianis[i]).

Verumtamen pro summa intencionis in hoc capitulo est inferendum, quod sicut consuetudines ille, que ex varietate populorum veniunt in ecclesiam, unitatem in ecclesia non destruunt, ita consuetudines multe et varie, que venerunt ex doctrinis et adinvencionibus hominum, ab ecclesia admisse et confirmate, per quas ex omni gente et ex omni populo fratres et societates seorsum et iterum collecti et segregati et illi se invicem amant muttuo et illi se invicem seorsum sibi adherent, suntque seipsos private amantes, per quod introducte sunt secte varie et nimium multiplicate, nimium confortate et dilatate et valde colorate et sub specie religionis et pietatis scindentes ecclesie sancte unionem caritatemque communitatis[k]) christiane exterminantes atque [f. 120b] universitatem gratissi-

---

2) Consuetudo observanda secundum modum, cum quibus vivitur *D 2.*

[a]) populorum *BC.* [b]) efficiunt *BC.* [c]) precordia *B.* [d]) affirmata *BC.* [e]) sint *false A.* [f]) aut — corpus Christi *om. D 1. 2.* [g]) *corr. ab ed.;* communiter *omnes. cod.* [h]) eciam *D 2.* [i]) *hac voce expliciunt excerpta codd. D 1. 2 nota sequenti addita:* Hec de unitate ecclesie. [k]) communionis *BC.*

mam violantes, — ille inquam diverse consuetudines sic voluntarie in ecclesiam admisse et adinvente sunt valde nocive, et per consequens, quantum possibile est, excludende ab aula et extirpande[a]).

Capitulum tricesimum secundum[b]).

Quod diversitas conversacionis et actuum in familiis et fratribus est contraria unitati ecclesie et spiritui[c]) *Jhęsu Christi*[d]).

Diversitas autem conversacionis et varietas actuum concernit hic indifferentes personas in familiis et in plebibus, que similiter introducunt diversitatem et divisionem non modicam inter fratres. Et idcirco merito ab apostolis et a patribus talis divaricacio et dissimilitudo in moribus inter proximos multipliciter vituperatur, per multa abiudicatur, quoniam ut plurimum talis dissencio[e]) in conversacione et actibus atque singularitas venit ex eo, quod homines singulariter amant seipsos. Venit eciam ex superbia et complacencia ad seipsum vergitque ad conturbacionem aliorum et divisionem molestam proximorum. Et ideo talia sunt valde extirpanda ubique et semper ac detestanda. Huius autem moleste divisionis, puta[f]) conversacionis et actuum singularium in familiis, in societate, in via et in domo sunt principia necessaria et mater omnia illa, que superius sunt posita [et] discussa, puta varia religio, varia regula vivendi, varietas consuetudinis introducta voluntarie in christianum populum et celebrata ac confirmata, multiplicitasque mandatorum, doctrinarum, cerimoniarum et multarum adinvencionum hominum et hiis similia, omnia inquam ista faciunt fratres christianos diversos a se in conversacione et moribus et contrarios in singularibus actibus ac contenciosos[g]) et sibi mutuo alienos. Propter quod ista sunt, que non modice disturbant unitatem spiritus et prohibent habitare fratres in unum dulciter et iocunde violantque effectum caritatis et impediunt opus spiritus sancti, videlicet habitare unius moris in domo [1]), et per consequens multum obviant prime et princi-

---

[a]) exstirpande *B.* [b]) *ita A rubr.;* Cap. XXXI *(sic) B rubr.; om. C.* [c]) spiritu *(sic) AB.* [d]) *ita AB (rubr.); om. C.* [e]) *ita AC;* dissensio *B.* [f]) puto *C.* [g]) contenciosas *(sic) BC.*

[1]) *Psalm. LXVII. 7.*

pali intencioni et peticioni Jhesu Christi, pro qua descendit de celis, pro qua et mortuus [est] et resurrexit et misit spiritum sanctum suum, scilicet ut filios dei, qui erant dispersi, in unum cor et animam unam congregaret et ut ecclesia sua esset unum, sicut ipse et pater est unum[a]).

[a]) etc. *add. B;* etc. etc. etc. Sequitur. Pane boze *add. C. Hac voce expliciunt opera Mag. Matthiae de Janov in cod. B, in fine cuius, ff. 220a—221b expositio quaedam (Mag. Matthiae?) orationis dominicae legitur. Quae expositio inc.* Pater noster. Sciendum, quod hec dominica oracio dicitur, quia dominus noster Jhesus Christus proprio suo ore benedicto composuit oc. (1a, 2a, 3a, 4a peticio). *Expl.* Octava beatitudo . . . Hoc igne purgantur pauperes, mites, misericordes, etc. *Sequuntur diagrammata, quae dicuntur, orationis dominicae, ex. g.:*

Pater noster — excelsus / suavis / dives — in — creacione / amore / hereditate.

Qui est in celis — speculum eternitatis / corona jocunditatis / thesaurus felicitatis.

DISTINCCIO QUINTA[a]).

DE UNIVERSITATE ECCLESIE JHESU CHRISTI ET MEMBRORUM EIUS[b]).

Capitulum vigesimum nonum[c]).

Nunc prosequendum est Christo Jhesu duce de quarto principali superius assumpto, videlicet quomodo in corpore Christi mistico et in[d]) membris ipsius et articulis est graciosissima universitas et decora.

Et notandum est, quod universitas hic accepta et jerarchia[e]) per beatum Dyonisium determinata in libro suo et diffinita[1]) sunt prorsus eadem, nisi quod voces sunt distincte. Est namque universitas[f]) sancta unio vel unitas racionabilium personarum, continens earumdem personarum venustam varietatem, utiliter et necesse distinctam per gradus et officia, per scienciam et auctoritatem ac operacionem pro salute tocius multitudinis et bono communi oportuna et competencia, ad domini Jhesu, verbi[g]) caro facti, conformitatem, prout possibile est, assimilata et per illuminaciones sibi divinitus infusas iuxta capacitatem ad dei imitacionem sursum acta[h]).

---

1) Distinccio universitatis ecclesie vel declaracio *A*. 9) Diffinicio universitatis *A et C*. 12) Dominica 17ª super epistola de unitate *D 1 alia manu*. — De unitate Ecclesię *D 2. (rubr.) et alia manu:* Universitas sancta.

a) *ita A addens* Incipit rubrica. — *In B haec distinctio deest (cf. supra p. 267, lin. 6—7. — Recte inscribi deberet:* Distinctio quarta. *Cf. Praefat.* b) *ita AC;* eius *om. C.* c) *ita AC.* d) *om. C.* e) *in cod. C utique scribitur* yerarchia *seu* jerarchia. f) *cont. D 1. 2.* g) *corr. ab ed.;* domini Jhesum verbum *A et C.* h) *post hanc vocem D 1. 2. cont.* Omnis christianus oc. *v. infra p. 270, lin. 3.*

1) *Cf. Dionysius Araeopagita, de eccles. hierarchia c. 1, et de coelesti hierarchia c. 3, ap. Migne PG, t. III.*

Ista diffinicio universitatis iam superius est declarata quoad singulas eius partes. Nam de unitate ecclesie pulchra et iocunda est pridem tractatum per multa, similiter de varietate ipsius venusta vel de formitate formosa iam superius est disputatum [1]). Ita eciam de distinccione utili per gradus et officia est premissum, conformiter ad distinccionem membrorum et articulorum in corpore virginis nupte et decore [2]). Ista igitur universitas familie Jhesu crucifixi, filii dei vivi, virtutis dei et dei sapiencie, universitas sancte ecclesie ita est ordinata tota et composita per graciam et veritatem, per Jhesum Christum factam, ita est tota pulchra et delectabilis et tota desiderabilis, quod merito per beatum Dyonisium celesti curie est comparata et celesti ierarchie proporcionata, prout supra est deductum [3]), et per beatum Johannem thabernaculo dei cum hominibus atque virgini[a]) sponse est adequata [4]); per beatum quoque Paulum, ut superius est ostensum, universitas ecclesie universitati membrorum corporis humani et armonie organice ipsorum esse similis per plurima est expressa [5]), quoniam, ut supra est deductum, pulchritudo sancte ecclesie et eius uniformis ordinacio et ordinata conformitas tota delectabilis et decora totaque utilis et compendiosa, ita quod prorsus nichil in ea superfluit, neque eciam aliquid deficit ab eo, quod est universitati necessarium[b]) et expediens, ubi maxima est unitas, perfectissima communicacio, omnium pulcherrima distinccio, completissima singulorum ordinacio, in firmissima communitate atque sancta nulli alteri rei in mundo valet magis proprie comparari vel equari quam corpori virginis decore, iam nubilis seu nupte, composicionique decore et commensurate membrorum eius, in qua omnia ex uno, in uno sunt et ad unum venustistissime, commensuratissime atque delectabilissime ordinata. Ita in ecclesia domini Jhesu Christi, in qua est communio sanctorum in gratuitis et omnia communia in fortuitis et tocius multitudinis credencium cor unum et anima una [6]), et, prout dicit apostolus, ubi supra [7]): „Unum corpus, unus spiritus, sicud vocati estis in una spe vocacionis vestre. Unus

[a]) *corr. ab ed.;* virginum *omnes cod.* [b]) *corr. ab ed.;* necessariam *AC.*

[1]) *vide supra dist. I, ut dici debet, pag. 140—195.* [2]) *vide supra dist. II et III, p. 195 sq. et p. 220 sq.* [3]) *v. supra dist. IV, recte dist. II, c. 17.* [4]) *Apoc. XXI. 2 et 3.* [5]) *v. supra dist. IV, recte dist. II, c. 17.* [6]) *Cf. Act. IV. 32.* [7]) *Ephes. IV. 4—6.*

dominus, una fides, unum baptisma. Unus panis, unus deus et pater omnium, qui super omnes et per omnia et in omnibus nobis."

Unde sequitur, quod omnis[a]) christianus, de quanto magis vel minus sapit istam unitatem[b]), sequitur et emulatur in christiano populo, de tanto magis vel minus participat spiritum Jhesu Christi, et de quanto gradu diligit hanc communicacionem et exercet et[c]) operatur in familia Jhesu Christi vel in conchristianos, in tanto gradu habundat gracia et veritate per Christum factis. Et ita e converso quilibet christianus, de quanto amat seipsum et querit, que sua sunt, de tanto est exsors[d]) de spiritu Jhesu Christi, et de quanto facit suam vitam seorsum et in privacionem, de tanto est divisus ab unitate ecclesie.

Ex quibus limpide sequitur, quod cum venerunt in ecclesiam homines seipsos amantes, nimium multiplicati et condensati et compacti ad invicem, seorsum facientes sua convivia separata per multiplicacionem conventuum et[e]) fraternitatum conventiculorumque de saguinibus, tunc manifeste incepit ecclesia scindi per partes, et de cetero necesse fuit sequi tocius ecclesie divisionem et rupturam funiculorum, qui unitatem spiritus in vinculo pacis conservant.

Ex istis sequitur ulterius, quod ecclesie sancte iocundissima unitas et communio[f]) catholica reformari[g]) non poterit ad plenum, nisi prius itidem homines seipsos amantes tollantur de medio vel minorentur et in locum ipsorum multiplicentur homines et ponantur[h]) emulantes et componentes prefatam ecclesie unionem[i]) et, quanto magis est possibile, omnium communicacionem[k]), non que sua sunt, inquirentes, sed ea, que Jhesu Christi[l]).

---

3) Unde scisma ecclesie profluxit. Diverse regule: religios(i), conventus *D 2 ad calc. fol. sup.*

a) *cont. D 1. 2.* b) ecclesie *add. D 1. 2.* c) exercet et *om. D 2.* d) exsors *C D 1. 2.*; exors *A.* e) *om. D 2.* f) communis *D 2.* g) *A post corr.* h) et ponantur *om. D 2.* i) unitatem *corr.* unionem *D 1.* k) communicacionum *D 1. 2.* l) *post hanc vocem D 1. 2.* Unde perniciosa &c. *v. infra p. 276, lin. 4.*

Capitulum tricesimum[a]).

I. De hiis, qui nocent universitati ecclesie sanctorum et distrahunt eandem, et primo de modo, quo[b]) quidam apropriant sibi ipsis ea, que sua sunt, quam tocius universitatis[c]).

Verumtamen ego salvo iudicio meliori illos puto hic magis seipsos amantes et, que sua sunt, inquirentes private, qui non tantum in rebus corporalibus et secundariis solum curant[d]), que sua sunt, non que proximorum vel communitatis Christi fidelium, sed eciam in rebus spiritualibus et primariis tantum sua comoda inquirunt, exsortes ab amore communis fraternitatis christiane, que composita[e]) est ex perfectis et inperfectis, ex iustis et infirmis[f]), ex iustis et peccatoribus, — illos dico, qui incipiunt horrere et contempnere conversacionem communem suorum conchristianorum et crudeliter ipsos in omnibus iudicare et seipsos segregare, ac seorsum incipiunt seipsos amare private et commendare, comparantes suas singulares communitates, societates et privatas fraternitates, pro hoc procul dubio detrahentes universitatem ecclesie katholice, diminuentes ac debilitantes vincula pacis et nexus unitatis; per quod non modice nocent prefate iocundissime et pulcherrime universitati, et tanto magis nocent, quanto magis incipiunt prepollere in sua privata iusticia et religione inventicia et sanctitate, quoniam tales pro sua devocione et propria salute evidenter seipsos dividunt a communitate hominum wlgari et, suam iusticiam statuentes per privatas regulas et adinvenciones hominum et doctrinas confirmantes et adornantes, incipiunt alta sapere de seipsis et super commune wlgus elevare seipsos viros spirituales et in statu apostolorum, et ceterorum wlgus christianum mundum Babylonemque recensentes et in communi vocitantes, omnemque perfeccionem ewangelicam et consilia eius in se tantum relucere et compleri et dicta ewangelii sibi apropriari et ad se retorqueri celeberrime conclamantes, confitentesque populum plebium christianum ad talia vel similia nequaquam at-

---

1) Nota totum diligenter *A et C ad calc. fol. super.*

a) *ita A rubr. et C.* b) *corr. ab ed.;* qui *A et C.* c) *ita A in marg. valde mutilato (add.* Cap. 30) *et C.* d) curent *C.* e) posita *corr.* composita *A sup. lin.* f) iniustis, firmis *C.*

tingere posse neque debere neque [esse] de necessitate salutis, sed tantum seipsos obligari, ubi tamen precepta ewangelii et doctrine Christi non ad ipsos tales solum facta sunt, sed ad omnes simul salvari[a]) cupientes, sicut scriptum est[1]): „Quid uni dico, omnibus dico."

Per hoc vero, quod siccine dicta et documenta Christi ewangelii tantum pro seipsis allegant et magis proprie sibi ipsis applicant et wlgus excipiunt a talibus, ponunt seipsos in summa reverencia in ecclesia et honore; et eciam plebeyo populo [ponunt] magnam carnis libertatem et relaxacionem tocius christiane discipline et maximam simplicium decepcionem defendencium se et dicencium: „Nos sumus homines, homines seculares et carnales, nobis licent[b]) bene talia vel talia operari[c]), sed bene monachis et religiosis talia huiusmodi non licent"; et iterum: „Nos ad talia vel talia[d]) ewangelii documenta non astringimur[e]) de necessitate salutis, sed monachi et religiosi. Et quare talia a nobis secularibus requiruntur? Non sumus nos monachi", etc.[f]). Et si qui in plebibus christianis sint[g]), qui strennue agentes in Christo pro modulo suo et secundum mensuram sue fidei conantur assequi in vita sua ewangelicam perfeccionem, utpote paupertatem, castitatem, obedienciam arduam suis ordinariis, id est curatis et patribus in Christo, hos tales mox ceteri conchristiani wlgares persecuntur, et principaliter huiusmodi religiosi et monachi ipsos inpugnant, inplacabiliter terminantes eosdem et expellentes, et Beghardos vel Beginas publice vocitantes, dicentesque communiter ad ipsos: „Si vis talem vitam ducere vel huiusmodi penitenciam agere, sis monachus, vade ad religionem. Quid facis hic in mundo? Quid habes commune cum secularibus?", — reputantes tantum monachis esse apropriatam christianam sanctitatem et iusticiam, et cetera omnia esse desertata et mundialia et Babilonem.

Et ita fit per talem modum, quod omnes, quotquot[h]) in plebibus Christi sunt religiose persone, religione christiana communi prepollentes, et omnes viros et virgines ac viduas

---

[a]) salvare *corr.* salvari *A.* [b]) non licent *C.* [c]) operari — vel talia *add. A in m.* [d]) ad talia *C.* [e]) astringantur *corr.* astringimur *A*; astringuntur *C.* [f]) *om. C.* [g]) sicud *(sic) C.* [h]) quotquo *(sic) A.*

[1]) *dictum hoc in s. scripturis reperire non potuimus.*

virtuosas conversantes in wlgo reddunt suspectos et viles ac contemptos, qui tamen alias huiusmodi sancti in communitate sunt efficacissimum[a]) suffragium, per verbum et exemplum et multos modos, infirmis conchristianis et peccatoribus ad ipsorum emendacionem et corroboracionem et conversionem, per id, quod sunt tales sancti wlgo infirmo propinqui, pares in vita, commixti in contubernio, similes in condicionibus et per consequens mutabiles faciliter in omnibus, que nequaquam sunt vel possunt esse in monachis et religiosis, qui extant nimis longinqui in vita sua et professione a plebibus et wlgo inbecilli. Hoc tamen potentissimum sustentamentum[b]) predictum et adiutorium ad bonum pro inbecillibus et infirmis in communitate[c]) wlgi hodie est anullatum et vilificatum, non sine magno dispendio salutis populorum, per hoc videlicet, quod tali modo sancti et devoti in plebe ac fideliter penitentes contempnuntur, terminantur, et virtutes bonaque facta ipsorum pavida et suspecta omnibus plebeis redduntur et per consequens obnubilata et non mutabilia, quin magis fragibilia.

Et per ista, ut supra tactum est, homines carnales et amatores huius mundi fiunt sibi ipsis placentes in conversacione sua dissoluta et magis liberi et decepti, credentes se bene stare in fide christiana et in spe firma salutis cum sua conversacione tepida et seculari, videntes, quod omnes, qui sobrie, iuste et pie vivunt in wlgo christiano vel nituntur veraciter penitere [f. 122a] et seculum hoc[d]) relinquere, ita vilipenduntur et terminantur a religiosis viris et monachis et a populo communi in comparacione et assercione religio[sor]um[e]) et monachorum; audientes insuper et videntes excusari suam vitam secularem et multis modis blandiri suis moribus communibus et carnali sue vite, utpote [fit] per religiosos sibi commixtos et similes in omnibus, excepto solo habitu, per sacerdotes quoque plebeios per mores ipsorum similiter communes et dissolutos ac gentiles. Et per verba illorum et istorum blanditur quoque ipsis laycis talibus in indigna vita ipsorum per scripturas male allegatas. Blanditur eciam eisdem per carnem, per malignos et astutos spiritus, per multitudinem peccancium, per communitatem mundum hunc aman-

---

[a]) *corr. ab ed.*; efficacissimi *AC.* [b]) *post corr. A.* [c]) *corr. ab ed.*; communitati *AC.* [d]) hunc *false C.* [e]) *corr. ab ed.*, religionum *A et C.*

cium et per multa similia, propter que laudant et amant suam talem conversacionem et excusant carnales huiusmodi et tepidi christiani. Et in vita sanctorum et in morte penitencium ducenciumque vitam ewangelicam in medio ipsorum male iudicant et vituperant, et detrahunt illis, per quos debebant emendari, et quos studiis summis oportebat imitari, illos ipsi pro nichilo ducunt et quasi erroneos reputant. Unde solent dicere huiusmodi: „Non est melius christiano, nisi habere vitam mediocrem, id est tepidam nec valde devotam nec nimium dispa-
10 ratam, quoniam non sunt peyores homines quam tales, qui volunt esse nimis[a]) devoti et nimis sancti."

Nam modo omnes christiani, qui in plebe devociores esse incipiunt et facere dignos fructus penitencie, mox Beghardi et Begine vel turlpini a multitudine wlgi contemptibiliter[b]) et
15 passim nuncupantur. Propter quod multi in christiano populo habentes optima desideria iniciaque[c]) sancte vite christiane incipere non audent eandem prosequi sicque exponi ludibrio et contemptui ab omnibus, pavescentes ob suam adhuc propriam infirmitatem, timentes eciam ita in wlgo pessundari et
20 pro hereticis reputari. Quod si qui sunt, qui utique sanctam vitam christianam diligunt et opera christiana, tunc solum faciunt ea in occultis, timentes, ne per ea infamentur[d]), sicud illi, qui vitam ducunt gentilem et carnalem, publice et audacter opera sua perficiunt et omnem eius habitum ostendunt in po-
25 pulis, scientes, quod per hoc contemptum et vilitatem a wlgo totaliter evitabunt, ymmo amorem et commendacionem assequentur[e]). Quod si cuipiam christiano bonum ardue perswadeas et vitam sancciorem, in promptu habet respondere, dicens: „Ego nolo adhuc esse Beghardus vel Begina. Ego volo vivere cum
30 communitate christiana. Si enim illa vel talia vellem facere, irem ad claustra et essem monachus vel religiosus." Enimvero communitatem christianam passim modo appellant abusive, non ecclesiam sanctorum, sed synagogam peccancium et corpus Antichristi. Illos autem, qui se de ecclesia sanctorum exhibent et
35 merito et in vero verbo et de facto, mox conclamant ipsos esse Beghardos et ypocritas et antichristos, et ita conpletur

---

[a]) nimium *C.* [b]) *corr. A.* [c]) *corr. A sup. lin.* [d]) a. famentur *corr.* infamentur *A sup. lin.* [e]) *corr. ab ed.;* assequuntur *A et C.*

sermo, qui de Behemoth[a]) scriptus[b]) est[1]): „Sub ipso erunt radii solis et sternet sibi aurum, id est lutum“[c]).

Capitulum tricesimum primum[d]).

II. De alio modo, quo universitas ecclesie deterioratur et distrahitur, per quem persone sancte[e]) et utiles universitati recedunt de medio plebium et fratrum infirmorum[f]).

Ex quibus ista opinio pertransit totum pene wlgus in ecclesia, quod sanctam et castam vitam ducere et relinquere mundum atque abnegare semet ipsum propter deum, quod solum vel maxime sit hoc necessarium in religionibus et apud monachos et religiosos et nullibi allibi. Ex quo aliud malum universitati sancte ecclesie egreditur preter illud, quod nuper ante dictum est, scilicet quod carnales christiani, amantes hunc mundum, sibi ipsis blandiuntur per hoc et assecurantur et decipiuntur. Et hoc est malum, puta quod omnes fere christiani, magni et parvi, femine et viri, bone indolis et bone devocionis, qui visitantur plus aliis fervore devocionis vel desiderio sue salutis, mox fugiunt de plebibus christianis et de medio wlgi, crudeliter sencientes de ipsis, et intrant ad claustra et assumunt professionem religionum et recludunt seipsos in penetralibus, quoniam ibidem alliciuntur ab ornatissima[g]) facie illius vite private secundum deum et hominem, consilia et vota, quoniam talibus illa, que ipsi inquirunt et desiderant, tantum que sua sunt, inquirendo, alludunt omnia ipsorum votis, et inveniunt ibi commodum sue carni simul [f. 122b] et spiritui, ubi omnia foris et[h]) intus, et in victu et amictu, in edificiis et in[i]) choro, in[k]) corporalibus et spiritualibus singulis sunt rata, grata et ordinata, decora prospectu et munda, delectabilia anime et corpori, alludencia discipline et devocioni, ut vix sit aliquis homo illorum, qui talia omnia prima facie diligencius intuens dimittere hanc plebeiam conversacionem

---

[a]) Vehemoth *C.* [b]) scriptum *corr.* scriptus *A.* [c]) etc. *add. C.* [d]) *ita A rubr. et C.* [e]) iste *C.* [f]) *ita A in m. (addens* Cap. 31) *et C.* [g]) hornatissima *C.* [h]) *add. A sup. lin.* [i]) *add. A sup. lin.* [k]) *add. A sup. lin.*

[1]) *Job XLI. 21.*

et festinare intrare ad claustra non eligat et, cum[a]) in talibus delectetur, primo occursu, et wlgarem christianorum vitam non[b]) horrescat in conparacione conventuum talium religionum.

Unde[c]) perniciosa ecclesie divisio, cribracio[d]) quedam contingit, puta quod firmiores christiani fugiunt de medio infirmorum, alias ydonei et apti infirmos in multis sustentare, et spirituales christiani, pro suis fratribus primicias spiritus accipientes, exeunt de societate carnalium adhuc fidelium et seipsos seorsum constituunt[e]) in conventibus suis, sua privata commoda inquirentes, dimittunt[f]) ita carnales et pauperes plebeios simul eciam seorsum conglobari et condensari in sagwinibus et per consequens nimium tenebrari in dispendium communis salutis per Christum comparate et in dampnacionem infinitarum animarum suarum. Nam cum fere omnes devociores querunt esse in claustris et tantum indevoti simul manent in ruribus et opidis, quis verbo et exemplo christianos populos ad devocionem fidei hortabitur[g])? Quis[h]) ad sanctos mores eosdem eriget[i]) et animabit? Et si claustra[k]) penetralia infinitorum modo conventuum sancciores et meliores perfecciosque christianos in se congregabunt et continebunt ibidem conditos et absorptos, et tantum amatores mundi et carnales in communitate plebium remanebunt: quis edificabit plebes christianas, aut quis digne docebit indoctos, aut quis propugnabit inbecilles et infirmos? Nam si[l]) carnes seorsum in corpore ponantur et ossa eius seorsum, per que et in quibus carnes in sua fortitudine et agilitate sustentantur et a quibus ossa e converso, et per[m]) que inpingwantur et florent et augentur: quomodo [pars] vel totum corpus habebit vitam et direccionem? Quin pocius utrumque erit inutile et ibit in nichilum, id est seorsum carnes in se erunt marcide et inmobiles et ossa seorsum exsiccabuntur et divellentur et super latitudinem campi dispergentur. Iterum[n]), si sal terre, per quod salliendi sunt homines, ponatur[o]) seorsum simul conpac-

15) Claustrales *D 2.*

a) qum *A*; quando *C.* b) a minimo (?) *C.* c) *cont. D 1. 2.* d) et cribracio *D 1. 2.* e) *ita D 1. 2.*; constituant *A*; conficient *C.* f) dimittunt — animarum suarum *om. D 1. 2.* g) hortabatur *corr.* hortabitur *A.* h) Quis *D 1. 2.* Quid *AC.* i) eriget *D 1. 2*; erigat *AC.* k) claustri *D 1. 2.* l) *om. D 1.* m) propter *AC*; et per *D 1. 2.* n) Item *C.* o) *corr. ab ed.*; ponantur *omnes cod.*

tum et inconmixtum, et cibi condiendi a sale seorsum, quid obsecro utilitatis sal affert terre vel cibariis, aut quomodo poterunt ea condiri, que in se ipsis sunt insulsa tali segregacione in universo permanente. Aut iterum, si semen collectum in promptuariis se solo sic maneat et terra apta, nata fructus concipere a semine sibi commixto et iniecto, desolata maneat[a]) seorsum, rogo, quando terra esse uber poterit aut fecunda[b])?

Sic postquam deventum est in universitate ecclesie, quod devoti indocti et alias sapientes atque bone indolis clerici et sacerdotes et layci quam cito propter Christum seipsos abnegant et contempnunt hunc mundum cum suis vanitatibus, illico omnes tales fere et communiter iam fugiunt de communitate wlgi christiani, relinquunt plebes Christi et congregant se in conventibus seorsum et in claustris, tunc christianus populus, existens depauperatus a convictu et fulcimento atque a consolacione virorum spiritualium, fidelium operatorum et propugnancium se a spiritualibus nequicie in celestibus, factus est inbecillis et contenebratus nimis et coangulatus in terrenis.

Quod si[c]) nichillominus cum hoc multi clerici nimis et sacerdotes manent hodie tamen et in plebibus conmixti populis christianis, illi, ut in pluribus, sunt, qui mundum hunc amant[d]) et secuntur vanitates eius, et idcirco amant esse cum populis et super plebes prefici, ut sic suavi vita et honorabili in hoc mundo perfruantur.

Contemplare[e]) igitur hic, obsecro, carissime[1]), tu, qui diligis fideliter universitatem[f]) clarissimam[g]) et unicam bonam et supersanctam et superpulcherrimam ecclesie Jhesu crucifixi, et cogita, quanta est penuria virorum nunc in ecclesia et maxime in plebibus christianis seu in filiabus ecclesie, eorum dico, qui essent servi Christi fideles et prudentes, qui excussa omni avaricia[h]) [et] calumpnia, amarent solum ea inquirere, que sunt Jhesu

---

[a]) manet *D 2.* [b]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Quemadmodum diversitas deorum ꝛc., *v. infra p. 288, lin. 3.* [c]) pro quia *(sic) add. AC.* [d]) *corr. ab ed.;* ament *A et C.* [e]) Complace *corr.* Contemplare *A.* Complacere *C.* [f]) claritatem *add. C.* [g]) carissimam *corr.* clarissimam *sup. lin. A.* [h]) malicia *corr.* avaricia *A.*

[1]) *his vocibus auctor Regularum probabiliter appellationem ad aliquam certam personam, scil. ad archiepiscopum Pragensem, Johannem de Jenstein, facit.*

crucifixi, id est animas. Et recordare interim, quot et quanti viri devoti, casti, docti et humiles, prudentes ydoneique ad omne bonum[a]) opus in edificacionem corporis Christi plebiumque ecclesie sunt reclusi [f. 123a] in[b]) domibus et in claustris fratrum Carthusiensium, quam illustres et bone indolis iuvenes et senes sunt in conventibus ordinis[c]) sancti Benedicti, quot et quanti silent inclusi[d]) in domibus et cellis fratrum Cisterciensium[e]), quot in penetralibus fratrum Regularium manent absconditi, et ita in omnibus aliis ordinibus et claustris per universitatem sancte ecclesie, multiplicatis iam nimium et dilatatis et confortatis. Propter quod wlgus sanctum ecclesie et greges ovium Christi manent desolati a viris spiritualibus utilibus sibi et depauperati.

Produc autem istos omnes viros latitantes sic in penetralibus foras et conquire ipsos cum summa diligencia ex omnibus partibus mundi, et ubicumque reperire poterint huiusmodi mundum hunc et eius vanitatem fugientes, sive in clericis, sive in religiosis fuerint, sive in rusticitate laycorum, sive sint in campis, agris, sive in civitatibus vel in heremis, sollitudinibus aut in cavernis terre, sive sint docti, sive indocti secundum doctrinam et sapienciam huius mundi et carnis, dummodo spiritum Jhesu habeant et in ore suo verbum eius — „testimonium enim Jhesu est spiritus et prophecie“ [1]) et fuga huius mundi ob devocionem in christiano, — omnes inquam istos huiusmodi collige et extrahe eos, eciam ipsis invitis, — et quanto magis eis invitis hoc facies, tanto melius et nobilius opus facies, — et divide eos per plebes Christi Jhesu simplicium christianorum, et prefice ipsos super opera et studia suorum[f]) fratrum in wlgo christiano, dispergeque[g]) totam multitudinem ipsorum per universitatem ecclesie, carnalibus clericis et sacerdotibus, qui cupide et frontose seipsos prefici in populis procurarunt, magis ad dominacionem in clero et honorem[h]) in populis festinantes, quam predicti viri[i]) ydoney et devoti ad claustra festinaverunt, quanto[k]) possibile est, eiectis et proiectis foras, quasi sal infatuatum, quod ad nichilum valet ultra, nisi

---

a) *om. C.* b) scilicet in *C.* c) in ordinis *superflue AC.* d) sunt *add. superflue A et C.* e) Cisterniensium *A et C.* f) *corr. AC.* g) debet dispergereque *(sic) C.* h) *corr. A.* i) *add. A.* k) quanto magis *C.*

1) *Apoc. XIX. 10.*

ut in sterquilinio mittatur et conculcetur ab hominibus [1]): Tunc videbis, quantam utilitatem conferes sancte unitati Christi familie, quam magnam edificacionem populorum credencium in Jhesum crucifixum, quam communem illuminacionem rudium et simplicium rusticorum! Et tunc fiet sermo, qui scriptus est [2]): „Mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala." Et intelligetur scriptura [3]), que dicit de magna meretrice, que sedet super aquas multas, id est populos multos. „Et dixit michi: Aque multe, quas vidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt et gentes et ligwe. Et decem cornua, que vidisti in bestia, hii odient fornicariam et desolatam facient illam et nudam, et carnes eius manducabunt et ipsam igne concremabunt. Deus enim dedit in corda ipsorum, ut faciant, quod il¹i placitum est, ut dent regnum suum bestie, donec consumentur verba dei."

Protestor tamen hic, quemadmodum et[a]) superius [4]), quod ita scribens et senciens, non intendo laborare ad destruccionem, sed ad instruccionem universitatis sanctissime ecclesie Christi et edificacionem. Nec vergit meus iste stilus, ut evellam et distruam ea, que apostoli plantaverunt et sancti martires et doctores rigaverunt, et quibus deus dedit incrementum [5]), sed universitatem gratissimam sancte ecclesie emulor, eaque[b]), que eidem ullo modo derogant vel officiunt[c]), pro posse expungno[d]), inplorans auxilium michi venire[e]) de celis a Christo Jhesu, quatenus cicius omnis plantacio, quam non plantavit deus et pater Jhesu crucifixi, eradicetur [6]) et duces cum cecis viciosis, qui videntes non vident, et audientes non intelligunt[f]), cicius ad foveam suam deducantur [7]), quamvis, heu dolor, adhuc magis ex hiis scandalizati, que dicuntur, et magis sordescentes. At[g]) utinam illi, qui extenuant et conturbant universitatem dilectissimam, iam excidantur, et utinam iam dampnacio magne fornicarie consumatur et ostendatur ipsius nuditas et turpitudo christianis universis!

---

[a]) *om. C.* [b]) ea *C.* [c]) officientur *C.* [d]) inpungno *(sic) C.* [e]) devenire *corr.* venire *A;* devenire *C.* [f]) intelligentes *C.* [g]) Ac *C.*

[1]) *Cf. Matth. V. 13.* [2]) *Matth. XIII. 41.* [3]) *Apoc. XVII. 1. 15—17.* [4]) *Cf. supra p. 146.* [5]) *Cf. I. Cor. III. 6.* [6]) *Cf. Matth. XV. 13.* [7]) *Cf. Matth. XV. 14 et Lucae VIII. 10.*

Capitulum tricesimum secundum[a]).

III. De tercio modo magis subtili, quo quidam conturbant universitatem ecclesie, recedentes[b]) a sua vocacione, qua vocati sunt[c]).

Illi autem, qui conturbant universitatem ecclesie preclaram non iam manifeste, ut heretici aliquando vel tiranni, pro nunc videlicet carnalis multitudo numerosa solo nomine christianorum, sed modo subtilissimo id faciunt et apparentissimo seu coloratissimo, ita quod de facili a nullo possit videri vel reprehendi, modo inquam, quem Sathan secundum altitudinem omnis sue astucie potuit a multis centenis annorum excogitare et fabricare et in[d]) ecclesiam sanctorum inducere per homines, que sua sunt, querentes, eciam[e]) in divinis et in spiritualibus, — per homines multiplicatos nimis, qui seipsos amant et segregant ab ecclesie universitate, non autem a fide, non a professione eius, non a sacramentis, non a religione christiana [f. 123[b]], sed ad sua separata communia, ad suam separatam dilecciones et ad suas seorsum fraternitates, quas preferunt et ostentant in wlgo, ad suas separatas universitates varias, sibimet inpares et dissimiles universitati christiane communi[f]) et a principio institute in una dilectione et in[g]) pulcherrimo ordine[h]) omnibus congruo et communi, et ad suos ordines, adinvenciones, doctrinas, religiones, regulas, omnia singularia excepta[i]) atque remota et sic in communi universitate seu in publico glorificata magnificata et approbata.

Ex quibus et propter que communis fraternitas, christianitatis est ex parte infirmata et vilificata, communis universitas neglecta et obnubilata, universalis ordo deordinatus et contemptus, universalis religio facta est quasi inutilis vel insufficiens, universalis regula et ewangelica atque precepta dei et universalia facta sunt perinde[k]) posteriora et inveterata et quasi minus necessaria apud wlgus christianum et plebeios, et sacerdocium[l]) sanctum et principale atque primordenum[m]) et omnino necessarium universali ecclesie factum[n])

---

[a]) *ita A rubr. et C.* [b]) et recedentes *C.* [c]) *ita A in m. (addens* Cap.[m] *32) et C.* [d]) *sup. lin. add. A.* [e]) et *C.* [f]) universitatem chr. commune *false C.* [g]) *om. C.* [h]) *in m. add. A.* [i]) et excepta *add. superflue A.* [k]) proinde *C.* [l]) sacrificium *C.* [m]) *post corr. A.* [n]) et factum *C.*

est contemptum et quasi minus utile et non necessarium reputatum apud populos plebeios; qui populi respiciunt maxime rerum splendorem et multum moventur apparenciis extrinsecis, solum secundum faciem hominum iudicantes, qui, postquam novi recentesque dii atque ficticii adveniunt, quos non coluerunt patres eorum, mox deos suos, [qui eos] genuerunt[a]), derelinquunt[1]) et sequuntur deos alienos et novos, allecti et illecti eorum splendore et decore, et maxime parvuli et vecordes in suo itinere et per vias sui cordis gradientes, qui obediunt faciliter swasionibus clamose[b]) et ficticie mulieris, que clamat et dicit[2]): „Aque furtive dulciores sunt et panis absconditus suavior."

Nulli autem amplius videntur conturbare universitatem, quam illi, qui[c]) existentes intus in universitate in locis suis et quilibet in suo gradu collocati legittime, qui non continent seipsos in suis propriis locis neque sanctificant suum gradum sine causa, sed commutant suas primordenas locaciones et suos gradus renuuntque alciora petendo, eo quod seipsos sunt homines amantes.

Verbi gracia, cum sacerdotes et clerici, indigne suis gradibus vel sua vocacione ambulantes, ambicione fermentati alcius et[d]) alcius continue in dei ecclesia ascendere, elaborant; vel cum monachi secundum principia ipsorum existentes in solitudinibus fundati, in[e]) vacacione et quiete, occuparunt iam civitates, et ad turbas et strepitus wlgi se ingerentes, facti sunt in conspectu plebium alienarum gloriosi super sacerdotes et patres proprios ordinarios, apud populos acceptati et commendati; et qui secundum ordinem gerarchicum et sancte universitatis ecclesie erant locati, tantum plebeis subiecti patribus ordinariis, id est suis plebanis seu sacerdotibus curatis, facti sunt super eosdem suos patres in medio civitatum, in omni gloria et honore, in omni apparencia et splendore et in omni libertate et in diviciis amplius habundantes, non tantum non subiecti plebanis vel sacerdotibus ordinariis, sed eciam eisdem nimis facti fortes et obedienciam aliorum plebeiorum[f]) ex-

23) Monachi in civitatibus nocivi *A*.

[a]) *corr. ab ed.; cf. Num. XXXII. 18:* Deum, qui te genuit, dereliquisti. [b]) clamorose *C*. [c]) *add. A sup. lin.* [d]) ad *C*. [e]) et *C*. [f]) *corr. A*.

[1]) *Numer. XXXII. 17—18.* [2]) *Prov. IX. 17.*

tenuantes[a]) et evacuantes et distrahentes instructis suis separatis et splendidissimis conviviis et gloriosis suis privatis patricibus[b]) seorsum sibi comparatis, dedignantes esse subiecti sacerdotibus suis ordinariis vel in ullo[c]) ipsis obedire, nescio quid magnum de se[d]) sompniantes et sue prime vocacionis in universitate ecclesie obliti, que erat in summa humilitate et obediencia et abieccione.

Verumptamen dicunt quidam ex ipsis, quod in principio monachorum, cum non erant tot et tanti sacerdotes in conventibus monachorum, sed layci magis erant et patres simplices, et idcirco merito erant a principio suis sacerdotibus inmediatis et plebanis monachi subiecti et obedientes[e]) secundum beati Dyonisii locacionem, ubi ordinem ierarchicum universitatis ecclesie enarrat et dimetitur, ast nunc, quia iam magnum sacerdocium[f]) est in statu monachorum et gloriosum, ideo non est mirum, si sunt exempti a plebanis et episcopis et ab eorum subieccione.

Ista responsio ipsos eosdem magis commaculat et confondit[g]), cum tota sapiat superbiam et nichil contineat in se racionis, cum sit nullum inconveniens[h]) sacerdotes in plebe et de plebe[i]) subici ordinario suo sacerdoti, et sana[k]) racio hoc requirat, ut quilibet permanens in sua vocacione, qua vocatus est, observet ordinem universitatis sanctissimum, utilissimum et communem, neque instituat ordinem alium recentem in deordinacionem et preiudicium ordinis sui patris et matris, virtusque maxima in eo reluceat, ut quanto quisque est in se maior, tanto magis se humiliet in omnibus et non de sua vocacione elevetur.

[f. 124][l]) Conturbant insuper illi universitatem non modice, qui distincta officia et operaciones legittimas in ecclesia confundunt et variant, aliena curiose pro se vendicantes et, que sunt propria, non curantes vel eo minus advertentes. Verbi gracia, cum sacerdotes et clerici derelinquentes verbum

---

[a]) exterminantes *C, quod eciam in A legi potest.* [b]) p̄ribus *A.*
[c]) nullo *C.* [d]) *ras. seq. in A.* [e]) sic obedientes *C.* [f]) sacrificium *C.*
[g]) confodit *AC.* [h]) in9us *A.* [i]) et de plebe *om. C.* [k]) *corr. A.*
[l]) *in hoc folio (licet nihil deficiat) incipit scriptura alia: acrior, crassior, clarior latiorque quam in foliis antecedentibus. Hac autem scriptura tota iam reliqua pars tractatus de ecclesia est confecta. Scriptura tractatus 5ti, f. 131 sq. eadem iterum est, quae usque ad f. 123b. Illa scripturae forma iam in fol. 35a—52a erat.*

[l]) *Cf. in vol. I pag. 166, not. d).*

dei et opus ipsis iniunctum, inplicant seipsos varie secularibus negociis, vel dum derelinquunt servicium et statum ydoneum ac specialem sacerdotum et secuntur curias divitum huius seculi et magnatorum, aut obmittentes curam sibi iniunctam animarum, gerunt strennue curam pecudum et pecorum et congregandarum diviciarum, vel postponentes sanctam devocionem et humilitatem, dant se ad iudicia et lites multas exercendas, vel iterum cum ypocrite monachi et religiosi, solum oracioni et contemplacioni penitencieque fletibus mancipati, secundum ordinem universitatis sancte, ipsi non vocati irrumpunt ad civitates et intromittunt se de plebibus inportune et infeste, propriis sacerdotibus contemptis vel pro modico reputatis, suspecti de vana gloria vel de questu avaricie magis quam de instinctu caritatis, que diligit ordinem ecclesie primitive, et ipsa est in omnibus ordinata.

Hec per disgressionem dicta sunt de hiis, que videntur universitati officere sacrosancte; nunc ad loquendum propinquius de universitate gratissima ecclesie redeamus.

Capitulum tricesimum tercium[a]).

De ethimologia universitatis et de tribus modis necessariis in universitate sive tribus respectibus oportunis[b]).

Advertendum est ergo, quod universitas secundum ethymologiam dicta est quasi ab uno versibilitas in et ad multa vel ad unum multorum conversibilitas vel unitatis diversitas[c]).

Ex quibus sequitur, quod tres sunt respectus vel relaciones principales in omnibus suppositis universitatis.

Primus respectus ad unum; unde principium. Secundus respectus ad ordinem universitatis vel ad communitatem[d]) quasi ad medium; per quod fit egressio ab uno et regressio ad unum. Tercius et ultimus respectus ad seipsum et ad ea, que sua sunt.

---

7) Nota *C*.

[a]) *ita AC rubr.* [b]) *ita A et C.* [c]) *om. C;* universitatis d. *corr.* unitatis d. *A.* [d]) communitatis *corr.* ad c. *A.*

Primus facit primam et summam obedienciam deo et caritatem. Secundus facit debitam obedienciam suis superioribus et ordinacionem iustam de suis inferioribus. Tercius facit hominem tenere suum gradum et in sua vocacione permanere.

Et in omnibus istis et in singulis ipsorum semper debent concurrere[a]) predicti principales tres respectus modo mirabili et unitivo. Nam quicumque in veritate respicit et diligit unum, id est dominum Christum Jhesum, respicit eius universitatem, que est ex ipso ab[b]) uno et ad ipsum unum et per unum; respicit eciam et diligit seipsum, qui similiter est ex eodem uno[c]), per unum et ad unum. Sic eciam quicumque respicit universitatem et diligit, ille diligit[d]) unum simili racione, unde et a quo universitas, respicit et diligit seipsum, quia est de universitate, et gaudet esse per idem unum membrum eius et pars eius. Ita conformiter, qui respicit seipsum et amat in veritate, necesse habet respicere et diligere unum, unde et ex quo et per quem est ipse unus, et respicere universitatem ac diligere, cuius est pars et per cuius ordinacionem est in gradu suo in universitate collocatus, conservatus et honoratus.

Et ita eciam in universitate membrorum invenies in humano corpore, puta eosdem in omnibus tres respectus. Verbi gracia: Omne, quod facit oculus in corpore hominis vel pes vel manus, illud facit propter vitam, propter integritatem tocius corporis, et propter seipsam. Et quidquid boni habet vita hominis vel anima, habet illud manus et[e]) oculus et tota multitudo membrorum. Sic eciam quidquid[f]) nocet manui vel oculo, illud nocet vite et toti integritati membrorum.

Unde sequitur [f. 124[b]], quod[g]) omnis christianus, qui habet[g]) spiritum Jhesu, habundat hiis respectibus vel relacionibus in omnibus suis actibus et studiis, et ipse est de universitate ecclesie proprie et de communitate sanctorum. Et omnis christianus, qui deficit ab hiis tribus gradibus, deficit a spiritu Jhesu Christi, et, pro et de quanto deficit vel habundat in istis[h]) tribus relacionibus, de tanto est vel non est de communione sanctorum et de universitate sancte ecclesie, et sic per gradus medios secundum maius ascendendo usque ad summum gradum, vel secundum minus descendendo usque ad non gradum in

---

[a]) continere *C.* [b]) *corr. A.* [c]) et ad u. et per u. *C.* [d]) ille diligit *om. C.* [e]) vel *corr.* et *A.* [f]) quicquid *C.* [g]) *om. C.* [h]) hiis *C.*

multitudine christiana. Unde omnis, quanto quis[a]) habundat hiis tribus respectibus, tanto est similior sanctissime et divine trinitati et appropinquavit ad ymaginem et similitudinem dei et domini Jhesu Christi; et e converso, quanto quis minus habet in istis relacionibus, tanto est remocior a similitudine domini nostri Jhesu Christi.

Ex quibus eciam sequitur evidenter, quod omnis, qui amat Christum Jhesum per spiritum sanctum, amat sanctam universitatem ecclesie, amat ordinate et bene seipsum, et omnis, qui amat ecclesiam, amat Christum et seipsum, et omnis, qui amat per spiritum Jhesu seipsum, amat Christum amat et ecclesiam, et sic de similibus omnibus circa talia formabilibus proposicionibus; quemadmodum omnis, qui inquirit bonum sancte ecclesie, inquirit bonum Christo Jhesu, inquirit bonum et sibi ipsi, et omnis, qui querit bonum suum per spiritum Jhesu, inquirit bonum[b]) ecclesie Christi. — Sic omnis, qui nocet ecclesie vel alicui membro eius, nocet et offendit Christum, nocet et offendit[c]) eciam seipsum, et omnis, qui nocet sibi ipsi et offendit se, nocet et offendit Christum et ecclesiam ipsius, et ita de omnibus similibus. — Ita omnis, qui non afficitur circa bona ecclesie vel mala eius, seu qui non congaudet valde bonis, que fiunt sancte ecclesie vel cuilibet membro eius, et non condolet et non gemit de malis, que patitur universitas ecclesie vel quecumque membra ipsius vel eius proximi, primum hoc signum habet, quod non habet spiritum Jhesu Christi; secundo consequenter, quod non est particeps communionis sanctorum; tercio signum habet, quod non est merito de universitate ecclesie Christi ab Abel, primo iusto, inchoato, sed de varietate bestie Antichristi et ecclesie malignancium, que ex Cayn homicida sumpsit principium, qui dixit[1]): „Numquid custos fratris mei sum ego?“; quarto consequenter, quod non est Christi Jhesu, quoniam secundum apostolum qui spiritum Christi non habet, hic non est eius[2]); quinto, quod omnia illa, que talis facit vel quecumque eligit, sive sit in spiritualibus, sive in temporalibus, sive ea, que sunt ad ipsius devocionem et religionem, sive que eligit ad comodum huius vite, omnia facit pro seipso et in omnibus inquirit precise, que sua

[a]) quis magis *C.* [b]) et bonum *superflue add. A.* [c]) deffendit *(sic) C.*

[1]) *Gen. IV. 9.* [2]) *Rom. VIII. 9.*

sunt, non que Jhesu Christi, et per consequens in omnibus est reprobus circa universitatem ecclesie[a]). Et omnis habens sic respectum ad seipsum precise et ad suum expediens et non habens pium et compassivum respectum ad universitatem ecclesie et ad suos conchristianos, in quantum sunt christiani, si dicit, quod habeat respectum ad deum vel quod diligat Christum Jhesum, decipitur et mentitur. Nam scriptum est[1]): „Si quis dixerit, quia diligo deum, fratrem autem suum oderit, mendax est. Qui enim, inquit Jo[hannes], non diligit fratrem suum, quem videt, deum, quem non videt, quomodo[b]) potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo, ut qui diligit deum, diligat et fratrem suum."

Ex quibus sequitur, quod omnes illi sunt homines seipsos amantes, qui non ad profectum, non ad comodum et non ob respectum universitatis dulcissime Christi ecclesie, sed magis ad detrimentum vel in derogacionem communitatis wlgi christiani et ad extenuacionem et debilitacionem ordinis communis et ad obnubilacionem communis christiane religionis, prout supra est deductum[2]), faciunt sibimet et pro semet convivia [f. 125a] separata et conventus publice in universitate ecclesie et suas fraternitates splendidas et aliquo[c]) fulcimento singulari roboratas et firmatas. In hoc tamen decipiuntur singulariter huiusmodi homines seipsos amantes, quod, — cum ament singulariter sue secte fratres et omnes illos, qui sunt de ipsorum contuberniis et ipsis utiles et seipsos e converso redamantes[d]), et in quantum sunt tales, et non amoris [causa]; inquam[e]) cum [habeant amorem ad] fratres ex sua privata professione vel privata secta, non autem ad commune wlgus christianum, — credunt firmiter, quod amor ipsorum carnalis sit caritas diffusa a spiritu sancto[3]), opinantur et predicant, quod exerceant opera perfecte caritatis, cum ea faciant ex amore humano ad se et ad suos, non habentes omnino pium et compassivum respectum ad ecclesiam dei et ad suos universos communiter conchristianos[f]), in quantum sunt fideles Jhesu Christi. Ita namque ethnici et publicani habent amorem ad fraternitatem suam et ad eos[g]), qui se reda-

---

[a]) *lacuna sequitur in A.* [b]) *sup. lin. add. A.* [c]) aliqua *(sic) A et C.* [d]) reamantes *C.* [e]) in quantum (?) *A; uncis inclusa add. ab ed., quia phrasis alioquin difficulter comprehendi possit.* [f]) christianos *C.* [g]) suos *C.*

[1]) *I. Joann. IV. 20—21.* [2]) *Cf. Rom. V. 5.* [3]) *Cf. supra pag. 280—281.*

mant[a]) et habent omnia communia cum suis notis et necessariis et amicis intrinsecis, veluti superius lacius est deductum[1]).

Advertendum eciam hic, quod quanto in universitate ista sanctissima cottidie quis gradum obtinet alciorem et in ordine eius secundum sub et supra continet plura subiecta, tanto magis debet hiis tribus respectibus caritatis et vigilancie habundare, et tanto est membrum maius et principalius huius universitatis. Verbi gracia: Magis sacerdos quam laycus vel monachus, magis curatus quam simplex sacerdos, magis episcopus quam curatus sacerdos, et ita de aliis singulis, et a summis gradibus et eis, que sericio[b]) et purpura induuntur, usque ad novissimum in universitate servum vel ancillam.

Capitulum tricesimum quartum[c]).

De determinacione huius nominis „universitas“ et de illis, que faciunt et conferunt ad esse universitatis, et de differencia deorum[c]).

Universitas itaque dicitur ab uno aliquo, ad quod omnia supposita universitatis habent ordinem[d]) et attribucionem; et nisi sit tale unum principale, a quo reliqua omnia et tale quid, quod possit formare de multis universitatem, continere et conservare, non unitas neque universitas, sed dispersa diversitas[e]) esset. Omnis multitudo est congregacio hominum.

Illud vero tale unum faciens unitatem ecclesie est [I] unus deus, [II] unus dominus, unus pater, unus magister, [III] una religio, [IV] una lex, unum preceptum commune et uniforme, [V] una consuetudo, uniformis conversacio, uniformes actus.

Quanto magis autem et firmius habundat universitas ecclesie et colligitur ac firmatur in istis unitatibus, tanto magis et firmius stat in seipsa ordinata et inconturbata et unita. Et quanto magis deficit ab istis unitatibus, id est est plurificata, tanto magis universitas est in seipsa destructa et disturbata, veluti ex supradictis patere potuit in pluribus locis evidenter et

---

[a]) readamant *C.* [b]) in sericio *C.* [c]) *ita AC.* [d]) ordinacionem *C.* [e]) universi d. *C.*

[1]) *C. superius pag. 180—182.*

prout eciam Philosophus in Polliticis per plurima hoc disputavit et deduxit.

[I] Quemadmodum[a]) igitur[b]) diversitas deorum valde diversificat populos in mundo, ita unitas dei in populo facit ipsum populum valde unum. Et propterea et reges gencium, prout et Nabuchodonozor et Antiochus et alii, volentes valde unire suum populum et suum regnum per id[c]) confirmare, plurimum ad hoc sathagebant, quod in regno ipsorum facerent unum deum et unam legem in omnibus populis[d]). Et apostolus exhortans ad unitatem spiritus et persuadens ad unitatem populi christiani per latitudinem mundi dispersi hortatur et dicit[1]): „Unus deus, unus dominus omnium."

Primum igitur et principale, quod facit intrinsece et essencialiter ad unitatem populi, vel quod constituit et conservat universitatem, est unitas dei vivi et veri, sicud scriptum est[2]): „Deus, qui facit [f. 125[b]] unius moris habitare in domo." Et idcirco populus christianus, quamdiu adhesit uni deo et domino nostro Jhesu Christo fide recta, spe viva et caritate non ficta, tam diu fuit maxima unitas et concordancia in populo. Sed cum recessit[e]) ab adhesione dei et domini Jhesu crucifixi, tunc recessit ab unitate ecclesie, et tunc completa est illa discessio[f]), preambula Antichristi preparansque[g]) viam eius, de qua apostolus[h]) Colloss. i)[3]): „Nisi venerit discessio primum[k]) et revelatus fuerit homo peccati, filius perdicionis, qui adversatur et extollitur super omne, quod dicitur deus aut quod collitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tamquam ipse sit deus." Tunc namque deus verus, id est spiritus Jhesu Christi longe recessit a domo sua propter abhominacionem positam et admissam in loco, ubi non debet, et relicta est deserta et vacua. Et[l]) deus huius seculi, id est spiritus huius mundi, assumptis

---

20) Per quid scisma est. Discessio a fide Christi exorta est *D 2.*

a) *contin. D 1. 2.* b) *om. D 1. 2.* c) illud *D 2:* d) Et idcirco populus christianus oc. *cont. D 1. 2., cet. om.* e) recessisset D. 2. f) dissensio et *C.* g) preparans *D 1. 2.* h) dicit apostolus *D 1. 2.* i) ad Coll. *C., om. D 1. 2.* k) etc. *add. D 1. 2., cet. om.; contin.* Nulla igitur oc. *v. infra p. 299, lin. 25.* l) Est *corr.* Et *A.*

1) *Cf. I. Cor. VIII. 6.* 2) *Psalm. LXVII. 7.* 3) *recte II. Thess. II. 3—4.*

secum septem nequioribus spiritibus, ascendit et subintravit ad domum desolatam et obtinuit omnes pene eius municiones [1]).

Pro quorum intellectu est[a]) notandum, quod scriptura sacra vario modo accipit hoc nomen deus.

Est enim deus summus siquidem unus essencia et in veritate, quamvis sint dicti multi dii mancipativi[b]) vel[c]) dii hominum putativi. Dicunt autem alii[d]) [1]): Dii sunt participacione. Sunt dii eleccione. Sunt dii falsa estimacione. Sunt dii imitacione. Sunt dii voluntaria subieccione.

Deus vere et in veritate ipse est, qui est verus deus et ipse deus unus omnium, ex quo omnia, in quo omnia et propter[e]) quem omnia. Et hic est Christus Jhesus, filius dei eternus et filius Marie virginis, de quo scriptura [2]): „Dominum deum tuum adorabis et illi soli servies", et iterum [3]): „Audi, Israel, deus tuus unus est." Et iste est, qui proprie et intrinsece facit ecclesie unitatem maximam, in tantum, quod sit unum corpus, unus spiritus et una anima et cor unum, quod nullus alius potest facere vel umquam potuit aut poterit.

Deus participacione est omnis homo in hoc mundo super homines alios a deo constitutus ad iudicandum et alios actus jerarchicos in plebibus operandum. De quo scriptura dicit ad Moysen [4]): „Hodie constitui te deum Pharaonis." Et iterum [5]): „Ego dixi: Dii estis et filii excelsi omnes." Et ita omnes viri prelati sunt dii facti participacione domini veri[f]) vicariatus et potestatis.

Super istos igitur tales deos super terram homo peccati, id est Antichristus, extollitur et est elevatus, non autem super deum, qui est in celis et[g]) super celos, deus unus verus et inconprehensibilis. Ideoque notanter apostolus de eo expressit, dicens [6]): „Super quod omne, quod dicitur deus aut quod collitur."

Deus eleccione est omne illud homini, quod sibi maxime eligit pro summo suo[h]) bono, quod colit et cui servit suo

---

3) Deus multipliciter dicitur *A et C.*

[a]) *om. C.* [b]) *corr. A;* mancipative *C.* [c]) ut *C.* [d]) *lacuna sequitur in A et in C.* [e]) per *C.* [f]) *corr. ab ed.;* vere *A et C.* [g]) in celis et *A;* talis, id est *C.* [h]) sibsuò *(sic) A.*

[1]) *Voces singulae biblicae sunt, sed dictum in biblia non reperitur; similiter etiam aliis locis occurritur.* [2]) *Matth. IV. 10.* [3]) *Deuter. VI. 4.* [4]) *Exodi VII. 1.* [5]) *Psalm. LXXXI. 6.* [6]) *II. Thess. II. 4.*

principali conatu et summis studiis, sive sit id[a]) deus verus et creator sive aliqua alia creatura, cui magis inservit magisque ipsam diligit et se subicit quam deo vero suo et fideli creatori, de quo III. Reg. XVIII.[1]): „Accedensque Helyas ad omnem populum Israel ait: Usquequo claudicatis in duas partes? Si dominus est deus, sequimini eum"; et apostolus[2]): „Eorum, quorum deus venter est et gloria[b]) in confusione."

Deus fictus vel deus falsa estimacione sunt omnes dii gencium vel ydola eorum.

Deus voluntaria subieccione est dyabolus, deus huius seculi, de quo apostolus[3]): „Deus huius mundi excecavit eos."

Deus imitacione est deus idem, qui subieccione, et est bonis omnibus, qui emulantur sapienciam et virtutes Christi Jhesu, dominus Jhesus ipse; et aliis omnibus, qui operantur iniquitatem, deus[c]) eorum ipse est spiritus mendax et pater eius, qui fuit iniqus et homicida a principio, de quo apostolus[4]): „Imitantur autem eum, qui sunt ex parte eius."

[f. 126a] Omnes igitur christiani, qui habent spiritum Jhesu crucifixi, et aguntur eodem spiritu, et soli illi non recesserunt a deo suo, et ipsi sunt unica ecclesia, scilicet Christi, et sponsa eius formosa et corpus eius. Et ipsi non sunt de hoc mundo, sicut et Christus non est ex[d]) hoc mundo, et istos mundus ideo odit, quia et Christum, id est veritatem et virtutem[e]) dei, odit[5]). Sunt quoque inde thabernaculum dei et templum spiritus sancti. Et alii omnes desertati[f]) a spiritu Jhesu recesserunt post varios deos prescriptos, putativos, et hoc mistice et spiritualiter; et ita recesserunt ab unitate ecclesie sacrosancte. Et isti sunt omnes christiani, amatores huius mundi et eorum, que in mundo sunt, et itidem sunt Antichristi, et corpus Antichristi et meretrix fornicaria eius. Et isti sunt, qui in novissimis temporibus multiplicati nimis in ecclesia quasi locuste, ex quibus venit Antichristus[6]), et per eos est in domo dei, id est in ecclesia et super ecclesiam sanctorum collocatus, factus rex super omnes filios superbie similes sibi[g]),

---

[a]) illud (?) *A.* [b]) gloriam *corr.* gloria *A.* [c]) et deus *C.* [d]) de *C.* [e]) *om. C.* [f]) deserti *C.* [g]) *om. C.*

[1]) *III. Reg. XVIII. 21.* [2]) *Philipp. III. 19.* [3]) *Cf. II. Cor. IV. 4.* [4]) *Sap. II. 25.* [5]) *Cf. Joann. XV. 19.* [6]) *Cf. Apoc. IX. 3.*

extollens[a]) se super omne, quod secundum predictam distinccionem dicitur deus aut quod colitur[1]), elevans omnem christianum, qui similiter est superbus et amator diviciarum et glorie huius mundi, et deprimens omnem virum, qui illorum est detestator et contemptor, approbans omne sublime et gloriosum atque splendidum altumque secundum iudicium huius mundi, et nichili ducens omne humile et simplex vel pauper et despectum ab hoc mundo. Facit autem hec omnia supremo genere astucie et subtilitatis, non hominum, sed septem nequiorum spirituum, quia ipsius Antichristi adventus est secundum operacionem[b]) subtilissimam Sathane in omnibus virtutibus, portentis, signis mendacibus spirituum malignorum, ex quibus conflata est supra modum magna et amarissima tribulacio ecclesie, scilicet sanctis dei per ecclesiam, ut eciam inducantur in er[r]orem, si fieri potest, et electi[2]).

Capitulum tricesimum quintum[c]).

De modo et causa subtili, quibus universitas ecclesie est infirmata et destructa[c]).

Tali itaque modo exquisito et colorato Sathan statim incipiens suum misterium operari in principio ecclesie, dehinc paulatim et successive invalescens, offendicula queque ponens in via christiano populo, videlicet splendores et blandimenta huius mundi, quasi facies comptarum meretricum, suasionibusque apparentibus et secundum sapienciam carnis et doctrinas hominum racionem boni et iusticie habentibus, deduxit[d]) eum ad concupiscenciam et amorem eorum, que sunt in mundo, et ita corrupit sensus multorum pari forma, sicut serpens Evam seduxit; et sic infatuavit eciam spisse sapientes, et spirituales eciam viros detraxit ad terrena inquirenda, atque in felicitate et blandiciis eorumdem quietavit et soporavit quasi Sampsonem in syno[e]) Dalide[f]) meretricis[3]). Per quod traditi Philisteis sunt decalvati et excecati itidem viriles et fortes in ecclesia aliquando. Et ita factum est, quod draco ille antiquus cauda sua detraxit

[a]) et extollens *C.* [b]) *corr. A, om. C.* [c]) *ita AC.* [d]) et deduxit *C.* [e]) sinu *C.* [f]) *corr. A manu poster.*

[1]) *Cf. II. Thess. II. 4.* [2]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [3]) *Cf. Judic. XVI. 19.*

stellas de celo[1]) per[a]) fumum et locustas infinitas, productas de fumo putei abissi, obtexit solem tenebris lunamque ipsam totam convertit in saguinem[2]). Et ita densissimas tenebras et noctem profundam procuravit fieri per universum spiritualem Egiptum et Babilonem, et tunc fecit pertransire in ipsa omnes bestias silve et singulariter aprum ferum produxit[3]) et locavit ipsum in domo in summo loco sanctorum, corpore suo fortissimo iam prius collecto et conglobato compactoque, ut scuta fusilia sibimet adherencia[4]), dudum prius producto et preparato, fere ubique per sanctam ecclesiam cathedras et regimina iam obtinentibus Antichristis, id est hominibus amatoribus huius mundi, puta deliciarum, diviciarum et honorum, hominibus inquam[b]) seipsos amantibus[c]) et qui [f. 126[b]] in nomine suo ad gradus summos ecclesie et dignitates pervenerunt, quia non vocati a spiritu Jhesu, sed ipsi sese cupide ingesserunt. Et isti sunt locuste habentes coronas similes auro, etc., prout infra late dicetur de ipsis in tract[atu] sequenti de Antichristo[5]).

Et ita factum est modo sathanico et nimis astuto et subtili, quod scilicet christiani a Christo vero ad Antichristum colorate et suasibile nimis sunt deducti, iam in tenebris palpitantes prefate spisse noctis et dum homines omnes pariter dormirent et dormitarent, seducti inquam[d]) sunt a deo vero et celesti ad deum vel ad deos huius seculi et principem huius mundi, a quo et per quem a spiritu huius mundi sunt repleti, et ipsum a deo huius mundi acceperunt, spirituque illo inspirantur et aguntur ad omnia, que operantur.

Nemo siquidem ambigit, quod sicut deus essencialis et verus est caritas, et qui manet in caritate, in deo manet et deus in eo[6]), ita amor huius mundi et concupiscencia est mamon, deus huius seculi in christiano spontanea eleccione et subieccione, et qui manet in amore et cupiditate huius carnis, in deo huius mundi manet, et deus, id est spiritus huius mundi, in eo. Propter quod christiani, qui spiritu huius mundi aguntur, ipsum dominum mamonam, deum ipsorum[e]), omnibus preciosis ecclesie

---

[a]) et per *C.* [b]) in quantum *corr. A* inquam (?) [c]) *corr. ab ed.;* hominum . . . amancium *omnes cod.* [d]) in quantum *corr.* inquam *A.* [e]) *lacuna sequitur in A.*

[1]) *Cf. Apoc. XII. 4.* [2]) *Cf. Apoc. IX. passim.* [3]) *Cf. Psalm. CIII. 20 et LXXIX. 14.* [4]) *Job XLI. 6.* [5]) *v. tract. 5. de Antichristo.* [6]) *Cf. I. Joann. IV. 16.*

splendoribus et diviciis atque omni gloria investierunt et ornaverunt cultoremque suum, id est amatorem huius mundi et vite huius seculi, et in nomine suo venientem, id est seipsum ob cupiditatem ad summos gradus ecclesie ingerente[m], obducti cecitate et tenebris profunde noctis sue proprie, in loco sanctorum summo et domo dei locaverunt.

Propter quod ydolum zeli[1]) spiritus Jhesu recessit de domo sua longe, ut paulo ante dicebatur, reliquitque a spiritu Jhesu desolatos christianos, et facta est sola civitas plena populo, facta inquam est vidua domina gencium, princeps provinciarum, facta est tota sub tributo, et ita omnia, que secuntur in Trenis Jeremie[2]) hic proprie poteris ecclesie christianorum applicare et amare deflere mala, que fiunt modo in Jerusalem mistica et preclara quondam ac celesti.

Recedente autem spiritu dei, qui solus facit unius moris habitare in domo[3]), recessit eciam unitas et communicacio a populo christiano, quasi recedente spiritu et vita a corpore hominis, illico omnia membra et conpages ipsorum atque societas ab invicem resoluntur. Divorcium itaque a deo vero et conversio ad deum huius mundi, id est ad amorem huius mundi in populo christiano, corrupit unitatem et conturbavit universitatem ecclesie sacrosancte, et introduxit scismata et errexit Antichristum et subiecit eidem populos infinitos.

Capitulum tricesimum sextum[a]).

De modis et causa discessionis in presenti a deo vero et domino Jhesu Christo, per quod universitas sanctorum est dirrupta[a]).

Ubi est advertendum, quod sicut in seculis huius mundi primitivis, quando omnes erant natura filii ire, et cum longe adhuc erat deus a genere humano atque cum adhuc nox profunda spisse ignorancie veri dei cooperuerat omnem carnem, agens cursum suum per medium iter secundum altissimam dei providenciam et temporum dispensacionem, tunc inquam eligere deos in terra et fabricare sibi recentes, secundum doctrinas et adinvenciones hominum falsas et mendacia ficta varie per operacionem spirituum inmundorum, erat peccatum

a) *ita AC.*

1) *Cf. Ezech. VIII. 5.* 2) *Cf. Thren. I. 1 sq.* 3) *Cf. Psalm. LXVII. 7.*

hominum grande nimis et apostatare a deo vero, qui est in celis, et erat simpliciter discessio a fidelitate ad infidelitatem et ad iniuriam domini dei altissimi, omnium conditoris, prout contigit plurimum gentibus per orbem terrarum dispersis; contigit eciam idem et[a]) Judeis iniquis, qui faciles semper ad ydolatriam deos gencium fictos sequebantur, dimisso deo suo, [f. 127a] unico, summo et vero.

Et ita homines unius dei veri per errorem et cecitatem fecerunt sibi multos deos et diversos per totum orbem, et per hoc sunt valde inter se[a]) diversificati et nimis a seipsis recesserunt, factique sunt sibimet contrarii et alienati et inimici, propter sequelam talem deorum infinitorum et variorum. Nam maxime diversitas[b]) dei et alienitas[c]) facit ad diversitatem populorum et alienacionem eorum ad[d]) invicem, quemadmodum e contrario unitas dei in populis supra modum facit ad unitatem populorum. Idem nuper ante est ostensum, quod puta hoc eciam intellexerunt reges gencium et Romani, qui populos et provincias sibi subiectas ad cultum unius dei alicuius[e]), quem volebant, summis studiis compellebant, Geroboam[f]) cupiens decem tribus ex Israel esse divisas a regno David et Jesusalem, mox excogitavit diversionem a deo uno Israel, quem Jerosolimis excolebant, et sic statuit ydola aureorum vitulorum a populis subiectis adoranda[1]).

Sicut igitur tunc adorare ydola et habere deos fictos corporaliter erat simpliciter recessio a deo vero et crimen pessimum infidelitatis et iniurie dei, ita nunc in tempore Jhesu Christi, in populo christiano et in diebus gracie et veritatis, non tantum eligere sibi deum ficticium[g]) et recentem et facere sibi ydolum, modo illo grosso et corporali, ut quondam prius in tenebris adhuc densissimis gentilitatis et maxime longinquitatis a deo vero[h]) commorantibus, esset iam christiano populo recedere a deo iam suo vero, sed facere iam sibi ydolum in[i]) spiritu et mente, et locare in templo spiritus sancti, id est amare hoc seculum et ea, que sunt in mundo, est recessio a deo et ydolatria christiana. Propter quod dictum est[2]): „Fugite

---

[a]) *om. C.* [b]) *corr. ab ed.;* diversitatem *AB.* [c]) alietas *(sic) A.* [d]) ab *C.* [e]) alicuius *C;* alienius *A.* [f]) Gorobam *C.* [g]) fictum *C.* [h]) *om. C.* [i]) et *false C.*

[1]) *Cf. III. Reg. XII. 28.* [2]) *Coloss. III. 5* (simulacrorum servitus).

avariciam, que est ydolorum servitus.“ In cuiuslibet[a]) vero dei[b]) possessione, sicut cupiditas, ita avaricia se ingerit et admiscet[c]). Abire igitur retrorsum[d]) post hoc seculum christiano nunc iam est ydolatria. Nunc inquam, quando iam est dies lucis et veritatis et cognicio meridiana veri dei et propinquitas summi dei ad homines in Christo Jhesu, ymo unio maxima dei ad homines et hominum cum deo, quia[e]) iam factus est non[f]) deus de longinquo, sed deus de prope, ymo deus iam intime inhabitans animas dignas se *(sic)* communiter omnium christianorum, cum iam deus in terris visus est et cum hominibus ambulavit, et cum iam verbum caro factum est et habitat in nobis, ymmo iam affecti christiani circa aliquid huius mundi amore et imitacione amplius quam ad Christum, deum verum, vel habitare animo[g]) in mundo [et] mente magis quam in domino deo suo, vel adherere amore huic mundo magis quam Christo Jhesu, vel magis respicere carnem suam quam Christum Jhesum, quod est ponere deum suum post carnem suam, id est primo et principalius inquirere, que sunt carnis et mundi, quam ea, que sunt dei, et[h]) illud iam est simpliciter apostatare a deo vero et eligere sibi magis ydola in spiritu mentis sue. Est inquam recedere simpliciter a deo vero et sequi deos huius mundi varios. Est[i]) eici a corpore Christi, veri dei, et trayci in corpus Antichristi, dei[k]) huius mundi, id est amatorum huius mundi. Et ista est discessio, que primum venit, scilicet ab[l]) amore Christi Jhesu, veri et unici dei christianorum atque intimi, ad amorem huius mundi et diversorum deorum, id est ymaginum rerum afficiencium nostram mentem in hoc mundo. Et ista diversitas deorum mistica, quos sibi christiani sic fabricaverunt et elegerunt et ad templum sancti spiritus locaverunt, est unica causa efficiens et efficax desolacionis a spiritu Jhesu, recessionis christianorum populorum ab invicem et [f. 127b] alienacionis eorum a Christo Jhesu et alienacionis ipsorum in et a se invicem, et ita convenienter ista causa est divisionis et corrupcionis universitatis gratissime in ecclesia sacrosancta.

Exhinc namque venit superhabudancia iniquitatis,

---

23) Discessio *A alia manu.*

a) *A corr.* b) rei *C.* c) admiscit *C.* d) *corr. A.* e) *rasura sequitur in A.* f) *corr. A.* g) a m̂o *A.* h) *om. C.* i) Et est *C.* k) *om. C.* l) sub *C.*

id est avaricie, et refrigerium caritatis multorum. Ubicumque vero habundancia avaricie et ambicionis, ibi est superhabundancia divisionis fratrum et contencionis atque discessionis, primum a deo suo, dehinc a se invicem, quoniam exinde venit multitudo diversa et multa diversitas congregacionum, societatum, fraternitatum per totam christianitatem de paribus studiis et simili affeccione compactarum et sibi ipsis veluti squame in Behemoth[a])[1]) adherencium per amorem suorum misticorum ydolorum, sicud est prophetatum[2]): „Erunt[b]) homines seipsos amantes."

Inde eciam emanavit diversitas regum et dominorum sibi invicem omnino [non] subordinatorum et non obediencium, ad seipsos varie attrahencium populos et distrahencium, hinc inde dominorum [multitudo][c]) alienorum a se invicem in nullo- que conportancium ad invicem secundum universitatem ecclesie, sed magis concertancium et belligerancium exicialiter mutuo et quasi cornibus decem discerpencium et diventilancium universitatem sanctam ecclesie atque per orbem populos christianos secundum descripcionem in Appokalypsi coccinee bestie plene- que[d]) nominibus blasphemie, habentis septem capita et cornua decem[3]), prout iam est superius per plura memoratum[4]) et infra multa de eodem proponentur[5]).

Inde similiter multe secte et contubernia hominum se invicem emulancium. Indeque multitudo religionum novarum et particularium atque doctrinarum variarum et adinvencionum hominum. Inde eciam multa figmenta per templa varia splendida et recencia, utpote sanctarum, ut vulgo famant, statuarum, ymaginum, que faciunt signa in populis et portenta, et multitudo reliquiarum et graciarum singularium, variis locis et templis acquisitarum laboriose et excogitatarum, per que seipsos huiusmodi homines varie ad populos commendant et ad se frequenciam populorum comparant, atque perinde sibi acquirunt divicias, gloriam[e]) et honores.

Omnis hec inquam varietas in familia unici veri[f]) dei[g]),

---

[a]) Vehemot C. [b]) *lacuna sequitur in A.* [c]) *add. ab ed.; lacuna in A.* [d]) plenaque *(sic) A.* [e]) *om. C.* [f]) verique *C.* [g]) *add. A sup. lin.*

[1]) *Cf. Job XLI. 6.* [2]) *II. Tim. III. 2.* [3]) *Cf. Apoc. XVII. passim.* [4]) *v. supra dist. IV, c. 15.* [5]) *v. libri III. tr. 6 de abominatione in loco sancto.*

Jhesu Christi, et in populo christiano valde quondam unito, atque omnis ista alienacio et diversificacio venit primum a causa iam superius assignata, puta a discessione ad mundum et carnem propriam, id est ad amorem et affeccionem eorum, relicto et amisso spiritu domini Jhesu crucifixi.

Capitulum tricesimum septimum[a]).

Quod sicud unitas patrum proficit et instruit[b]), ita pluralitas nimia patrum, magistrorum ac dominorum non subordinatorum in ecclesia Christi destruxit universitatem[c]).

[II] Et quemadmodum unitas dei facit valde, ut dictum est, ad esse universitatis solide et ordinate, ita unitas patris, unitas domini vel regis unitasque doctoris et magistri et similium valde nimis conferunt et necessaria sunt ad esse universitatis et ad eius conservari; et diversitas multaque et varia pluralitas istorum, non subordinata et non consentanea in eodem populo, valde nimis universitatem deordinat et destruit prepotenter.

Quapropter Christus universitatem suam instituens ecclesie sue dilecte, precepit suis et expressit, dicens[1]): „Vos autem nolite vocari Rabi: unus est enim magister vester, Christus. Omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vobis vocare super terram: unus est enim vester pater, qui in celis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester unus est Christus.“ Ita eciam apostolus, ubi hortatus est ad servandum unitatem spiritus sollicite, mox addit[2]): „Unus [f. 128a] dominus, unus deus, unus pater“, etc.; et alibi[3]): „Nam si, inquit[d]), sunt, qui dicantur dii, sive in celo, sive in terra, (siquidem sunt [dii] multi, et domini multi): nobis tamen unus deus pater, ex quo omnia et nos in illo; et unus dominus Jhesus Christus, [per quem omnia] et nos per illum“, quia nisi sit unus deus et unus dominus et unus pater ac magister in populo, universitas nequaquam ordinata[e]) institui poterit neque eciam conservari. Et similiter ad

18) Magistri, doctores etc., si prosunt universitati fidelium *A*.

a) *ita AC.* b) instituit *C.* c) *ita AC.* d) inquid *A.* e) *corr. ab ed.;* ordinante (?) *A.*

1) *Matth. XXIII. 8—10.* 2) *Cf. Eph. IV. 5. 6.* 3) *I. Cor. VIII. 5.*

idem Jacobus [1]): „Fratres, inquit, nolite plures magistri effici, scientes, quod gravius iudicium accipietis."

Unde hic est advertendum, quod licet pluralitas patrum et dominorum vel regum aut magistrorum vel huiusmodi sibimet inpertinencium et non subordinatorum neque connexorum vel dependencium ab se invicem in populo et super populos valde nimis universitatem sanctam disturbet et destruat ac deroget unitati spiritus sollicite[a]), et istam talem prohibuit fieri Christus et sancti eius in ecclesia dei, tamen pluralitas deorum et dominorum, pluralitas patrum et magistrorum et similium omnium ab unico deo et domino descendens et participium perinde ac denominacionem accipiens iuxta scripturam, que dicit [2]): „Pater misericordiarum, a quo omnis paternitas in celo et in terra dominatur", et ut supra apostolus inquit [3]): „Unus dominus, unus Christus, et nos per illum", nequaquam officit universitati vel ei ullomodo derogat[b]), sed magis est eidem valde necessaria et utilis, quoniam quotquot sint[c]) tales dii, domini, patres nobis magistri in universitate, omnes sunt[d]) ex uno et comportant ad unum et sunt invicem subordinati legittime, consentanei et condependentes a primo usque ad novissimum, et ideo plurimum confert decori et utilitati familie Christi Jhesu huiusmodi personarum et patrum varia pluralitas, et pro eo ad commendacionem pulchritudinis ecclesie dictum est [4]): „Circumamicta varietatibus", quemadmodum multa membra cum suis officiis in eodem corpore virginis, prout per plura superius est deductum [5]).

Propter quod omnes illi digne, quamvis participative, a Christo, unico essenciali domino et magistro, habentur et vocantur patres domini et magistri in populis et a populis christianis, qui sunt ordinarii in ecclesia, ut sunt papa et episcopi et sacerdotes curati et illi omnes, qui non seipsos ad gradus huiusmodi cupide ingesserunt, sed a Christo Jhesu et spiritu eius seu ab ecclesia Christi vocati, tamquam existentes de essencia et necessitate universitatis sancte ecclesie.

---

[a]) spiritus sollicite *om. C.* [b]) *om. C.* [c]) sunt *corr.* sint *A.* [d]) *om. C.*

[1]) *Jacobi III. 1.* [2]) *Eph. III. 15.* [3]) *Cf. Eph. IV. 6.* [4]) *Psalm. XLIV. 15.* [5]) *Cf. supra c. 7 et 17.*

Alii vero omnes, qui non sunt huiusmodi et tales, id est qui sunt adventicii et novi recentesque, undecumque a latere venientes in medium et in publicum, multo splendore et speciebus pietatis et virtutum seipsos coram populis commendantes segregantesque[a]) seipsos ac dedignantes communi forma et approbata subici et obedire curatis patribus plebium, sed seorsum vocantur vel vocant seipsos patres magistros et dominos in populis et a plebibus christianis, non existentes ordinarii neque subiecti ordinariis secundum superius notatam regulam[1]) et domini Jhesu et eius apostolorum primariam ordinacionem et sanxionem: illi sunt inquam et omnes tales, qui nos conturbant, id est universitatem sancte ecclesie et talium patrum dominorum et magistrorum, qui sic in nomine suo in ecclesiam veniunt et ascendunt. Multa et varia pluralitas per orbem ecclesie dilatata et corroborata valde nimis nocuit et nocet universitati eidem, quia unitatem eius [f. 128b] multum lesit et debilitavit et confudit ac contempsit dominacionem[b]) ac paternitatem primam et magistratum templi primarium et verum sanctum et necessarium, et splendoribus suis et commendacione sui ad plebes suppressit et vilificavit sacerdocium sacrosanctum. Dehinc adhuc amplius multiplicati super numerum illi novi[c]) patres et recentes magistri per universam ecclesiam, ad curias regum et principum ecclesie irruperunt et ipsis adheserunt et patres ordinarios propriosque sacerdotes coram ipsis varie contempserunt et post se abduxerunt. Etenim nulla[d]) via pocior, nullus modus expedicior potuit excogitari vel practicari a spiritibus astutissimis et malignis secundum communem[e]) altitudinem et operacionem Sathane ad disturbacionem ecclesie distraccionemque solide eius universitatis, quam sic per multos pseudopatres et pseudomagistros, ita nimie varios et novos, adornatos omni cultu religionis omnique specie iusticie et pietatis, et expeditos in omni sapiencia et sciencia et dilatatos ac roboratos choris fratrum[f]) conglebatis atque adherentibus sibi invicem et instructis quasi acies castrorum, quando cum omni

26) Quis modus competentissimus inventus est ad disturbacionem ecclesie Christi *D 2.*

[a]) *corr. A.* [b]) *om. C.* [c]) sancti *(sic) C.* [d]) Nulla igitur *cont. D 1. 2.* [e]) omnem *D 1. 2.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Oportet namque oc. *v. infra p. 307, lin. 9.*

[1]) *Cf. supra c. 18.*

sollicitudine et serie ad congressum belli instruuntur. Et istos patres et huiusmodi magistros pseudolos[a]) vocavit omnis scriptura superius allegata, que dicit[1]): „Vos autem nolite vocari Rabi. Unus est enim magister vester Christus. Et patrem nolite vobis vocari super terram", etc. Et iterum[2]): „Fratres, nolite plures magistri fieri", etc.

Ymmo omnis huiusmodi, qui in populo christiano et in familia Christi Jhesu, sic reclamante scriptura et reluctante veritate, in nomine suo venit ad esse dominum patrem vel magistrum, id est ingessit seipsum ad dignitates et gradus honorificencie, cupiditate propria urgente quocumque modo, dummodo vocatus, quasi Aaron, vel a spiritu Jhesu crucifixi et ipsius ecclesia vel alias legittime non fuerit[b]), omnis inquam talis assumens sibi tale[c]) nomen et gaudens de ipso in familia Jhesu crucifixi, ipse est fur et latro, est quoque blasphemus contra Christum Jhesum, unicum deum, dominum, patrem et unicum magistrum. Et multitudo talium componunt illam bestiam, quam dicit Jo[hannes] in Apokalipsi, plenam nominibus blasphemie, habentem[d]) capita septem et cornua decem[3]). Nomina etenim blasphemie, quibus bestia plena esse describitur, sunt omnia nomina honorificencie et glorie illorum regum, principum, dominorum, patrum, magistrorum et singularium[e]), qui non sunt ordinarii in universitate ecclesie et qui acquisierunt sibi ipsis illa nomina ex ambicione undecumque, non a Christo Jhesu et ipsius commissione et participio neque inducione spiritus ipsius, sed proprio errore et ambicione inpellente. Nullus enim ambigit, quodsi quispiam in dominium[f]) alicuius inpertinens sibi seipsum ingereret ambiciose et a sua familia sibi inpertinente procuraret seipsum vocari dominum vel patrem familias, gaudens de nomine illo pro se vendicato[g]), sibi reputaret verus et proprius dominus, fieri iniuriam et singularem blasphemiam, dum hoc fieret proprio herede invito et neque vocante talem ambiciosum vel ita seipsum ingerentem atque venientem[h]). Ita si quisquam in filiis cuiusquam alterius patris veri et proprii procuraret seipsum vocari patrem, aut si[i]) inter

---

[a]) pseudulos *C.* [b]) non fuerit *om. C.* [c]) *om. C.* [d]) *corr. ab ed.;* habens *omnes cod.* [e]) *corr. A;* singulorum *C.* [f]) *corr. ab ed.;* dominio *A et C.* [g]) *lacuna sequitur in A.* [h]) *ita emend. ab ed.;* que (q3) aunĉte *ponunt A et C.* [i]) *om. C.*

[1]) *Matth. XXIII. 8—9.* [2]) *Jacobi III. 1.* [3]) *Cf. Apoc. XVII.*

discipulos alienos gauderet se magistrum principalem vocari, nonne is contra patrem proprium blasphemaret vel adversum[a]) magistrum unicum et verum nomen blasphemie reportaret, [f. 129a] nisi id fieret, id est talis nominis, reverencie publice et honoris acquisicio et assumpcio, ordinarie et iuste, id est per participacionem et[b]) vocacionem ad id ab unico patre et vero magistro.

Similiter accipe de familia Jhesu crucifixi, id est universa christianitate, et de illis, qui seipsos ingerunt, non vocati a Christo ad esse dominos vel patres et magistros in populo christiano. Sunt nempe omnes blasphemi et ipsorum universa nomina sunt nomina blasphemie in Christum Jhesum, unicum dominum, unicum magistrum et patrem verum populi christiani. Unde quibusdam in ecclesia huiusmodi seipsos segregantibus simile contigit[c]), sicut filiabus Loth, que educte cum patre de Sodomis, ne a peccatis Sodomorum et Gomorreorum inquinarentur et cum communitate ipsorum absorberentur, existentes iam solitarie in monte cum patre, errore seducte, patrem suum inebriaverunt et incestum cum suo patre nepharie admiserunt. Opinabantur namque, quod ipse sole cum patre unico fuissent salvefacte super terram universam et quod genus hominum tantum per ipsarum incestum cum patre conservari in specie sua potuisset. Unde cum ambe de patre ebrio concepissent, per hoc due gentes valde magne et fortes sunt procreate, que gentes postea fuerunt filiis Israel semper offense in via eorum et nimis inpeditive ipsorum venire ad terram promissionis [1]).

Ita quedam[d]) in Christi Jhesu ecclesia filie, id est effeminate anime infirme et pusillanimes, videntes vel alias secundum faciem iudicantes multitudinem vulgi christianorum plebium perituram[e]) ob multitudinem iniquitatum et publicorum peccatorum, veluti[f]) Sodomam spiritualem et Gomorram, cum abba suo optato aut alias patre suo comparato de communitate populi christiani in montem ardue iusticie et perfeccionis confugerunt, tamquam de medio Sodome et Babilonis, ibidemque seorsum

---

15) Nota C.

a) adversus C. b) *om.* C. c) contingit C. d) *corr. ab ed.*; quidam *A et* C. e) *corr. ab ed.*; perituras *omnes cod.* f) cum veluti *A et* C.

1) *Cf. Gen. XIX.*

sibi convivium facientes, facti sunt homines amantes semetipsos segregantesque semetipsos et ex hoc filie itidem complacentes nimium in homine suo patre, inebriaverunt libidinose suum patrem, amore et delectacione ad seipsas, id est affeccione quadam, que non ex spiritu Jhesu, sed ex carne emanavit, quia perinde soporatus sompnio[a]) excecacionis et ignorancie, suis filiabus accubuit et ex eisdem vivos populos generavit, qui vivi populi, videlicet Moab et Amon mistici, se in via filiorum Israhel et ex adverso locaverunt, facti nimium inpedimento sanctis dei ad terram promissionis veniendi, meretrices comptas similiter misticas et clamorosas, nichil prorsus scientes in via et prospectu collocantes[b]), dicentesque ad parvulos et vecordes per viam gradientes[1]): „Aque furtive dulciores sunt et panis absconditus suavior." Quos concernit iste sermo parabolicus[2]): „Qui legit, inteligat."

Hoc tamen ex consciencia et opinione mea puto dicendum, quod verba et textum litere prophetarum[c]) ad presencia secula reflectendo et interpretando singula, prout magis proprie valent ad statum presentem ecclesie applicari, tunc omnia et singula, que de Amon et Moab in prophetis dicuntur, notare de plano videntur illorum virorum multitudines, qui communitatem vulgi christiani fugientes segregantesque seipsos, ut paulo ante dictum est[3]), inceperunt esse[d]) homines seipsos amantes private et in seipsis et[e]) in statu suo complacentes.

Ex quibus puto esse manifeste inferendum, quod pro universitate[f]) familie Christi Jhesu seu sancte ecclesie stabilienda, confirmanda et reformanda expediens [f. 129[b]] foret et valde necessarium pluralitatem talem variam et extraordinariam patrum et dominorum et pseudochristorum magistrorum et pseudoprophetarum tollendam esse de medio et summo studio exstirpandam iuxta prophetam, qui dicit[4]): „Eo, quod populus iste appropinquat ore suo et labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est a me, et timuerunt me man-

---

16) In nomine domini nostri Jhesu *C.*

[a]) sompno *C.* [b]) et *add. A ante corr. et C.* [c]) verba prophetarum et litere in textu *C.* [d]) *add. A in m.* [e]) *om. C.* [f]) per universitatem *C.*

[1]) *Prov. IX. 17.* [2]) *Matth. XXIV. 15.* [3]) *v. supra c. 30.* [4]) *Isaiae XIX. 13—15.*

dato hominum et doctrinis: ideo ecce, ego addam vel admiracionem[a]) faciam populo huic miraculo grandi et stupendo. Peribit enim sapiencia a sapientibus eius et intellectus prudencium eius abscondetur. Ve, qui profundi estis corde, ut a domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera." Hii sunt ceci et duces cecorum, de quibus veritas dicit[1]): „Omnis plantacio, quam non plantavit pater meus, eradicabitur. Sinite eos, quia ceci sunt et duces cecorum." De hiisdem iterum veritas ait[2]): „Quod si sal infatuatum fuerit, ad nichilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus." Et illud est, quod optat talibus apostolus, dicens[3]): „Utinam abscindantur, qui vos conturbant."

1. *Distinctio secundum Paulum apostolum* Rom. XII. 3—6, I. Cor. XII. 11—29, Eph. IV. 3—16: 196—198.

2. *Distinctio secundum Dionysium Areopagitam* De eccl. hier. c. 5 et 6: 199—200.

3. *Distinctio secundum auctorem ipsum Regularum:*

a) *Distinctio quoad gradus seu ordines ecclesiasticos.* Omnis distinctio e-ae est ad hoc facta et ex hoc, ut animae salvandorum procurentur et salventur 201. Exinde possint sumi et numerari membra principalia et essentialia totius e-ae, puta ex illis personis, quae habent curam animarum. Sunt autem tres personae curatae aut *tres ordines personarum curatarum: papa, episcopi, plebani.* Iste ordo in principio per Jhesum Christum est conceptus et confirmatus in e-a originali 201 (explicatur 202). Ossa corporis e-ae magna et fortia 204.

Sed postea per spiritum s. et eius ecclesiam additi sunt *quattuor ordines* similiter curatarum personarum, sed a latere et minus essentiales: *pa-*

triarchae (v. PATRIARCHAE), *archiepiscopi, archidiaconi et decani* 202, quasi duae manus et duo crura, *ib.*

Alii autem omnes clerici et sacerdotes in e-a sunt appendicii et dicuntur *opitulationes* 202: pro papa *cardinales* 202—203 (v. CARDINALES), pro episcopis *canonici cathedrales* et pro plebanis *vicarii* 204. Sunt quasi cartilago e-ae corporis; *populus plebeius* sunt carnes cartilagini adhaerentes et ossibus sustentatae 204. Cf. 210: pater familias novissimus articulus corporis e-ae.

Tali consideratione tota universalis e-a dei (e-a catholica) in *septem partiales e-as* dividitur (quasi in septem membra principalia): I. tres e-ae magis principales (1. e-a papae collecta ex cardinalibus et suo proprio et inmediato episcopatu Romano; 2. e-a episcoporum et ipsorum dyocoesum vel collegiorum ex canonicis et clericis ipsis adiacentibus; 3. e-a plebanorum cum ipsorum sacerdociis et parochiis); II. quattuor e-ae minus principales (4. patriarchae, 5. archipresbyteri vel archiepiscopi, 6. archidiaconi, 7. decani) 205.

b) *Distinctio quoad utrumque statum, sc. clericorum et laicorum* (quae magis accedit ad vulgarem omnium opinionem; cf. 208: distinctio articulorum seu graduum in clericis videtur apcior quam d. iuncturarum).

1. *brachium saeculare,* 2. *brachium spirituale,* vel 1. gubernatio in ecclesia potestatis regiae et imperialis et 2. gubernatio sacerdotalis 206. Ista sunt duo brachia in ecclesia vel duae manus corporis e-ae sacrosanctae, quae e-am totam pulcherrime ambiunt, protegunt et gubernant; ϒ sunt designati per duos gladios 206. In istis brachiis venustissimis virginis sunt *septem iuncturae* articulorum; I. *in brachio saeculari:* 1. imperator, 2. rex, 3. magister militum vel dux, 4. baro, 5. miles, 5. balivus vel plebeius iusticiarius, 7. yconomus vel paterfamilias 206. Praeterea in extrema plebe (vel communitate) habentur duodecim consules aut seniores populi, qui una cum communi iudice (iudex populi polex) in sua republica omnem iustitiam comprehendunt et exequuntur 207. II. *in brachio spirituali:* 1. sacerdos, 2. diaconus, 3. subdiaconus, 4. accolitus, 5. lector, 6. hostiarius, 7. exhorcista 207.

c) *Distinctio in tres status communes et notabiles:* 1. coniugalium, 2. continentium, 3. virginum 208.

Conclusiones ex dictis de distinctione ecclesiae. a) *Investigatio* hominum per supradictos articulos et iuncturas 208, cf. 252. Ad videndum, quomodo praesens Christi Jhesu e-a ad modum primitivae familiae Christi distinguitur, adducitur, quod brachium dextrum et spirituale e-ae continet sex iuncturas legitimas vel articulos 210 et similiter brachium e-ae sinistrum (milites sunt opitulationes) 212; hii duodecim articuli concurrunt in unum articulum communem, Jhesum Christum *ib.;* itaqua Jhesus et spiritus eius (collum) in se et ex se faciunt articulum, qui est tredecimus, communis aliis omnibus et omnium aliorum contentivus *ib.,* et cui adhaeret totus populus in 12 articulos existens divisus nimis apte et ornate *ib.* Articuli e-ae, quamvis sibi invicem subordinati existant, tamen omnes inmediate Christo Jhesu adhaerent et ab ipso solo suarum operationum virtutem et influentiam indefesse sortiuntur 213 (exemplum

de corpore et anima seu capitis vi influxiva 213). Christus Jhesus est spiritus et vita suae e-ae et sui corporis mystici, praesens semper et ubique toti et cuilibet minutiae 213. Articulis e-ae datum est cooperatores esse et instrumenta dei in regimine et salute electorum et esse conformes imagini unigeniti filii dei 214; alias sunt Antichristi *ib.*

b) *Judicatio articulorum ecclesiae.* Declaratur distinctio propria et adaequata duodecim sedium (Matth. XXIV. 47), duodecim boum templi Salomonis, duodecim leonum (II. Par. IV. 4), duodecim portarum Jerusalem (I. Par. IX. 22), duodecim panum sabbatis (Levit. XXIV. 5) 215—216; et explicatur, quomodo impii de sedibus praedictis duodecim successive proicientur foras et sancti pro eis successive assumentur 216—219 et quomodo sancti et iusti iniquos in die iudicii iudicabunt (papae papas, episcopi episcopos etc.) 219—220.

Epitheta de distinctione ecclesiae: distinctio conformis 196; pulchra et regulata 166; pulcherrima 198.

DIST. III. — DE PROPORTIONE DEBITA MEMBRORUM ECCLESIAE. Definitio. Decor et pulchritudo spiritualis et moralis in mystico Christi corpore ab extra est, 1) cum membra et articuli e-ae sunt in seipsis integra et bene formata, 2) cum observant inter se aequalitatem debitam et suam mensuram, 3) cum custodiunt ad alia superiora et inferiora iustitiae proportionem, 4) cum quodlibet membrum manens in suo gradu, dum et quando oportet, exercet suum officium in ordine ad totum corpus e-ae 221. Quando ista deficiunt, tunc destructa est e-ae pulchritudo 221. Explicantur quattuor casus praedicti pulchritudinis e-ae 222.

Consequentiae de causis destitutionis e-ae: Omnis peccans, primum sacerdos vel alias clericus, non tantum seipsum damnat, sed etiam facit maculam et deformitatem toti corpori e ae 223; indignissima est confusio et deordinatio in e-a, cum quaedam personae de loco peditarum (= monachi) locant seipsos in capite et in loco oculorum esse gloriantur 223; ista in e-a contingit ex torpore et somnolentia vigilum et custodum *ib.*, sc. papae, episcoporum, sacerdotum curatorum 224—226; v. PAPA, EPISCOPI SACERDOTES.

Alia causa destitutionis e-ae est, quod manus sinistra (saecularis) magis regit in populo christiano quam manus dextra; quod evenit 1) ex parte vulgi carnalis 229—230; 2) ex parte christianorum principum 230—233; 3) ex parte carnalium sacerdotum 233. Ad 1): vulgus carnale cum maiore timore et reverentia atque promptitudine oboedit principibus terrae quam dei sacerdotibus 229; punitur dure et gemit subditum iugo ferreo tyrannorum, quoniam propter peccata populi deus permittit regnare hypocritam 230. — Ad 2) principes christiani, contempta humilitate et patientia Jhesu Christi, constituerunt regnare super populum christianum per potentiam et per fastum et omnem tyrannidem ad modum regum gentium et tyrannorum, quasi „domini naturales." Constituerunt regnum Antichristi 230, sicque facti sunt una bestia ascendens per superbiam et successive veniens de mari (Apo. XIII. 1); et pleni blasphemia contra Jhesum 231. Principes terrae contemnunt et impediunt iurisdictionem, libertatem et potestatem sacerdotum, et ipsi populum faciunt verbo et

exemplo suo rebellem et inoboedientem suis sacerdotibus propriis, ita ut manus sinistra in eodem corpore facta sit manui principali ad impedimentum et aggravamen suae libertatis 232. — Ad 3) destitutio e-ae facta est ex parte carnalium sacerdotum ex eo, quod sacerdotes facti sutn inbecilles et infatuati et per hoc contemptibiles a populo 233; quod sacerdotes sunt pusillanimes et muliebres 234; quod sacerdotibus placet societas amatorum huius vitae et participatio omnium, quae ipsi diligunt *ib.;* quod obliti Jhesu crucifixi, crucem d. Jhesu et eius ignorantiam proiecerunt 234; quod manus e-ae sinistra est nimis impinguata, manus vero dextra valde est extenuata et infirmata, et hoc idem a) quia repleri se elegit magis divitiis, deliciis et honoribus huius mundi, sicut et manus sinistra (quod consequentia erat cupiditatis et ambitionis rerum temporalium 235, avaritiae 236—238); b) quia reliquit operari opus suum proprium, puta diligentem salutem et curam animarum seu operatur illud pro mercede et commodo temporali 238; c) quia violata est proportio inter articulos manus dextrae 239; sacerdotes superiores inceperunt dominari in clero et suam potestatem dilatare et potestatem suorum consacerdotum, quamvis inferiorum, contrahere 240. Ex hoc evenit, quod papa ad se contraxit collationem universorum beneficiorum per e-am 241; ex quo exemptiones et reservationes casuum *ib.;* per ista auctoritas et iurisdictio sacerdotum curatorum est abbreviata et per hoc multa inoboedientia et irreverentia ad suos sacerdotes est in plebes intromissa; hinc venit magna destructio morum et disciplinae in plebibus et dissipatio christianae religionis 241, v. PAPA, EPISCOPI, SACERDOTES, POPULUS 242—247; d) quarta causa destitutionis e-ae sunt monachi 248—256, v. MONACHI.

Alia causa destitutionis e-ae sunt adinventiones hominum (variae regulae vivendi et praecepta) 257, v. INVENTIONES. Probatur, quod neque Jhesus neque apostoli dederunt multa praecepta suis posteris, sed solum unicum praeceptum charitatis et unicum sacrificium eucharistiae 259—262. Ad reformandam pacem et unionem e-ae expedit reducere e-am ad sua primordia salubria et compendiosa, quanto paucioribus et apostolicis mandatis reservatis, quoniam lex spiritus sancti, evangelium et patres ordinarii plebium (papa, episcopi, plebani et opitulationes eorum) omnino sufficiunt ad directionem legitimam populorum 263. — Quod consuetudines multae et variae, quae venerunt ex doctrinis et adinventionibus hominum, sint valde nocivae et exstirpandae 265—266, v. CONSUETUDINES; similiter diversitas conversationis et actuum in familiis et fratribus est contraria unitati e-ae et spiritui Jhesu Christi 266—267, quia venit ex amore sui ipsius, ex superbia et conplacentia ad seipsum et vergit ad conturbationem aliorum et divisionem molestam proximorum 266.

DIST. IV. — DE UNIVERSITATE ECCLESIAE. Epitheta: u. dulcissima unitasque e ae sacrosanctae 259; e-ae sanctae iocundissima unitas et communio catholica 270; iocundissima et pulcherrima universitas 271; u. clarissima et unica bona et supersancta et superpulcherrima e-ae Jhesu crucifixi 277; univ. gratissima sanctae e-ae 279; univ. dilectissima 279; univ. e-ae praeclara 280; sancta 281, 296, 298; univ. sacrosancta 283; gratissima *ib.;* univ.

est ex Jhesu Christo ab uno et ad ipsum unum et per unum 284; univ. dulcissimae Christi e-ae 286; u. sanctissima 287; univ. sanctorum 293; u. gratissima in e-a sacrosancta 295; u. e-ae Christi dilectae 297; u. dulcissima 304.

Ad notionem (1). Universitas hic accepta et gerarchia b. Dionysii sunt prorsus eadem, nisi quod voces sunt distinctae 268; definitio universitatis *ib.*; pulchritudinis causa comparata est per b. Dionysium caelesti curiae, per b. Johannem ap. tabernaculo dei cum hominibus atque virgini sponsae, et per b. Paulum ap. universitati membrorum corporis humani et harmoniae organicae ipsorum 269; pulchritudo s. e-ae nulli rei in mundo (secundum auctorem) valet magis proprie comparari vel aequari quam corpori virginis decorae iam nubilis seu nuptae compositionique decorae et commensuratae membrorum eius *ib.*

Conclusiones: omnis christianus, de quanto magis vel minus sapit unitatem e-ae, de tanto magis vel minus participat spiritum Jhesu Christi (et e converso) 270; cum autem venerunt in e-am homines seipsos amantes, tunc manifeste incepit e-a scindi per partes *ib.* (cf. SCHISMA): ex quo sequitur, quod e-ae unitas reformari non poterit ad plenum, nisi prius homines seipsos amantes tollantur de medio et in locum ipsorum ponantur aemulantes praefatam e-ae unionem 270.

I. modus nocendi universitati ecclesiae. Universitati e-ae nocent seipsos amantes et, quae sua sunt, inquirentes non solum in rebus corporalibus, sed etiam in rebus spiritualibus (= monachi) 271; hii non modice nocent universitati, tanto magis, quanto magis incipiunt praepollere in sua privata iustitia et religione inventitia et sanctitate 272; qualiter monachi ponant seipsos in summa reverentia et honore in e-a et qualiter plebeio populo ponant magnam carnis libertatem et relaxationem totius christianae disciplinae 272; persecutio s. virorum laicorum 272—274. Per ista laici carnales, videntes persecutionem laicorum sanctorum et insuper excusari suam vitam saecularem et multis modis blandiri suis moribus communibus, fiunt sibi ipsis placentes in conversatione sua dissoluta, credunt se bene stare in fide christiana et vituperant laicos sanctos 273—274; sancti laici timidi et occulti 274.

II. modus nocendi universitati ecclesiae. Opinio vulgi christiani, quod sanctam vitam ducere sit necessarium solum vel maxime in religionibus 275; propter quod sancti christiani fere omnes mox fugiunt de medio vulgi, crudeliter sentientes de ipso, et intrant ad claustra 275; claustrorum delicia et plebeia conversatio *ib.* Unde perniciosa e-ae divisio, cribratio quaedam contingit, puta quod firmiores christiani fugiunt de medio infirmorum et non est, qui verbo vel exemplo christianos populos ad devotionem fidei exhortetur 276—277; similitudo de carnibus et ossibus, de sale terrae et cibo saliendo 276, de semine et terra 277; christ. populus, existens depauperatus a convictu et fulcimento virorum spiritualium, factus est inbecillis et contenebratus nimis et coangulatus in terrenis *ib.* Appellatio ad archiep. Joannem de Jenstein, ut producat sanctos viros ex claustris et dispergat totam multitudinem ipsorum per universitatem e-ae pro illuminandis rudibus et simplicibus rusticis 277—279.

III. modus nocendi universitati ecclesiae. Modus subtilissimus nocendi universitati e-ae est, quod contra universitatem communem christianorum ponantur universitates variae monachorum (religiones variae contra religionem universalem) 280—281. Conturbare universitatem videntur maxime 1° illi, qui commutant suas primordenas locationes et renuunt suos gradus, altiora petendo 281 (exempla), et 2° illi, qui distincta officia et operationes legitime in e-a confundunt et variant, aliena curiose pro se vendicantes et propria non curantes, ex. gr. cum sacerdotes implicent seipsos varie saecularibus negociis vel cum monachi irrumpant ad civitates et intromittant se de plebibus inportune et infeste 283.

Ad notionem (2). Secundum ethymologiam universitas dicta est quasi ab uno versibilitas in et ad multa, vel ad unum multorum conversibilitas, vel unitatis diversitas 283. Ex quibus sequitur, quod tres sunt respectus vel relationes principales in omnibus suppositis universitatis: 1us ad unum, 2us ad ordinem u-tis vel ad communitatem, 3us ad seipsum 283. Primus respectus facit oboedientiam deo, secundus oboedientiam suis superioribus et ordinationem iustam suis inferioribus, tertius facit hominem tenere suum gradum et in sua vocatione permanere 284 (explicatur).

Conclusiones: Omnis christianus, qui habet spiritum Jhesu, habundat hiis respectibus vel relationibus in omnibus suis actibus et studiis, et ipse est de u-te e-ae propriae et de communitate sanctorum. Et omnis christianus, qui deficit ab hiis tribus gradibus, deficit a spiritu Jhesu Christi, et non est de communione sanctorum et de universitate sanctae e-ae 284. Omnis, quanto quis habundat hiis tribus respectibus, tanto est similior trinitati, et appropinquavit ad imaginem et similitudinem dei et d. Jhesu Christi 285. Conclusiones ulteriores de iis, qui amant Christum per spiritum sanctum et inquirunt bonum s. e-ae, et de iis, qui nocent e-ae et non afficiuntur circa bona vel mala e-ae (quattuor signa) 285—286, et particulariter de hominibus seipsos amantibus (= monachi prout ethnici et publicani) 286. Quanto quis in u-te gradum continet altiorem, tanto debet hiis tribus respectibus charitatis et vigilantiae habundare 287.

Ad notionem (3). Determinatio nominis „universitas": u. dicitur ab uno aliquo, ad quod omnia supposita habent ordinem et attributionem 287. Illud unum faciens unitatem e-ae est I. unus deus, II. unus pater, III. una religio, IV. una lex, V. una consuetudo, uniformis conversatio, uniformes actus *ib.*

I. Universitas et unitas dei (cf. DEUS). Unitas dei in populo facit ipsum populum valde unum; ipsa est primum et principale, quod facit intrinsece et essentialiter ad unitatem populi 288. Et idcirco populus christianus, quamdiu adhaesit uni deo, tamdiu fuit maxima unitas et concordantia in eo; sed cum recessit ab adhaesione dei, tunc recessit ab unitate e-ae et tunc completa est discessio *ib.* (cf. SCHISMA). Omnes christiani, qui habent spiritum Jhesu crucifixi et aguntur eodem spiritu, sunt unica e-a, sc. Christi et sponsa eius formosa et corpus eius; et ipsi non sunt de hoc mundo et istos mundus odit. Sunt tabernaculum dei et templum spiritus sancti. Et alii omnes desertati a spiritu Jhesu sunt Antichristi et

corpus A-i et meretrix fornicaria eius; ex quibus venit Antichristus et per eos est in e-a sanctorum (cf. ANTICHRISTUS) 290; tribulatio e-ae sanctis dei per e-am 291. Sathanae modus exquisitus operandi in e-a 291—292. Propter idolum zeli (Ez. VIII. 5), i. e. spiritum huius mundi recessit spiritus Jhesu de domo sua longe; recedente autem spiritu dei recessit etiam unitas et communicatio a populo christiano 293; introducta sunt schismata et erectus est Antichristus *ib.* (cf. ANTICHRISTUS, DEUS). Discessio ab amore Jhesu Christi ad amorem huius mundi, ista diversitas deorum mystica est unica causa efficiens et efficax desolationis a spiritu Jhesu, recessionis populorum christianorum ab invicem et ita convenienter divisionis et corruptionis universitatis in e-a 295. Exhinc venit superhabundantia iniquitatis, i. e. avaritiae et refrigerium charitatis, exinde venit multitudo congregationum, diversitas regum et dominorum, multae sectae et contubernia hominum se invicem aemulantium, multitudo religionum novarum atque doctrinarum variarum et adinventionum hominum, multa figmenta per templa varia splendida et recentia, utpote s. statuarum, imaginum, reliquiarum et gratiarum singularium 296.

II. Universitas et unitas patris. Unitas patris (domini vel regis, doctoris, magistri etc.) valde nimis confert et necessaria est ad esse u-tis et ad eius conservationem, et diversitas istorum valde nimis u-tem destruit 297. De necessaria et utili universitate patrum, qui vocantur patres, domini et magistri in populis christianis ordinarii (papa, episcopi, sacerdotes curati) 298; opp.: patres adventitii et novi recentesque 299; pseudopatres et pseudomagistri *ib.*, magistri pseudoli, furones et latrones, blasphemi contra Christum, quorum multitudo componit bestiam Apoc. 300; comparantur filiabus Loth 301—302 et mysticis Amon et Moab 302; caeci et duces caecorum 303. Conclusio: pro universitate e-ae reformanda expediens foret et valde necessarium pluralitatem variam et extraordinariam pseudopatrum tollendam esse de medio et summo studio exstirpandam 302; aut subordinare tales patres et coartare ad subiectionem veris pro priis et inmediatis propriis, utpote curatis sacerdotibus et episcopis 303.

III. Universitas e-ae et unitas religionis. Religio est cultus dei unius (cf. RELIGIO). Necesse est unius dei esse unum cultum et unam religionem. Varietas religionum, quamvis circa unum deum, supramodum varias facit habitudines populorum ad se invicem et introducit alienationem segregationemque christianorum ab invicem; per quod disturbatur universitas et destruitur unitas e-ae 304; nomen „religiones“ non convenit societatibus monachorum *ib.* (probatur). Deducitur, quod diversitas religionum in populo christiano introducat alienitatem hominum ad seipsos et deroget communi christianae religioni 305—306.

IV. Universitas e-ae et unitas legis atque regularum vitae hominum. Una lex facit maxime ad esse unum populum (lex ex „lego legis“); populus christianus principaliter per hoc est unus effectus et nuncupatus, quia habet unicum legislatorem et unam legem, quae Ps. LXVII. 7 „mos vivendi“ appellatur et quam solus deus et spiritus eius inducere potuerat 306; explicatur 307—308; v. LEX.

B) *ECCLESIA HIERARCHICA* v. Ecclesia sanctorum, passim (expositionem coniunctionis harum duarum notionum quaere in libro bohemico editoris de Mag. Matthia de Janov, p. 154—181).

C) *ECCLESIA MALIGNANTIUM* sunt christiani et primum sacerdotes et clerici amatores huius mundi; schisma factum est in e. m. 157; multitudo hypocritarum vel carnalium christianorum et primum sacerdotum et clericorum 159; varietas bestiae Antichristi et e-ae m., quae ex Cayn homicida sumpsit principium (opp.: universitas e-ae Christi ab Abel, primo iusto, inchoata) 285; — appellatur: corpus Antichristi 158; meretrix clamosa spiritualis, sc. Babylon 159; fornicaria mystica in fide et religione christiana 160.

D) *ECCLESIA PRIMITIVA:* e. primitivorum 174; e. primitiva 180; e. originalis 201; sine multiplicitate accidentali e. Christi in apostolis et episcopis bene stabat 145; charitas, quae diligit ordinem e-ae pr ae 283; christiani uniti secundum typum e-ae pr-ae 185; in e-a originali tres ordines personarum curatarum 201; quod papa contraxit ad se collationem beneficiorum, nequaquam ordinatione e-ae sanctae primaria est institutum vel sanxitum 241; primitiva potestas 242; communitas bonorum apud monachos nequaquam est similis e-ae primitivorum christianorum et s. apostolorum 181; cf. *A)* Ecclesiam sanctorum, passim.

E) *ECCLESIAE STATUS PRAESENS* v. *A) ECCLESIA SANCTORUM* et SCHISMA, MONACHI, POPULUS, PRAEDICATORES, PSEUDOPROPHETAE, SACERDOTES.

ELECTI: e. dei 194, sancti dei 194, 195; tempus tribulationis e-orum 195.

ELOQUENTIAE studium hypocritarum 60, cf. PSEUDOPROPHETAE.

EPISCOPI, ordo principalis ecclesiae 201, cf. ECCLESIA dist. II; — e-i sunt causa deformitatis Christi Jhesu familiae: exhibent seipsos plebanis nimis elevatos et dominantes in clero 224; non habent sollicitudinem dignam de bona et utili ordinatione curatorum 225; alii e-i habent suum cor ad suam propriam devotionem privatam exquirendam *ib.*, cf. 239; suos archidiaconos debita animadvertentia non attendunt 226; — e-i sacerdotes curatos in multis coartant et impediunt ipsorum communem potestatem in tantum, quod etiam volunt de manu sua praedicatores et vicarios curatorum locare 247; e-i effecerunt sibi sacerdotes curatos in multis quasi homines suos censuales *ib.*

EUCHARISTIA:

I. Epitheta specialia de sacramento e-ae atque eius sumptione (ordine alphabetico): azima sinceritatis et veritatis 37; — bonum in populo christiano 39; — cena patrisfamilias 134; c. sacratissima 134; — cibus homini proprius 28, c. mirabilis 28, 33, etc.; — conspersio 36; — corpus et sanguis preciosus 137; — panis artus et aqua brevis (Jo. XXX. 20) 37; p. coelestis 138; p. plebeiorum appropriatus et coelestis 28; p. primus 29; p. propositionis (Mt. XII, 4) 33; p. noster quottidianus 52; p. vivus 32, 34; — pascha nostrum 71; p. immolatum pro nobis 135; — regula veritatis et gratiae 37; — sacrificium iuge 70, 218; s. unicum supersubstantiale et supercoeleste 260; — sacramentum: divinum 71, dulcissimum et tre-

mendum 28; nostrum mirabile 32, nostrum mirabile et tremendum 37, nostrum supersubstantiale 137, venerabile 38.

II. Communio eucharistiae temporibus praeteritis: apostoli in primitiva ecclesia valebant et de facto faciebant quottidianam communionem 136; — constitutio Anacleti et Fabiani 134, 136; — quamdiu in ecclesia Christi fuit fervor charitatis et habundantia virtutis, tamdiu communitas christiana quottidie et |sepe istud nostrum veritatis azima iterabat; sed postquam multorum refriguit charitas et habundavit iniquitas, tum mox plebs christiana cessavit a frequenti communione huius panis 37—38, cf. 265 (quando cessavit illa saluberrima consuetudo).

III. Communionis eucharistiae status praesens: questio de manducatione quottidiana vel crebra a plebeis multum invaluit, saltem inter communes et simplices 70; promotores et impeditores *ib.*

IV. Eucharistia quid sit et quid in ea (cf. *Epitheta specialia):* vitae sustentamentum 28; liber mandatorum dei 32, volumen *ib.;* est proprie liber vitae scriptus intus et foris, traditus prophetae et evangelistae et per consequens omni christiano ad vorandum 36; doctor tuus et praeceptor 37; in isto sacramento est collectio omnium perfectionum optatarum et optabilium ad suum esse, vivere et intelligere cuilibet hominum capacium, veluti omnium sustentaculorum substantiae, omnium gubernaculorum vitae, omnium veritatum intelligentiae, et omne bonum 33. Ita iste panis communis omnium 1° est cibus et potus, 2° est regula et magister, 3° est sibi verbum et omnis sapientia et veritas *ib.;* est veritas, regula vitae generalis omnium hominum 35; una et generalis vitae christianae regula et lex *ib.;* est gratia et veritas atque sapientia incarnata 36; summa gratiae et veritatis christianae 38. Cf. infra sub VII. *Effectus.*

V. Rationes frequentis communionis eucharistiae (cf. etiam sub IV et VI): quottidianam communionem esse licitam, utilem et necessariam omni populo fideli christiano Christus evidenter determinavit et expressit in constitutione suae orationis 137; Jhesus reliquit homini liberam voluntatem quoad crebram vel tardiorem manducationem huius cibi, innuit tamen nihilominus fore necessarium ipsius sumptionem crebriorem 138.

VI. Effectus frequentis communionis eucharistiae: totum cibat et instruit hominem 33; illuminat intellectum digne manducantis ad cognoscendam veritatem et regulam vitae utilem 34—35, cf. 38; illuminat et docet de omnibus 36; docet omnem veritatem *ib.;* docet intus et foris et illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum *ib.;* non tantum confortat, sed etiam docet omnem veritatem necessariam ad salutem 36; inde communicans assumit cognitionem veritatis suae vitae utilis. accipit inde confirmationem ad standum et ambulandum in veritate, et per frequentationem crebram ipsius continue istorum memoria vivaciter in homine renovatur 35; — per hoc discernitur christianus amans legem evangelicam et regulam religionis christianae et is, qui minime suum summum bonum intelligit 37; frequenter communicantes et communicare docentes iuste et sancte faciunt secunturque vestigia Christi Jhesu et eius testium 69; frequens communio saluti vicina 50; — unio cum Christo

secundum interiorem et novum hominem 52; — sacrificium corporis Christi primo et principaliter habet efficere et potest in dei ecclesia unitatem et conservare universitatem sacrosanctam 260.

VII. Impeditores frequentis communionis eucharistiae: pseudoli 27, pseudoprophetae 38, iniqui et non fideles 39, brachia Antichristi 218; — corripiuntur a lege naturali 25, cf. 26; ignorantia et crudelitas ipsorum 25; ignorantia et mendacium 25—26; superbia, invidia et impotentia ipsorum 26; caecitas et iniustitia eorum 27; stulti esse demonstrantur 28; non habere zelum ad legem evangelicam et gratiam et veritatem factam per Jhesum Christum 38.

VIII. Quaestiones dogmaticae:

a) *Species communionis:* species veri panis et vini, species communissimae et inter cibos et quoad usum animalium; inde nomen panis = ἅπαν et vinum = vis omnium, vis hominum 33; eucharistia praestita in communi cibo et potu sub speciebus communissimis, scil. panis et vini 35, frequentatio comestionis corporis et sanguinis Jhesu Christi 50.

b) *Sacerdotes:* licet s. praecedant plebeios in ordine officii, non tamen in dignitate manducationis 26.

c) *Communio spiritualis et sacramentalis:* probatur, quod non sufficiat communio tantum spiritualis: 1. in N. T. iam datum est homini, qui est compositus ex carne et intellectu, verbum caro factum ad manducandum, 2. c. spir. non ita integre hominem reformat sicut c. sacr. 31—32.

EXEMPTIONES infinitarum personarum nec non conventuum multorum a iurisdiccione ordinariorum propriorum 241. Cf. ECCLESIA, dist. III.

EXHORCISTA, septima iunctura brachii spiritualis 207.

FIDES: fidei christianae articuli sunt ab unica regula veritatis et ad eam dirigunt cognoscendam in credendis 16; — huius mundi victoria, quae est fides in Jhesum Christum 67.

GENUS generalissimum (alias subiectum attributionis) v. SCIENTIA.

GLADII duo (censurae duae) acutissimi, fortes, magni et elimati = potestas regia et potestas sacerdotalis 206. Cf. ECCLESIA, dist. II.

HAERETICI vel tyranni aliquando 280.

HOMO: h. qui sentit et cognoscit (opp.: insensibilia) 22; — in primitivis saeculis omnes erant filii irae 293—294; homo vetus et terrestris 234; h. deformatus a veritate et per hoc irregularis effectus 22; — dignissima natura hominum, h. nobilissimus atque liberae voluntatis 307; actio spiritus sancti in h-bus *ib.*; h. habet rationem veluti suum summum bonum 21; quilibet h. naturaliter habet inscriptam et inditam notitiam veritatis (lex naturalis) 25; cf. VERITAS; — h. interior et novus, qui secundum deum creatus est 52; duo principalia intrinseca: voluntas h-is bona et gratia dei prima et gratis data, vel spiritus Jhesu Christi et anima rationalis et humilis et oboediens deo suo 151. Et ista duo simul iuncta unitaque faciunt intrinsece vel generant novum hominem interiorem, qui secundum deum creatus est, i. e. conformem verbo dei incarnato 152. Ad generationem novi interioris h-is et coelestis necesse est semper con-

currere gratiam et bonam h-is voluntatem, i. e. voluntariam h-is depositionem veteris h-is cum actibus suis 152.
HOSTIARIUS, sexta iunctura brachii spiritualis 207.
HYPOCRITAE v. PSEUDOPROPHETAE.
ICONOMUS vel paterfamilias, septima iunctura brachii saecularis 207.
JHESUS CHRISTUS: a) *filius dei:* est adaequata patris similitudo et imago 4, et secundum ipsam filius operatur *ib.;* est illa forma patris vel regula a patre, quia est verbum patris et in patre et id, quod pater, substantialiter: unde omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. Est forma vel idea immutabilis et aeterna omni creaturae 4; filius dei vivi, omnia potens, omnia sciens et omnes homines volens salvos fieri et ad notitiam suam pervenire 189; filius dei vivus, virtus dei et sapientia 269. Cf. ECCLESIA, dist. I. et TRINITAS.
b) *legislator et salvator mundi* (cf. REGULA et VERITAS): epitheta adiectivorum: bonus et fidelis unicus 189; dulcissimus 59, 161; miserator et misericors 21; pius 21, 155, 163, 171, 203, 213, 218; piissimus 234; suavissimus 21; — epitheta substantivorum: Adam 165; agnus humilis et mitis 190, 218; caput et fundamentum unicum omnium 211; curatus animarum 202; deus piissimus et fidelis 203; dominus dominantium et princeps regum terrae 212, cf. 164; dominus terribilis 259; dominus piissimus *ib.;* frater noster 234; iustitiae sol, qui ortus est timentibus deum in hoc mundo 65; lapis vivus angularis ecclesiae 211; legislator 19; legislator evangelicus ac paterfamilias 136; legislator unicus fidelis et unicus prudens et sciens necessitatem hominum et infirmitatem 261; unicus solus et optimus et perfectus magister legislator 256; liber scriptus intus et foris, sed signatus 30; magister apostolorum 261; pater unicus 300; pater verus populi christiani 301; pontifex necnon concinnator singularis 74; unica regula omnibus apostolis et hominibus, sola necessaria et sufficiens ad omnia, in omnibus et in omni loco et tempore, non tantum hominum, sed et angelorum 2; lex vitae et regula omnis veritatis et disciplinae 30; unica regula manifesta et infallibilis 65; rex regum et dominus dominantium, unicus bonus et sapiens J. Chr. 164; summus sacerdos, qui omnia potest et omnia scit et valde vigilat super suum populum 189; salus mundi in ecclesia et per ecclesiam est proprie opus Jhesu crucifixi 200; sapientia et veritas 2; omnipotens sapientia divina 156; spiritus bonus 261; stipes vel pes candelabri (Exo. XXXVII. 17—19) 214; fidelis testis veritatis 50, 52; verbum caro factum 268; veritas 20, 22, 30, 32, 34, 35, 36, 65, 141, 215, 303; dei virtus et dei sapientia 65 et passim; vitis vel arbor (Joa. XV. 2) 214; volumen plenum gratia et veritate intus et foris 30.
c) *Jhesus et homo* (cf. HOMO): homo sine Jhesu crucifixo nihil potest facere; pius Jhesus sine hominibus potest omnia, sed non facit aliquid in hominibus conferens ad salutem sine hominibus, sed vult facere omnia ex pacto suo statuto ad profectum et salutem hominum privatam cum hominibus, per homines et ex hominibus 171.
d) *Jhesus et homo christianus* (crux), cf. REGULA et VERITAS: nihil homini christiano pulchrum in hoc mundo, nihil sapiens, nihil delectabile

vel iocundum, nisi ille, quo induitur J. Chr., qui est factus dei virtus et dei sapientia, veritas, via et vita 66; crucis Jhesu evacuatio 50; simplicitas Jhesu (opp.: curiosa et inutilia ad salutem) 50; populus christianus oblitus humilitatis et ignominiae crucis J. Chr. 190; crux domini Jhesu et eius ignorantia 234; Christus non est ex hoc mundo et mundus odit Christum, i. e. veritatem et virtutem dei (similiter et pii christiani) 290.

e) *Jhesus et ecclesia,* cf. ECCLESIA: ecclesiae unitatem solidam et inconcussam d. J. cum summa diligentia componere et colligare voluit et in unitate eandem firmare valde et conservare 259; nam et pro eo mortuus est 260; cf. 267: Christus descendit de coelis, mortuus est et resurrexit et misit spiritum sanctum suum, scilicet ut filios dei, qui erant dispersi, in unum cor et animam unam congregaret et ut ecclesia sua esset unum, sicut ipse et pater est unum 267; unicum praeceptum et unicum sacrificium reliquit ecclesiae 260; dedit solum spiritum suum bonum et spiritum patris in corda eredentium pro omni lege viva et perfecta et pro omni regula vitae cuiuslibet sufficienti 261; populi christiani caput unicum, proprium cuicuique commune et immediatum 190; caput aureum, fidele et dominicum, unicum semper et inconcussum *ib.* Cf. SCHISMA.

IMAGINES: sacerdotes, qui magnificant quasdam fabulas, veluti i-es et alias res sine vita 27; qui alliciunt ad collendas i-es corruptibiles vel ossa vel aliqua fabulosa, quae nequaquam sunt in se certa neque continent in se vim salutarem 27; ex recessione a deo vero evenit multitudo s. statuarum, i-um, quae faciunt signa in populis et portenta, et multitudo reliquiarum et gratiarum singularium 296.

IMPERATOR, prima iunctura brachii saecularis 206.

INTELLECTUS supremus, contemplativus (synderesis) et veritas prima 11; intellectus creatus 148.

INVENTIONES HOMINUM (alias: inadventiones, adinventiones); promiscue dicitur ab auctore: hominum actiones 169, actus 172, cerimoniae 22, consuetudines 22 (cf. CONSUETUDINES); doctrinae 22, 49, 169, 172, 173, 257; fabulae 49, 50; habitus 169, 172; mandata 22, 169, 172, 257, 357; mores 169, 172; observantiae 172; regulae partiales 257; religiones 169, 173; statuta 22; traditiones 169; opp.: praecepta dei, misericordia et iudicium, dilectio et veritas 22; mandata dei seu graviora legis, vid. communis misericordia et communis iustitia 257. — Auctor impugnat varietatem 169, multiplicitatem 173, varietatem et nimietatem i-um 257, mandata infinita celeberrima et maximae auctoritatis 257, multiplicitatem et difformitatem accidentalem 145, 167, sed non impugnat necessariam et moderatam expressionem positionemque statutorum per ordinarios gubernatores ecclesiae solum ad aedificationem et profectum mandatorum dei et unicae legis christianae 259. — I-es h. sunt onera inportabilia super humeros hominum 21; faciunt ecclesiam sanctorum nimis obligatam et gravatam *ib.;* populum christianum liberum confecerunt valde servilem nimis *ib.;* videtur repugnare in christiano populo esse multas regulas et religiones 142; pluralitas i-num adventitia videtur esse superstitiosa et nociva communitati ecclesiae, et ergo esse diminuenda aut extirpanda a dei populo, quantum est possibile, et unitas intus et foris et praecipue foris videtur

esse summis studiis reformanda 143. Cf. ECCLESIA, dist. I. — Multiplicitas accidentalis est prorsus inanis et nociva ac contraria unicae regulae atque religioni christianae (tribus ex causis) 144; est superflua et nociva 145; sine qua prius ecclesia Christi in apostolis et episcopis bene stabat *ib.* Quaedam religiosae adinventiones et monachi 169. Praelati transmittunt ad suos inferiores mandata plurima sua et doctrinas, a-es et statuta, ipsos obligando et aggravando: ex quo multa perplexitas et corruptio in conscientiis peccataque transgressionis 246, cf. 262 et LIBRI; i-es quaestuosae curatorum plebium 247. Variae regulae vivendi et praecepta sunt ad subversionem conscientiarum et laborem et divisionem familiae Jhesu Christi ab invicem et dilacerationem offensionemque unicae eius legis perfectae libertatis et regulae apropriatae per spiritum Jhesu cuilibet hominum 257; nimia multiplicitas doctrinarum, adin-um et mandatorum est eisdem (qui spiritu Jhesu ducuntur) nimis onerosa et offensiva, redigens ipsos ad servitutem inportabilem et laborem conscientiarum inexplicabilem, multiplicans insuper in eis circumventiones et obvolutiones Sathanae *ib.;* indignis christianis autem magis sunt ad subversionem ampliorem et damnationem citiorem 258. Multitudo i-um evenit ex recessione a deo vero 296. — *Justificatio per i-es* 50, 168.

JUDEX POPULI 207.

JUDICIUM NOVISSIMUM (extremum): qualiter iudicabuntur articuli ecclesiae mali et boni 214, 215. Cf. ECCLESIA, dist. II.

LAICI v. POPULUS.

LECTOR, quinta iunctura brachii spiritualis 207.

LEX: nomen potest derivari a „lego, legis", quia lex legit, i. e. congregat multos in unum morem, vel quia ligat diversos populos in unitatem 306. — 1. *lex naturalis:* ponit homini debitam habitudinem et iustitiam ad seipsum et ad proximum nec non ad deum 25; expressa est in Matth. VII. 12 et Rom. II. 14—15 (lex scripta primo in cordibus hominum) *ib.;* — 2. *lex scripta seu Mosaica:* lex Israelitica 63; lex Moysi scripta in tabulis lapideis et leges gentium variae, scriptae in cartis opere hominum 307; — 3. *lex Christi* seu lex gratiae 14, 15; lex scripta in cordibus nostris: unctio gratiae per spiritum sanctum 35; lex populi christiani seu „mos vivendi" (Psalm. LXVII. 7) 306; lex naturae communis omnium hominum inducta per spiritum Jhesu ad legem gratiae supernaturalem et perfectae libertatis et aeternae veritatis 307; lex Jhesu Christi scripta in tabulis cordis et in mente operatione spiritus dei et supernaturali 307. Lex vivifica et potens christiana; dicta est gratia et veritas 308. Dicitur etiam lex mentis, spiritus, unctio. Et ipsa est regula perfecta vitae hominum et omnis veritatis et disciplinae 308. Cf. VERITAS.

LIBRI MULTI (cf. INVENTIONES HOMINUM) 54; Decretales oc. 245; l-i immensi 257; innumerabiles l-i praeceptorum et valde magni et sumptuosi 263.

LITERATURA ARDUA vel allegationes scripturarum aut compositio et splendor in verbis et multi libri pseudopraedicatorum 54.

LOCUSTAE (cf. Apoc. IX. 3) sunt homines mundum et seipsos amantes et qui in nomine suo ad gradus summos ecclesiae et dignitates pervenerunt 292.

MARIA: magna M. atque mater dulcissima Jhesu Christi 38. Christus Jhesus, filius virginis Mariae gloriosae 212.

MERETRIX purpurata (cf. Ap. XVII. 4) 61; illa meretrix magna et fornicaria, superba nimis et clamosa (cf. Prov. IX. 13—15 opp.: virgo venustissima et nupta agno, inclita et formosa, de caelo veniens) 195.

MILES, quinta iunctura brachii saecularis 206; milites possunt praecidi ex ordine (qua ex causa) et sunt inter opitulationes sunt connumerandi 212.

MONACHI seu religiosi. *Ad notionem:* ordines m-orum seu religiones „secundum usum vulgi christiani" 305, cf. 177; nomen „religiones" non convenit societatibus m-orum (opp.: communis religio christiana) 305—306, cf. ECCLESIA, dist. IV. Aliae denominationes, quae promiscue ab auctore inducuntur: claustra, claustralia 275, 305 et passim; contubernia 286; conventus et claustra 277; convivia 286; fraternitates et societates, passim; penetralia 275, 276; privata professio vel privata secta 286; dissimilitudo habituum, professionum et regularum privatarum sive adinventionum et doctrinarum 249. Ordo s. Benedicti 183, 251, 278; Ordo s. Bernhardi 183; Carthusienses 180, 181, 278; Cistercienses 278; fratres Minores 177; fratres Regulares 278.

a) *Monachorum locus in ecclesia:* m-i non ponuntur ab auctore inter ordines ecclesiae, v. ECCLESIA, dist. II. Sunt de illis (secundum Dion. Areopagitam), qui tantum debent purgari, non autem purgare alios 200. Quaedam personae, quae secundum primam suam institutionem et vocationem sunt de loco et gradu inferiori et quasi de loco peditarum 223. Secundum principia ipsorum existentes in solitudinibus fundati, in vacatione et quiete 281; ipsorum prima vocatio erat in summa humilitate, oboedientia et abiectione 282. M-i solum orationi et contemplationi penitentiaeque fletibus mancipati secundum ordinem universitatis sanctae 283.

b) *Monachi digni:* sancti viri et religiosi, qui sunt in Christi Jhesu ecclesia 146; magni viri et sancti, quorum patres sunt canonisati tam gloriose *ib.;* m-i, qui promovent et tenent ecclesiae unitatem et cooperantur ad ipsam 147.

c) *Monachi indigni* (cf. ECCLESIA): regulae variae m-orum nocivae ecclesiae 144 (cf. SCHISMA); homines seipsos amantes, suas privatas cerimonias et iustificationes inquirentes, seipsos ostentantes et commendantes eorum plebibus, quasi altioris sanctitatis professores seipsos a communitate vulgi christiani dividentes, homines rebelles, superbi et inflati suisque superioribus inoboedientes 168—169; homines, qui non contenti de communi ordinatione ecclesiae, adinvenerunt suos ordines multos et varios et ad medium ecclesiae induxerunt; et post haec multiplicati nimis per universam ecclesiam et confortati, confuderunt multum ordinationem communitatis ecclesiae 170; religiosi amant seipsos, saeculares sacerdotes coram populis confutantes quasi extraneos 177; diversitates inter monachos ipsos *ib.* Communio rerum in m-is formatur operatione hominum,

i. e. vot., pacto et iuramento 174, cf. 175; probatur, quod affirmatio de communione rerum inter m-os mendacium sit 178—182. Hodié paucissimi sunt m-i, qui essent filii patrum suorum primitivorum et sanctorum; et hii, qui sunt tales, latent absconditi et abiecti; paucissimi sunt nunc similes intrinsece sanctis eorum patribus; pauciores adhuc habundant illa intrinseca et ecclesiastica unione ad invicem, quam tantum spiritus Jhesu operatur et ex qua communicatio omnium bonorum generatur 184; facti sunt magis filii huius saeculi quam filii suorum patrum antiquorum 185. — Monachi quarta causa destitutionis ecclesiae 248]: quorum potestas tanta facta est in ecclesia, ut fere neminem timeant, neque ulli episcopi vel plebani possint ipsis obviare *ib.*; ipsorum in ecclesia potestas sicut quinta rota in quadriga aut veluti tertia manus in corpore humano 248, cf. inferius de reformatione m-orum; comparatio curatorum humiliatorum et monachorum glorificatorum in civitatibus et rure (burgenses) 249; res monstruosa in corpore mystico Christi, quod quaedam tertia manus, dubitatur tamen, si a capite erumpens, adventitia et accidentalis facta est nimis fortis et valida et contraxit ad seipsam vires et medullas manus primariae dextrae 249—250; manus inpertinens et adiuncta accessoriaque importune ad corpus 250, manus tertia *ib.*, manus adventitia et inpar et inpertinens 253; ad hoc pervenit, ut solum curet adhaerere brachiis et applaudere dominationi ipsorum *ib.*; facta est perinde in mundo dives, potens et gloriosa 254; humiles in plebe, sanctos et devotos, ipsa prima invadit et cruciat, praedicans ipsos beghardos et beginas 254; doctores et praedicantes zelantes pro veritate et disciplina deturpat *ib.*; parvulum cornu Danielis (VII. 7—8, 19—22). *ib.*; haec manus inpar et adventitia 255, valida et maxima effecta, ut neminem timeat, cui deseruit regnum sacerdotum et plebeiorum et quam regnum nobilium et regum defendit et confortat *ib.*; est fortis et communita per omnem speciem iustitiae, sanctitatis, virtutis apparentis atque omnis sapientiae et doctrinae 256; relictis pauperibus plebis in manu plebanorum facit sibi divites et magnates ex plebibus adhaerere (quatuor modi) 256. — Monachi quomodo noceant universitati ecclesiae v. ECCLESIA, dist. IV, modus I. 271—274; vulgus christianum mundum Babylonemque recensent 271, cf. 180; extant nimis longinqui in vita sua et professione a plebibus 273; occuparunt iam civitates et facti sunt super suos patres ordinarios in medio civitatum, non tantum non subiecti eisdem, sed etiam eisdem nimis fortes 281. Responsio ad obiectionem, quae dicitur, quod nunc, quando iam magnum et gloriosum sacerdocium est in statu m-orum, non sit mirum, si sint exempti a plebanis et episcopis: ista obiectio sapit superbiam et nihil continet in se rationis, cum sit nullum inconveniens sacerdotes in plebe et de plebe subici ordinario suo sacerdoti, et sana ratio requirit, ut quilibet observet ordinem universitatis, virtusque maxima in eo relucet, ut quanto quis est in se maior, tanto magis se humiliet in omnibus et non de sua vocatione elevetur 282. — Multitudo religionum novarum et partialium evenit ex recessione a deo vero 296. Pseudomagistri, adventitii et novi recentesque, qui conturbant universitatem s. ecclesiae; pluralitas eorum contempsit magistratum templi pri-

marium et splendoribus suis vilificavit sacerdocium sacrosanctum 299; adhaeserunt regibus et principibus ecclesiae *ib.* Nullus modus expeditior potuit excogitari ad disturbationem ecclesiae quam sic per multos pseudopatres et pseudomagistros (magistros pseudolos) 289; sunt fures et latrones et blasphemi contra Christum Jhesum, et multitudo ipsorum componit bestiam Apoc. 300; comparantur filiabus Loth 301—302, et mystico Amon et Moab 302.

d) *Reformatio monachorum:* Quod si religiosi forte velint utique aliquid perfectionis facere, tunc faciant hoc primum, quod sint subditi episcopis ordinariis et curatis de pari cum plebeis, dehinc habeant omnia in communi cum omnibus passim christianis 182. Multo utilius foret pro corpore toto ecclesiae, si m-i illi, qui iam sunt inmixti plebibus, et omnia, quae sunt ipsorum, sacerdotibus plebium adiungerentur et incorporarentur in unitate solida et ordinata 249. Numquam esse poterit pax et firmata amicitia inter monachos et religiosos et inter sacerdotes curatos et populares, nisi prius omnis dissimilitudo vel difformitas inter eosdem tollatur de medio, quae est per homines adinventa et accidentaliter introducta et nisi reformetur inter ipsos unitas et ponatur subordinatio 250 (explicatur et magni reformationis huius profectus pro ecclesia deducuntur 250—251). Si quibusdam vita solitaria et monastica placeret, tunc fieret de ipsis congrue, sicut et a principio fiebat, vid. quod in solitudinibus locarentur tales et facerent sibi iuxta regulam b. Benedicti et Augustini in desertis habitationes humiles in statu humillimo et plebeio ac rusticano, semper et ubique cum subiectione et sub oboedientia sacerdotum curatorum 251. Quo facto investigatio ordinum in ecclesia facilis esset 252.

MORES mali possunt destruere beatas virtutes magis quam sola verba instruere 59, et quidquid mores instruunt, sola verba destruere facile nequaquam possunt 60.

MUNDUS, alias saeculum (opp.: deus, 188), (cf. ANTICHRISTUS): regnum huius m-i (opp.: regnum Jhesu Christi seu ecclesia) 190; divitiae, gloria et potestas temporalis, quae sunt robur et virtus dominii et regni huius mundi 235; amor huius mundi et concupiscentia est mamon, deus huius saeculi in christiano spontanea electione et subiectione, et qui manet in amore et cupiditate huius carnis, in deo huius mundi manet, et deus, i. e. spiritus huius mundi in eo. Propter quod christiani, qui spiritu huius mundi aguntur, ipsum dominum mamonam, deum ipsorum, omnibus preciosis ecclesiae splendoribus et divitiis atque omni gloria investiverunt et ornaverunt 292. — Deus, princeps huius mundi v. DEUS 2.

PANIS (et vinum) v. EUCHARISTIA VIII. a.

PAPA: p., episcopi, plebani, tres ordines principales personarum curatarum 201 (cf. ECCLESIA, dist. II.); p. arbori comparatur 202; Petrus, primus p. 202, 203. — P. hypocrita, sedens in equo palido, et cardinales hypocritae, qui nec sunt frigidi nec calidi, sed tepidi et palidi 203. Deformitas Christi Jhesu familiae facta est a papa, qui primum et ante omnia deberet esse iunctus episcopis singulis et esse una manus cum ipsis et

solum maxime episcopis bene ordinandis superintendere, ipse coniunctus est magis regibus terrae, supra suos coepiscopos ultra normam elevatur; insuper rupto de medio ordine connexionis primariae adiunxit sibi universorum beneficiorum et personatuum collationem, quae ad episcopos respiciebant 224, cf. 226; non providet de archiepiscopis, neque insistit congregationi episcoporum et ipsorum monitioni, neque enim potens, existens voluntarie supra modum aggravatus dispensatione officiorum et beneficiorum latissimae ecclesiae 226; d. apostolicus ad se contraxit collationem universorum beneficiorum per ecclesiam (ex superbia); ex isto exemptiones et reservationes casuum provenerunt 241; p., Romanus episcopus, de plenitudine potestatis abstulit aliis coepiscopis multam libertatem in eorum dioecesibus, contrahendo collationem officiorum et beneficiorum eximendoque multos a iurisdictione ipsorum 246; p. vel episcopus Romanus fecit alios episcopos suos tributarios annuales 247; p., episcopus Romanus (et plebani) 243, 244 (negligens, debilis vel quovis modo vulneratus) 246, 247.

PATERFAMILIAS v. ICONOMUS.

PATRIARCHAE, ordo e-ae minus principalis (cf. ECCLESIA, dist. II.); p-ae non sunt membra principalia e-ae secundum praesentem ordinationem e-ae, sed annuuntur patresfamilias vel hospites plebei, qui inmediate subsunt sacerdotibus curatis 210.

PECCATUM: Omne p. christiani, licet sit in se deformitas nocentissima eidem singulariter, tamen cum hoc omne idem p. est lesio et deturpatio totius corporis ecclesiae 223.

PHILOSOPHI (Aristoteles, Plato oc.): dixerunt multa discipulis, sed non fecerunt, bene docüerunt, sed non bene vel non tam bene vixerunt 59; ph-i et sapientes gentium 63; ph-i et communio rerum 179; ph-i gentiles viri maximi facti sunt in sapientia mundi et virtute 240, et delicias omnes corporis et divitias quasi nihil proiecerunt solum pro eo, ut possent perfrui divinis honoribus in plebibus 241; similiter agebant Romani et Caesares *ib.*

PHILOSOPHIA v. LIBRI, LITERATURA, PSEUDOPROPHETAE.

PICTURA: pulchritudo in p. et scriptura atque in cantu in quo consistit 221.

PLAGAE generales (cf. SCHISMA): schismata et mortalitates, bella et fames et diversae aliae p-ae 162; p-ae generales: multae strages et fames atque pestilentiae, per quae infinita milia christianorum ruebant omni die in mortem a suis conchristianis 163; inceperunt fieri ab annis iam LX vel citra *ib.*

PLEBANI v. SACERDOTES.

PLEBEI v. POPULUS.

POPULUS CHRISTIANUS. *Epitheta:* communitas christiana 37, c. plebis christianae 182, c. plebis 257, c. vulgi christiani 286, 302; laici, passim; plebs christiana 38; plebei simplices, sancti simplices 57; plebes christianae seu filiae ecclesiae 277; plebes Christi Jhesu simplicium christianorum 278; populus liberrimus christianus (cf. inferius) 261; p. dei 145, 146, p. plebeius 204, gloriosus et spiritualis 252; vulgus sanctum ecclesiae et greges ovium Christi 278, commune vulgus christianum 286,

multitudo vulgi christianorum plebium 301, vulgares et plebei christiani 305. — *Locus p-i chr-i in ecclesia:* p. plebeius sunt carnes cartilagini adhaerentes et ab ossibus sustentatae 204. — *Dignitas p-i chr-i:* valde liber 22, liberrimus 261; p. chr. totus et totaliter ac inmediate primae veritati et virtuti innixus et plene veritate regulatus et virtute gubernatus 63; dignitas et splendor p-i chr-i per veritatem regulati et ordinati: nullus eam valuit sufficienter extollere et laudare 64, testibus Pauli, Petri et Joannis ap. *ib.;* p. chr. est recte ligatus per legem veritatis 65; ille visus est a Joanne Apoc. in similitudine mulieris in coelo, quae erat sole amicta, duodecim stellas habens in capite, et luna sub pedibus eius (explicatur) 65; quia in veritate et secundum veritatem ambulat a veritate regulatus, ideo dictus est pulcherrima mulierum, quae supersplendide rutilat sole amicta divinae veritatis 65—66; unus p., per unicam regulam regulatus et directus, sub unica religione collectus et colligatus, veritati summae subordinatus, sibi et ad invicem propter veritatem per omnia uniformis, tenens et imitans in omnibus unitatem 140; p. chr. est primo et principalius p. spiritualis vel in maiori sui parte, et non carnalis, nisi depost et in minori sui parte 227; p. chr. est potissime unici solius Jhesu Christi, eo quod ipse emit eum sanguine suo et morte sua 230; evangelica perfectio plebium: paupertas, castitas, oboedientia ardua suis ordinariis 272; s. laici (cf. VIRGINES) sunt efficacissimum suffragium per verbum et exemplum et multos modos, infirmis conchristianis et peccatoribus ad ipsorum emendationem et corroborationem et conversionem 273. — *Status praesens sancti p-i chr-i:* servilis factus per adinventiones et iam subiectus absque Jhesu multis dominis, non cessat murmurando cedere sub mandatis interminatis 22; ingemiscit suspicaturque legem Christi seu iugum esse grave ac difficile ad salvandum *ib.;* murmurant contra suos sacerdotes 247; s. laici contempti et persecuti 272, 273, dicti sunt saeculares, homines huius mundi, Babylon et Aegyptus in comparatione multitudinis religiosorum 305; penuria s. virorum in plebe et aedificatio p-i chr-i per sacerdotes de claustris extractos 277—279, v. ECCLESIA, dist. IV. — *Populus mundialis:* p-i plebei respiciunt maxime splendorem et multum moventur apparenciis extrinsecis 281; p. crudelis et mundialis punitur 229; propter peccata p-i deus permittit regnare hypocritam 230. Cf. ECCLESIA et SCHISMA. — *Populus et sacerdotes* (cf. SACERDOTES): qualis est p., tales convenit esse et sacerdotes: carnalis p., carnales sacerdotes, scissus p. habebit scissos sacerdotes. Deus cuilibet corpori coaptat caput sibi proprium et congruum 189 (explicatur).

PRAECEPTA (cf. LEX CHRISTI et VERITAS PRIMA): pr. charitatis v. CHARITAS; — decem pr. et veritas prima 13; decem pr. quasi decem gubernacula vitae hominis 14, magis legem naturae exprimunt et clarificant unicam veritatem 14; unicum pr. J. Christi 260, cf. ECCLESIA, dist. III.

PRAEDICATIO: compositio et splendor in verbis 54; laboriosa et nequaquam authentica pr. pseudoprophetarum v. PSEUDOPROPHETAE.

PRAEDICATORES VERITATIS (alias: apostoli fideles, doctores et pr. Christi Jhesu 169, aquilae Jhesu 161, doctores et pr. zelantes pro veritate et

disciplina 254, praecones sapientiae 73, cf. VERITATIS TESTES, opp.: hypocritae, pseudoprophetae): pr. et prophetae legati ad gentes, ut bonum promoveant populo christiano et bona eidem nuntient 39; missi secundum Luc. XIV ad vocandum et quaerendum in vicis et plateis extra civitatem et intus, et ad compellendum ad cenam magnam sui domini *ib.*; dignum est et populo exemplare, ut quilibet, qui plebem dei in viam pacis dirigit, novitates omnes evitans, studeat scientiam sanctorum plebi eius dare vestigiaque s. patrum in omnibus comitetur, Veteris Testamenti scripturis et Novi dicta sua roborando, et de necessitate sibi incumbit, ut sufficienti approbatione et canonica missione praesupposita se exhibeat in regno coelorum doctum scribam 71, et ut dicta doctorum antiquorum, determinationes theologorum praesentis saeculi, priscorum et modernorum, sibi notas efficiat per frequentiam studiorum 72. Magnum et dampnosum periculum extat illa affirmare publico in sermone et de rebus divinis, quae nec ex revelatione quis intelligit, nec ex scripturis vel doctoribus est cum certitudine edoctus 73; patres et magistri necesse habent suis posteris demonstrare et relinquere sanam doctrinam et bonam conversationem, bonum verbum et bonum exemplum 58—59; multitudo sapientum, b. apostoli, prophetae et doctores, fideles testes veritatis et insignes, sed induti et repleti a veritate, ex propriis sapientiam loquentes, deo dante ipsis fontale incrementum, per pauca verba reportant multam victoriam cum fructu multo salutis animarum 61, solum intima bona sui domini et thesauros suos de vasis fictilibus cum novis et veteribus effundentes et dispensantes fideliter et prudenter 61; sane haec doctrina et vita antiquorum testium fidelium veritatis est electa ut sol, pulchra ut luna, terribilis ut castrorum acies ordinata 62; — per pr-es varietas accidentalis nociva est evellenda 169.

PRAELATI sunt dii participatione, dii super terram 289, cf. DEUS.

PRINCIPES TERRAE v. REGES.

PROPHETAE v. VERITATIS TESTES.

PROPOSITIONES UNIVERSALES v. UNIVERSALES PROPOSITIONES.

PSEUDOPROPHETAE, alias nequam prophetae 46, pseuduli 45, pseudoli magistri 47, pseudomagistri 299—303 (cf. ECCLESIA, dist. IV.), hypocritae moderni, cf. etiam SACERDOTES: simulatores veluti adultera agunt (explicatur) 49, inimici crucis Jhesu Christi 50; ingerunt se ad docendum, sunt magistri solum pro medietate et pro parte exiliori, sunt doctores solum de dicere, sed non de facere, et per consequens, quantum in se, magis sunt destructores quam instructores 59; nostra (ps-arum) vita communis et exilis nos minime facit authenticos, ymmo scurilitas nostra et levitas disposuit nos (ps-as), ut vix nobis credatur, etiam tunc, cum scripturas solidas in doctrinis nostris pronuntiamus. Et haec est causa, quare nostra praedicatio est hodie laboriosa et nequaquam authentica 60 (explicatur 60—61); ex quibus sapientia et praedicatio hypocritarum modernorum, studium eloquentiae et copia scripturarum, facecia et ostentatio mansuetae faciei 61; — ps-ae sunt illa magna meretrix et civitas magna, quae habet regnum super reges terrae (Apoc. XVII. 18), brachia Antichristi 217; prohibent communionem quottidianam corporis Christi 218.

PULCHRITUDO et formositas uniuscuiusque rei consistit in iusta aequalitate partium ipsius et debita ipsarum ad invicem proportione, ut relucet in pictura et scriptura atque in cantu 221. Cf. 223: membrum despectum in corpore virginis, et 224: decor corporis.

QUAESTIONES inexplicabiles et ambagae fabulae 48.

RATIO: r-onis discursus et iudicium et universalia v. UNIVERSALIA.

REGULA 1. regula generalis = prima veritas, v. VERITAS; 2. regulae partiales v. INVENTIONES HOMINUM.

RELIGIO I. *religio christiana* (cf. CHRISTIANUS et POPULUS CHRISTIANUS): nomen r. interpretatur: regula vel regularis legio, i. e. populus per aliquam regulam restrictus et per regulam gubernatus 63; r. est cultus dei unius 304; — solum una r. est vera: ecclesia catholica 62; omne, quod aliqua sana dictat ratio esse virtuosum et omne, quod umquam lex quaecumque adinvenit esse honestum, hoc totum collegit in se et tenet ac docet r. christiana (explicatur) 63; r. haec unica christiana 63; communis christiana r. 286; communis et sancta r. christiana 305; r. universalis et ecclesia v. ECCLESIA, dist. IV. — II. *religiones* v. MONACHI.

RELIGIOSI v. MONACHI.

RELIQUIAE v. IMAGINES.

RES: deus indidit rei motum et tendentiam vel inclinationem ad suum finem ultimatum. Hoc est sua perfectio et ordo et proinde perfectio universi. Natura vel lex naturalis seu forma naturalis rei sunt vires intrinsecae vel naturales motivae ad proprias operationes 5. — Duo principia rerum: 1° actus, forma, regula, 2° materia, corpus rectum 6. — Rerum multiplicitas et summe unum v. SCIENTIA.

RESERVATIONES CASUUM 241, cf. PAPA.

REX, reges: a) *reges gentium:* multi r. et caesares attemptabant unum populum ex multis facere, per tyrannidem et armorum terrorem 306—307, cf. 288; — b) *reges christiani:* manus sinistra corporis Christi mystici 206 (cf. ECCLESIA, dist. II.); secunda iunctura brachii saecularis 206; leges et regimen r-um terrae (opp.: regimen sacerdotum) est prorsus simile factum regimini gentium et paganorum (explicatur) 228; reges et principes terrae in christiano populo suscipiunt benedictionem, unctionem et auctoritatem status christiani atque gubernationis populorum nec non ingressum ad ecclesiam per sacerdotes et a sacerdotibus 228—229; — multi r. super populum carnalem christianum, in omni crudelitate et superbia reges gentium superantes 191, cf. SCHISMA; incliti r., gloriosi principes, qui se contra alterutrum efferebant et hostiliter concertabant de Jhesu crucifixo, facto veluti mortuo a corde ipsorum 198; r. causa destitutionis ecclesiae explicatur 227—233, cf. ANTICHRISTUS et ECCLESIA, dist. III.

RUSTICI v. POPULUS CHRISTIANUS.

SACERDOTES, SACERDOCIUM.

I. *Dignitas sacerdocii et sacerdotum:* sacerdotium sacrum 248, sacrosanctum 299, sanctum et principale atque primordenum et omnino necessa-

rium universali ecclesiae 280; dominatio ac paternitas prima et magistratus templi primarius et verus, sanctus et necessarius 299; — sacerdocium primum et principalius possidet populum totum christianum quam brachium saeculare, et primus honor et maior promptiorque oboedientia a plebibus et a vulgo debet inpendi sacerdotibus quam iudicibus et principibus saecularibus semper et ubique per ecclesiam 227; rationes I—VIII. de spirituali et divina potestate s-um 227—229; — s., prima iunctura brachii spiritualis 207; est prorsus indignum occupari circa sarcinulas vilissimas et ipsis pollui manibus illis, quae ad res maximas et divinas sunt consecratae 235.

II. *Sacerdotes fideles,* maxime *s-es plebani seu curati appellati* (alias dicuntur s-es curati et populares 250, s-es plebium, proprii et inmediati et applicati ad opus 244, s-es saeculares 177): sunt in loco LXXII discipulorum Jhesu Christi 202; sunt tertius ordo principalis in ecclesia 201, cf. ECCLESIA, dist. II.; s-es plebani cum ipsorum consacerdotibus et parochianis sunt merito per palmam dilatatam et per digitos intellecti, ita quod s. principalis curatus obtineat vicem pollicis et reliqui observent formam digitorum et singulorum articulorum et iuncturarum 243; propterea quidquid papa, episcopus Romanus, et ceteri eius coepiscopi operantur pro salute animarum, primum et maxime eos oportet hoc per multitudinem curatorum sacerdotum idoneorum operari; istos igitur debent episcopi omnes sanos et integros eligere, multiplicare, omni (duplici) sua auctoritate et potestate ditare, super populos constituere et ad opera strenue applicare 243, quoniam dato casu, quod iam episcopus Romanus vel alii coepiscopi inveniantur debiles, tamen si multitudo s-um in populis integra et fortis manserit, tunc greges Christi adhuc non negligentur; d. Jhesus ipsis assistit aeque bene et aeque proprie et inmediate cum suis cooperatoribus cum omni plenitudine gratiarum 244; deducitur, quomodo damnosum sit potestatem s-um curatorum contrahi per reservationes et adinventiones hominum et praeceptorum (multi libri) 244—245; in civitatibus curati s-es sunt ordinarie electi et locati, ut ipsimet sacerdocio ibi fungantur in nomine J. Christi et in loco ipsius legitime et sedule salutem populorum inquirant et operentur tam veri et electi cooperatores J. Christi dignique sponsi suarum plebium. — *Sacerdotes et laici:* non populus propter s-es, sed s-es propter populum 188; non sumus nisi personae communes in populo et pro communi bono vocati et electi et positi in corpore s. ecclesiae, et pro toto corpore et eius salute accepimus a d. Jhesu omnem virtutem et potestatem 239.

III. *Sacerdotes carnales* (cf. MONACHI, PSEUDOPROPHETAE): appellantur locustae, Gog et Magog, meretrix magna et partus eius — filius iniquitatis, Antichristus mysticus 163; magna meretrix, i. e. multitudo carnalium clericorum, hypocritarum et s-um ac monachorum carnalium 192; civitas magna, i. e. multitudo hypocritarum nimia et christianorum carnalium sine spiritu Jhesu 217; amici huius saeculi et inimici virtutis et veritatis, sapientiae divinae et operum dei destructores et potentes debellatores 217; impeditores frequentis communionis eucharistiae v. EUCHARISTIA VII; curatorum s-um corda sunt aversa et distracta a plebibus per varias

vanitates huius mundi (divitias, honores et propria commoda) 226; sunt insuper nimis elati suis plebeis et extranei *ib.;* propterea Jhesus avertit se ab ipsis 239; curati plebium aggravant laicos sibi subiectos patresquefamilias domorum in plebe suis exactionibus et adinventionibus quaestuosis et auferunt ipsis multas libertates; faciunt in laicis multas valde exactiones usque ad sacramentorum et sepulturae venditionem 247.

SAECULUM v. MUNDUS.

SALUS synon. vita 65; salutaria = exercitium continuum sacramentorum utilium et saluberrimorum, sc. frequentatio comescionis corporis et sanguinis J. Chr. et crebra confessio 50.

SALVANDI: animae salvandorum 201.

SAPIENTIA 1. *Sapientia divina*: a superno cardine delapsa magistra omnium virtutum (cf. Jac. III. 15) 73. — 2. *Sapientia humana:* s. mundi 49; doctrina et s. huius mundi et carnis 278; s. carnis et doctrinae hominum 291; s. hypocritarum modernorum 60 (cf. PSEUDOPROPHETAE).

SATHAN (cf. DIABOLUS): S-ae deceptores 57; S. contritus a sanctis 67, 219; operatio S-ae 189; operatio S-ae alta et nimis fraudulenta 203; fortis et potens inimicus 216; inimici et potestas tenebrarum 244; astutissimus S. 245; S. et peccatum in carne 246; laqueus et obligatio S-ae 247; circumventiones et obvolutiones, S. et diabolus 258; astutissimus spiritus, inimicus 258; S. excogitavit tertium modum nocendi universitati ecclesiae 280, cf. ECCLESIA, dist. IV.; operatio subtilissima S-ae 291; ipsius modus exquisitus et coloratus operandi in ecclesia, *ib.;* suum misterium *ib.;* altitudo et operatio S-ae 299.

SCHISMA: *causae schismatis:* hypocritae 157, 161, 166, homines seipsos amantes et hunc mundum 157, multiplicatio hominum seipsos amantium et conventuum et fraternitatum 270; multa nimis varietas societatum et fraternitatum et adinventionum hominum et regularum multiformium atque religionum partialium (schismata) 144; schismata introducta in ecclesia per divorcium a deo vero et conversionem ad deum huius mundi 293; impossibile est christianos ab invicem dividi vel scindi, quamdiu manent uniti Jhesu Christo, sed necesse est utique semper prius christianos dividi a Jhesu crucifixo, antequam a se invicem per schismata dividantur 165; corpus ecclesiae tunc vehementer incepit dividi et dissipari, cum multae et variae religiones, multae societates, fraternitates cum suis superstitionibus et doctrinis esse inceperunt et refriguerunt caritatem gregum ad invicem et cum iniquitas, i. e. avaritia habundavit in populo 186; primum in corpore fuisse multam et variam scissuram et corrosionem intestinam 187; quemadmodum operatio dei incepit unire populos primum ab intus, dehinc ab extra procedit, ita operatio hominum incepit ad extra in rebus divisionem et processit ad intra, ad divisionem animorum et spirituum 187; propter amorem et propter zelum separatum sacerdotum evenit, quod papatus et sacerdocium est disturbatum et conscissum 188; prior scissio regnorum ad invicem et populorum effecit etiam sacerdotum scissionem 188; propter peccata populi deus fecit confundere caput ipsius et infatuari, et propter scissuras populi praevias Christus permisit conscindi simul et capita populorum *ib.;*

non populus christianus est divisus propter sacerdotes divisos, sed magis propter divisionem inter se et divisionem a Christo divisi sunt etiam sacerdotes *ib.;* si populus christianus esset Jhesu fidelis, ipse Jhesus neque daret tali populo dissimiles sacerdotes 189; etiam prudens et fidelis populus christianus nullo modo ab invicem scinderetur ad scissionem suorum sacerdotum, sed refugeret ad suum caput unicum, proprium unicuique commune et inmediatum 190, donec caput vel capita, vicarium vel vicaria per Christum Jh. essent unita et reformata, non valde agitati timore de instrumentalibus capitibus atque iam carneis *ib.* Populus christianus, primum effectus carnalis et perinde captivatus, discessit a Christo Jhesu, et perinde meruit desolari a regno Christi Jhesu 190 (cf. 288: populus christianus quamdiu adhaesit uni deo, tam diu fuit maxima unitas et concordantia in populo; sed cum recessit ab adhaesione dei, tunc recessit ab unitate ecclesiae et tunc completa est discessio, praeambula Antichristi); propter quod spiritus Jhesu recessit de domo sua sancta 191; Antichristus divisit terram sanctorum, et perinde facti sunt multi domini et multi reges super populum carnalem christianum *ib.;* ita composita est et confecta una bestia *ib.;* carnalitati et mundo venumdatus populus christianus *ib.,* gubernatus a septem capitibus bestiae coccineae, i. e. ab universis viciis 192. Unde Francigenae, Anglici, Hispani, Romani, Lombardi, Theutunici, Bohemi, Ungari, Poloni per reges suos et propter reges alterutrum divisi et dispersi ac divulsi alios conchristianos expugnabant 192; magna meretrix *ib.;* postquam prius populus discedens a Christo est dilaceratus, oportuit scindi simul clericos et sacerdotes 193; *causa s-tis praesentis:* scissura praecedens regnorum et populorum, quoniam tunc Francigenae ex seipsis papam cupiebant habere, Romani quoque ex seipsis et pro seipsis papam similiter velle se habere acclamarunt 193.

Effectus atque finis schismatis (cf. ECCLESIA): per hoc modernum s. non divisa est Christi ecclesia, sed nocentissimi hypocritae abscisi sunt ab ecclesia; s. factum est in ecclesia malignancium 157; nec auctor putat s. hoc esse in damnum et iacturam ecclesiae Jhesu Christi, sed magis utile esse videtur, ut per hoc velocius regnum antichristianitatis pertranseat et ipsa sit citius exonerata a multitudine hypocritarum infinita *ib.,* et notificentur clarius carnales et ficti christiani 158. Corpus itaque Antichristi per s. tale est divisum et conturbatum, non autem scissum est corpus J. Christi, i. e. ecclesia sanctorum 158; idem 159, 160, 166; ecclesia sanctorum nequaquam est dilacerata aut violata aut divisa, quamvis ipsius membra sint elongata et abscondita paulisper 160; divisa tantum corporaliter et in carne et quasi rarefacta ac inminuta 161; ita necesse fuit evenire ex providentia et iustitia Jhesu (explicatur) *ib.,* per tempora difinita 162; tunc s. incepit, quando plagae generales in dei ecclesia inceperunt, ab annis iam LX vel citra, fitque executio istorum paulatim et successive et quasi cum praemissione antedispositionum, ut est signorum et prodigiorum ac portentorum secundum evangelium et prophetas 163; per nullum s. ecclesia sanctorum est divisa, sed multitudo hypocritarum prius divisa a Christo Jhesu, postea inter se, volente hoc et faciente Jhesu Christo (explicatur) 166; finis s-tis: ut ita et populus sit factus

amator huius saeculi magis quam dei, et sacerdotes eius accipiant citius debitam ultionem 188; fuit ecclesiae sanctorum necessarium siccine scindi ecclesiam hypocritarum scissione notoria toti orbi (14 ex causis) 194—195; causa 12ª: ut praeparetur domino Jhesu via citius ad suam dilectam et unicam ecclesiam reformandam et renovandam 195; nisi Christus in principio istius s-tis, nunc currentis, suam ecclesiam adiuvisset, portae inferni (cardinales) utique adversus ecclesiam praevaluissent; sed propicio deo sol infatuatum (pseudopapa) repertum et a tota Christi ecclesia salvandorum et proiectum foras, et infernus (Antichristus) non intravit Christi Jhesu inditam ecclesiam, sed manet foris praecisus et eiectus, revelatus iam a Christo coram suis dilectis, dehinc a spiritu oris ipsius occidendus 204.

SCIENCIA: sc. relativa et sc. universalis et abstracta. Sc. propositionum universalium inmutabilis. Principium sc-ae unicum et commune appellatur subiectum attributionis vel genus generalissimum. Est incomplexum. Ab auctore appellatur regula una artis et scientiae 17, seu principium principale et commune. Ab quo uno solo omnis multiplicitas rerum et scientiarum est derivata et ad idem omnia redeunt. Illud est summe unum, summe simplex ac principium, quae est unica regula totius conversationis et vitae cuiuslibet hominis: et hic est deus et Jhesus 18.

SCRIPTURA: pulchritudo in s-a 221.

SCRIPTURA SACRA (biblia), etiam scripturae, canon 73, praecepta evangelii et doctrinae Christi 272, dicta et documenta evangelii 272, s-ae legis et prophetarum 195; divinitus inspirata 12; quae est utilis ad docendum, ad urgendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus homo dei ad omne opus bonum sit instructus 49; verba Jhesu, quae ad nos usque s. evangelistae transmiserunt, sunt compendiosa, simplicia et succincta 48. — S. et auctor v. JANOV. — V. etiam LEX et VERITAS.

SECTAE 141—142 (evanuerunt).

SEXTUS LIBER v. DECRETALES.

SPIRITUS I. *Spiritus sanctus, sp. dei, sp. Jhesu* (opp.: spiritus inmundus gentilitatis 191) est rectitudo, pulchritudo, delectabilitas et bonitas formae vel regulae perpetuae in divinis; est ipsa forma vel regula in divinis 4; per ipsum et in ipso forma et imago in omnia creata derivatur 4; cf. VERITAS, JHESUS, ECCLESIA. — Sp. Jhesu Christi et lex hominum 307; suavis 308.

II. *Spiritus maligni:* sp. m. et astuti 273, sp. astutissimi et maligni 299; sp. septem nequiores 259, 291 oc.; sp. maligni, ex quibus conflata est supra modum magna et amarissima tribulatio ecclesiae 291. Cf. DIABOLUS et SATHAN.

SOMNIA (cf. Jer. XXIII. 28): 48.

STATUAE v. IMAGINES.

STATUTA ECCLESIASTICA v. INVENTIONES HOMINUM.

SUBDIACONUS, tertia iunctura brachii spiritualis 207.

SUBIECTUM attributionis in scientia 17. Cf. SCIENTIA.

SYNDERESIS v. INTELLECTUS.

TEMPLA: splendor sumptuosorum t-orum et ipsorum continua aedificatio scutorumque suspensio; splendida monumenta magnatum et sepulturae apud monachos 256; ex recessione a deo vero: multa figmenta per templa varia splendida et recentia, utpote sanctarum, ut vulgo famant, statuarum, imaginum, reliquiarum etc. 296.

TEMPORA periculosa ista 203.

TESTES VERITATIS v. VERITAS.

THEOLOGI: praedicator necesse habet, ut dicta doctorum antiquorum non ignoret, determinationes insuper theologorum praesentis seculi, priscorum et modernorum sibi notas efficiat per frequentiam studiorum 72; cf. PRAEDICATORES.

TRINITAS: unio in trinitate 148; Christus est similis trinitati quando 285, cf. ECCLESIA, dist. IV.

TURLPINI v. BEGHARDI.

UNIO: quinque modi unionis 147—148. Gradus in ipsis 148. V. ECCLESIA, dist. I.

UNIVERSALE, universalia: Propositiones universales; non mutantur; ad quarum scientiam pervenimus per discursum rationis et multorum singularium in unum spirituale collectionem 17. V. SCIENTIA.

VACUUM ubique exhorretur, similiter et in homine virtuoso 55.

VERBUM DEI (cf. JHESUS, VERITAS) est unicum, est fons sapientiae in excelsis (Eccli. I. 5) 12.

VERITAS PRIMA, REGULA GENERALIS. *Ad notionem.* Distinguitur regula, regula generalis, veritas et veritas prima. Deus, filius et spiritus sanctus sunt r. vel forma ipsa in divinis 3—5; creata seu res habent regulam intentam seu formam, quae vocatur forma naturalis rei seu natura et lex naturalis 5; nam duo sunt principia intrinseca rerum: actus et materia; actus est forma, quae hic vocatur regula, et materia praecise suscipiens illum actum intrinsece est corpus rectum 6. Regula stabilis omnium intelligentiarum appellatur veritas prima 6; intellectuales creaturae cognoscunt illam veritatem *ib.*, veritas est exemplar ipsarum supremum et regula, ad quam et secundum quam debent moveri et operari penes habitum inditae veritatis 7; quando intellectualis creatura est in veritate et quando declinat a veritate *ib.* (Regula una artis et scientiae v. SCIENTIA). Veritas prima dicitur regula generalis (quare) 1; quare in loco decimo tertio ponitur 1—2; est summa, unica atque singularis, et ipsius solius notitia est regimen efficax et sufficiens ad salutem 2: qui secundum eam vivit, potest esse et ipse regula idonea seu exemplar vitae omnium aliorum *ib.*; lux *ib.*; ipsa est unica lex vitae, lex perfectae libertatis *ib.*; est aptissima ad cognitionem sui ipsius et aliorum 3. Est unica, communis, brevis, facilis, manifesta, infallibilis (explicatur) 8, cf. 62; idonea ad cognoscendum seipsum et ad discernendum falsos doctores a non falsis 8, cf. 44: regula generalis, infallibilis et manifesta ad iudicium testium veritatis; et 67: veritas vitae et doctrinae Jhesu Christi et dehinc eius sequentium (testium) est optima regula vivendi et seipsum cognoscendi cuilibet christiano nec non et hypocritas deprehendendi; qualiter deno-

minetur in scripturis 9—10; est origo et regula prima omnium aliarum veritatum (qualiter) 10; v. pr., intellectus hominis, verba et actus hominis 10. V. pr. et intelligentiae coelestes 10. V. pr., apostatici spiritus et homines 10—11; quorum condigna satisfactio 11; veritas in suo supremo intellectu (synderesis) quid est: regula cuilibet homini suae vitae ad nosse bonum suum et facere 11; quando et qualiter homo facile poterit seipsum dimetiri et esse idoneus per eandem formam et alios iudicare 11—12; v-tem primam per spiritum Jhesu continue docemur intus et ab extra per consilia sanctorum et scripturas divinitus inspiratas 12. V. pr. dicitur unica regula; quibus ex causis: 1. quia unicum est verbum dei, 2. quia est principium et finis omnium veritatum creatarum, 3. quia est sola necessaria et utilis cuilibet homini ad salutem 12—13; est unica, alias metaphysica, transsumptiva, quamvis multae sint veritates vel propositiones et quamvis sint tres leges et decem praecepta 13; tripliciter est descripta ut una et communis regula; unde triplex lex sibi est subordinata 13. Definitio: veritas (prima) est regula inscripta cuilibet homini in intellectu naturaliter, secundum quam homo potest se sufficienter gubernare et cognoscere, ipse solus seipsum regulae inscriptae comparatus, et dehinc secundum seipsum et alium iuste iudicare et metiri 13—14: et haec est lex prima et praeclarissima naturalis 14; lex scripta (famosa decem praecepta) 14; non rectificavit corruptos homines, sed magis fuit occasio amplioris deordinationis *ib.;* veritas tertio inscripta est ut lex gratiae, inscripta intus per unctionem sancti spiritus et foris in carne per ostensionem verbi caro facti 15; haec veritatis inscriptio collegit in se ambas praecedentes leges easque vivificavit et reformavit, vid. legem naturae intus per verbum caro factum et legem scriptam foris per spiritum sanctum 15; sola tertia inscriptio v-tis, ultima traditio legis, est homini perfectissima regula atque sufficientissima ad vivendum 16; continet solum unum praeceptum ad modum primae legis, vid. dilectionem, ut per hoc innuatur, quod ipsa est plena reformatio primae legis 16.

Attributiones veritatis primae (cf. supra, aliunde vocatur: unica atque intima 14, unica et communis 18, 22, hominem perfecte regulans et docens 18, regula v-tis 20, regula universi 29): est brevis et facilis; brevis, quia collegit omnes leges in unam legem perfectam, quae continet unicam summam veritatem 18 et virtutem 19; docet et dirigit ad diligendum convenientis et boni 20; quapropter qui diligunt non suum bonum vel inordinate id diligunt, non sunt in regula veritatis et ergo diligunt mortem animae suae 20.

Homo et veritas prima. V-tem suscipere et imitari est dulcissimum rationi animae hominis 21; iustum est, ut homo credat summe primae et summae v-ti et ipsam conetur cognoscere secundum mensuram suae fidei et cognoscendo summe tenere et tenendo summe imitari imitandoque se sibi conformari *ib.;* homo debet gubernari secundum v-tem 22—23; rationes: 1. quia omnia alia in coelo et in terra gaudent et festinant huic regulae conformari, 2. quia homo ab hac v-tate totaliter recipit suum esse et vivere, 3. quia communiter habet ad id inditam

rationem, ut sapientiam et scientiam imitans, ea vivat et dirigatur, et ipsa est omnis sapientia, scientia et virtus, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum intus et foris, in omni tempore et in omni loco totaliter; ergo ipsa est regula congruentissima omni homini semper et ubique, intus et foris, et sufficientissima ad gubernandum et vivendum; 4. quia homo quilibet communiter habens liberam voluntatem per eam semper in suum bonum et perfectibile ducitur vel inclinatur 23—24. Quia est communis forma omnibus et singulariter proposita (explicatur), deus voluit et obligavit omnia ad se et secundum seipsum per hanc v-tem vivere et gubernari et praecipue intellectuales creaturas 24. Ideoque inscripsit v-tem dupliciter: 1. per viam originalis iustitiae vel naturae 24, a) intus in intellectu cuiuslibet hominis 25, b) foris in omnibus creaturis, quae omnes indicant homini et praedicant veritatem 26; inde venit manuductio vel via homini in cognitionem divinae v-tis 26. Sed homo non perstitit in v-te, et idcirco v. homini est obnubilata intus et foris et homo in duo mala incidit, sc. caecitatis et infirmitatis, vel ignorantiae sui boni et inpotentiae dirigendi se ad suum bonum (explicatur) 29—30. Propterea deus inscripsit v-tem patulo 2. per viam gratiae et misericordiae, intus et foris, per Jhesum Christum 30 et dedit illum non tantum ad videndum, sed ad comedendum et potandum 30, ita ut homo totus restauratus et sanatus esset 32; cf. EUCHARISTIA. V. pr. est sapientia omnium hominum, regula vitae generalis omnium hominum 35, christianitatis regula 35, sapientia et veritas 36; spiritus Jhesu est illa regula vel lex seu veritas scripta in cordibus fidelium 36; gratia et veritas per J. Christum facta est regula evangelica 36, lex evangelica et regula religionis christianae 37, summa legis christianae 37; est virtus vel fundamentum omnium virtutum 48.

Veritas vitae et doctrinae J. Christi, eius apostolorum et prophetarum et omnium aliorum testium approbatorum et electorum v-tis est regula manifesta et infallibilis, idonea cuilibet homini, ut se et alios eidem commensurans, possit cognoscere, quo quis spiritu agitatur 56, cf. 201; principaliter valens plebeis simplicibus ad suos praedicatores 58. Haec v· merito est via regia atque strata publica nuncupanda 57; ipsa dicta est sanitas hominum orbis 57, sal terrae, lux mundi et civitas supra montem posita, quae abscindi non valet 58. Manifesta est autem cuilibet homini 1. via naturae, 2. via rationis, 3. per scripturam 58. Veritas vitae et doctrinae secundum J. Christum designatur per solem 65; regula solemnis et deiformis 68, regula famosa et via regia, familiaris plebi christianae atque favorabilis 71. Unica regula, ex qua unica christiana religio, ipsa est omnino et omnipharie sufficiens populum christianum gubernare per spiritum Jhesu inhabitantem, qui docet homines necessariam v-tem 144; lex et regula unica, sufficientissima et perfectissima semper et ubique et ad omnia conveniens proprie et adaequate omnibus hominibus simul et cuilibet singilatim 256; lex spiritus sancti est sufficiens, unctio illa vel scriptura in corde docet de omnibus necessariis (I. Joan. II. 27) 261; de sufficientia regulae spiritus sancti seu legis evangelicae v. 257, 258; illa unica regula, propria, communis et inmediata cuilibet hominum

et in promptu semper et ubique existens, continet in se omnem regulam et omnia gubernacula partialia applicabilia proprie et adaequate omni statui, omni conditioni hominum omnique cogitationi et proposito, omni actui et virtuti 258.

VERITAS PRIMA: *Testes veritatis.* Modo singulari manifestata est generaliter omnibus, primum et ab origine mundi per testes fideles, dehinc carne induta per seipsam, post hoc per suos alios nuntios, per apostolos vid. et martyres ac confessores et doctores 40. Ex quibus duo chori: 1. patrum Veteris Testamenti (prophetae), 2. patrum Novi Testamenti (apostoli) 40. Testes a veritate electi 41. Ipsorum idoneitas ad manifestandum regulam veritatis: quia sunt 1. praeordinati electi, 2. non a semet ipsis, sed vocati 41. Tales sunt testes v-tis, qui perfecte verbo et facto praetulerunt et praeferunt veritatem, non qui veritatem verbo testantur, sed factis iniquis eam offendunt et destruunt; non pusillanimes et effeminati, vel inertes, sed viri constantes magnae et probatae virtutis, qui possent corripere insipientes 42. Certus est numerus et insignis testium veritatis, quos veritas sibi idoneos effecit ministros V. et N. T., armatura praeclara iusticiae dei et notabili ex alto indutus, ad quae utique falsi testes non valent aspirare 43. Veritas suos testes per omnia secundum ipsam formavit, ut essent sibi omnino vel quanto propinquius similes 44, perfecte intus et afforis conformes veritati *ib.*

Veritas in carne et in medio assistens ostendit in Jhesu, quod ipse ordinate, constanter, utiliter manifestavit mundo veritatem 45. 1. Ordinate, quia praedicavit missus et suis, ad quos missus, in nomine illius, a quoest missus, vel quaerens gloriam illius (patris), a quo missus est. Ita conformes huic testes veritatis et oppositi pseuduli 45. Item ordinate, quia veritatem in corde dilexit, ore confessus est, opere adinplevit 46. Similiter sunt formati fideles testes veritatis, vid. quia amant, loquuntur et faciunt veritatem, opp. nequam prophetae 46. 2. Constanter Jhesus praedicavit veritatem 46. Similiter instituti sunt confessores veritatis (v. prophetae, apostoli et martyres), cum dilexissent veritatem usque ad mortem, in nullo cesserunt minis vel terroribus, blandiciis vel favori, ut offenderent aut ut minus dicerent veritatem, immo ad modum Christi Jhesu, quanto magis inpediebantur loqui veritatem, tanto magis et zelo maiori ipsam declarabant 47; digni pati pro sua veritate 47; e contrario est simulata iustitia pseudolorum magistrorum, qui amplius amant seipsos et sua quam veritatem 47. 3. Utiliter Jhesus manifestavit veritatem 47; solum ea operabatur et est locutus, quae erant plena salute et valde utilia; verba ipsius compendiosa, simplicia et succincta, et facta ipsius omnia et miracula et alia non fuerunt nisi ea, quae et illis pro quibus fiebant, ad literam erant utilia et dehinc futuris et toti mundo plena salute, intus et foris, in corporibus et in suo intellectu 48. In hoc eciam conformes sunt sibi testes veritatis, quoniam non in levitate animi nuntiant veritatem neque indifferenter ubicumque et cuicumque, sed utiliter attendentes ubi, quando, quibus, propter quid, quomodo, quibus auxiliis 48. Et iterum non ambages fabulas, non quaestiones inexplicabiles, non somnia sua 48, non sapientiam mundi, sed sapientiam dei et scripturam di

vinitus inspiratam 40. Omnia ordinant, ut proficiant saluti proximorum 49. Ideo fructuosi *ib.* Jhesus Christus in hoc cognitus est utiliter praedicasse veritatem, quia fecit hoc propter utilitatem proximorum 50. Manifestavit veritatem mundo solum vel maxime, quia eum venit salvare et quia eum dilexit 50. Jhesus totus datus est deditque seipsum et exposuit et disposuit ad utilitatem et salutem huic mundo 51. Proprie agnus dictus est 51. Expendit pro nobis totam vitam et totam passionem et mortem, et demum suum corpus et sanguinem reliquit perpetue ad comedendum et bibendum. Et ut perfectius esset noster et intimus, eciam spiritum suum nobis misit et dedit, ut nobiscum maneat in aeternum, ut simus filii dei dilectissimi 51. Sicut totus se inpendit servicio veritatis et utiliter, sic veritas totum eum induit fecitque ipsum totum utilem et Jhesum sic perfectum misit et dedit illis et pro illis, qui eius testimonium veritatis susceperunt, ut ita esset superhabundanter utilis et fructuosus, veluti ipsa dei veritas est inmense fructuosa 52.

Conformiter Jhesus suos testes formavit: primum fecit eos primum in se refertos in iusticia et fructibus bonis 53, dehinc misit eos utilem veritatem utiliter praedicare, ut inpenderent et super seipsos veritati 53. Habent igitur hoc proprie proprium fideles nuntii veritatis: 1. quod seipsos ex toto obtulerunt veritati et transformant se ad veritatem, 2. quod totaliter satagunt fructum afferre, non sibi, sed veritati 58. Et in tantum sunt utiles per spiritum Jhesu Christi, ut quidquid agant, ubique aedificent virtutes et manifestent utiliter Jhesu veritatem neque habeant opus arduae literature 54 pro attestatione suae fixae veritatis (cur) 54; etiam quia honesta vita facit eos autenticos, auditores audiunt eos non sicut homines, sed quemadmodum angelos dei et ipsum d. Jhesum Christum. Cum etenim homines ipsorum fidelitatem contemplantur ad seipsos et pudicam simplicitatem ac virtutes stabiles, potenter inclinantur ad credendum et ad imitandum veritatem 54. Adversarios veritatis necesse est fieri, ut sic testimonium veritatis conpleatur et veritas perinde dilucidetur et, divulgetur et dei iudicium conpleatur in illis, qui nolunt credere veritati 55.

Testes veritatis idonei latere umquam non poterunt: 1. quia ex parte sui tacere veritatem nequeunt, 2. quia ex intimo appetunt generare et fructum afferre veritati, 3. ex parte agentis veritatis, quae vult suos testes sic illustrare: propter seipsam (a) et propter ipsos testes (b) et propter eos, quibus testimonium veritatis promulgatur (c) 55 (explicatur); — *ad a)* quia veritas divina de natura sui est fecundissime virtuosa et communicativa sui ipsius 55; *ad b)* propter testes, quia vult eos facere fructuosos et per consequens suae gloriae participes; *ad c)* quia vult exercere misericordiam in bonis et resurrectionem et iudicium in ingratis et ruinam 56. Perinde etiam fit, quod huiusmodi testes veritatis non in occulto, sed manifeste quaerunt nuntiare veritatem 56. — Chorus apostolorum et prophetarum et beatorum virorum in virtute probatorum 67; viri potentes virtute *ib.*, memorantes, quia maior est deus in nobis quam in mundo *ib.*; omnes pariter ordinate et potenter Sathan sub suis pedibus contriverunt *ib.*

VICARII, opitulationes plebanorum 14, v. ECCLESIA, dist. II.
VIRGO 1. *v. sponsa,* cf. ECCLESIA, dist. II: corpus v-nis, quale sit 164; iocundissima unitas et similitudo 164; distinctio ecclesiae et corpus v-nis 196; venustas et pulchritudo v nis sponsae 220—221; turpitudo corporis in v-ne vel deformitas 221; cf. 224: corporis decor et iuncturae. — 2. *virgines virtuosae et viduae:* monachi reddunt omnes viros et v-nes ac viduas virtuosas conversantes in vulgo suspectos et viles ac contemptos, qui tamen alias huiusmodi sancti in communitate sunt efficacissimum suffragium, per verbum et exemplum et multos modos, infirmis conchristianis et peccatoribus ad ipsorum emendationem et corroborationem et conversionem (explicatur) 273.
VIRTUS: v. summa unicum praeceptum charitatis in regula generali continetur 19.
VULGUS v. POPULUS CHRISTIANUS.

3 2044 037 680 501

DUE AUG 29 1919
AUG 8 1940
DEC 5 1940
MAR 9 1950
JUN 01 1993